

**CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.**

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

**ETUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOGORUM
PARATA.**

PARS XIX.

NICEPHORUS GREGORAS.

VOLUMEN II.

**BONNAE
IMPENSIS E. D. WEBERI
MDCCCLXXX.**

**NICEPHORI GREGORAE
BYZANTINA HISTORIA**

GRAECE ET LATINE

**CUM ANNOTATIONIBUS HIER. WOLFFII, CAR. DUCANGII,
IO. BOIVINI ET CL. CAPPERONNERII.**

CURAE

LUDOVICI SCHOPENI.

VOLUMEN II.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXX.



ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΒ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DUODECIMUS.

ARGUMENTUM.

Rerum gestarum narratio fusior promittitur. Earum cognitio quem lectoribus fructum allatura sit. Divinae iustitiae ratio et summa aequitas. Historia, saepius iam celebrata, rursus laudatur. Cum speculo confertur. Principibus maxime utilis. Naturae ipsi praecellens. Scriptoris mores informat. Animum varietate delectat. Huius partis initium unde repetendum (Cap. 1). Cantacuzenus iuniorum principum saluti consulit. Alexii Apocauci perniciose consilia, dotes esimiae, genus, fortuna, malae artes. Cantacuzenum hortatur ad capessenda imperii insignia. Eundem calumniatur. Imperatris Anna tertio luctus die in palatium se recipit. Apocaucio suadente Ioannes patriarcha codicillos profert a defuncto imperatore scriptos. Tutelam et imperii administrationem variis rationibus conatur sibi arrogare (2). Cantacuzenus respondet: administratam a se rempublicam etiam vivo imperatore; cum quo semper coniunctissime vixerit. Sua erga illum merita commemorat. Illius erga se benevolentiam et gratum animum praedicat. Imperii consortium cur eo superstiti repudiaverit. Codicillos a patriarcha prolatos ad aliud tempus pertinuisse. Tutelam et imperii administrationem ipso iure penes se residere. Reliquum esse, ut filiae suae et iunioris imperatoris nuptiae perficiantur (3). Apocaucus et patriarcha imperatrici persuadent, ut omnem Cantacuzeno auctoritatem abroget. Prudentium coniecturae de Apocaucio. Cantacuzeni potentia et moderatio. Apocauci vires infirmae. Animus perversus. Immoderata ambitio. Ars Epibatarum et alia castella ab eo extructa, in quos usus. (4). Milites Cantacuzeno palam favent. In solenni sacramento mentionem eius faciunt. Unus stricto gladio in Apocaucum irruit. Imperatris cum suis Cantacuzenum supples orat. Eo conspecto tumultus sedatus. Oratio, qua ille adversariorum improbitatem notat, clementiam et constantiam suam commendat. Demosthenis dictum, a Gregora correctum. Cantacuzeni et Apocauci diversa instituta, diversi exitus, et inceptis convenientes. Cantacuzenus eo uno damnandus, quod pacem ecclesiae turbari permiserit (5). Apocaucus incepto non desistit. Cantacuzenum, de se optime meritum,

perdere conatur. Persarum lex adversus ingratos. Cladium Romanarum causae. Cantacuzenus imperatricem et patriarcham privatim convenit. Oratio, quam apud eos habuit. Imperatrix et patriarcha iusiurandum dant et accipiunt. Cantacuzenus multa et praeclara meditat. Pacis bellique consilia ab eo inita. Propensa erga ipsum voluntas finitimorum populorum (6). Cantacuzenus in Mysos exercitum educit. Iis sibi reconciliatis, Thraciam lustrat et praesidiis munit. Futurus Amurii adventus nunciatur. Persicorum satraparum varia fortuna. Amurius, Lydiae et Ioniae princeps, reliquis potentior. Maris imperio potitur. Cantacuzeni amicus fidelissimus. Eius auctoritatem oppugnatam defensurus magnam classem apparat. Eodem iubente domi remanet. Vetus Romanorum potentia. Eius imago quaedam sub Cantacuzeno oblata. Spes bello civili extinctae (7). Imperatrix aegrotat. Apocaucus poenae metu in castellum Epibataram se recipit. Patriarcha pro eo apud imperatricem agit. Cantacuzenus Byzantium redit. Patriarchae inconstantiam mollibus verbis castigat. Iusiurandum duplex ab eo accipit horrendis execrationibus confirmatum. Rursum urbe egreditur. Magnam pecuniae vim et omnis generis vasa exportat. Earum rerum usus. Apocaucus, suo castello inclusus, Cantacuzeno insultat. Huius responsum (8). Apocausi molitiones detectae. Deprehensi diffidentia ac fuga. Consilium de invocando imperio. Rex Epibataram omnibus rebus ab eo instructa. Imperatoris defuncti iudicium de ea arce et de eius conditore. Cantacuzenum sero poenitet, quod illius de eo mandatis non paruerit. Patriarchae in Cantacuzenum perfidia. Eiusdem officia erga Apocaucum; quem oblata impunitate ex arce evocat. Apocaucus Cantacuzeno obviam prodit. Imperatorii honores huic delati in salutationibus. Multi ut Apocaucum in vincula coniciat hortantur, sed frustra (9). Reverso Apocauco, patriarcha vitae institutum mutat. In Cantacuzenum ipse quoque conspirat. Imperii procuratorem se instituit. Apocauco urbis praefecturam et alias dignitates confert. Pactio diris iuramentis firmata, ne Cantacuzenus unquam recipiatur. Apocaucus, Octavii Caesaris exemplo, nobilibus curiam et civilia negotia committit; bellum sibi sumit administrandum. Res adversus Cantacuzenum a patriarcha designatae (10). Factionis Cantacuzenianae nobiles a patriarcha et ab Apocauco petunt, ne secum durius agatur. Hi plebem in eos incitant. Nobilium fuga. Eorum domus evervae, bona direpta. Cantacuzeni moeror et anxietas. Tristes nuntii de matre in carcerem coniecta aliisque domesticis cladibus. Viri constantia. Litterae sigillo imperatorio munitae, per quas ipse in ordinem cogitur. Alia ex aliis gravia ei nunciata. Animus inter has angustias anceps et fluctuans. Mors intentata, nisi se imperatorem salutaris patiatur. Eo recusante alius statim salutandus. Imperatrix per legatos officii admonita contumeliose respondet (11). Cantacuzenus imperii insignia coactus induit, iam olim sibi variis auguriis promissa. Actum id die festo S. Demetrii. Annae et Ioanni prius acclamari iubet quam sibi. Defuncti imperatoris mandata nihilominus observat. Tertio post die purpuram exiit. Tum inde usque ad captam urbem albis vestibus utitur. Causae eius res tres ab eo allatae. Patriarcha et Apocaucus, nova Cantacuzeni dignitate audita, ut se gesserint. Duae apud Byzantinos factiones diversissimae. Cantacuzeniani anathemate percussi. Irritata plebis audacia. Cantacuzeni cunctatio. Eiusdem copiae militares. Legationes subinde ab eo Byzantium missae. Postulata aequitatis plena. Byzantii implacabiles; aperte et clam exitum ei moluntur. Multi e suis illum ut didem et ignavum deserunt. Commeatum inopia. Hiems asperrima. Litterae a Byzantiis interceptae (12). Ioannes Palaeologus die non festo praeter morem a patriarcha coronatur. Id statim post imperatoris mortem maiore apparatu fieri voluerat Cantacuzenus, patriarcha prohibuerat. Novus imperator in aethera palatii aedacula per solennem ἀπόκρυψιν domo inauguratur.

tur. *Plausa et lactis clamoribus excipitur a populo. Iacta in Cantacuzenum probra. Cantacuzenae haec audientis, idque e carcere, dolor et gravis morbus. Eiusdem obitus duodecimo post die, inter similes plebis acclamationes. Nocturna praesagia, quae eius mulieris calamitatem antecesserunt* (13). *Cantacuzenum res adversae non frangunt. Eius nunciis contumeliose a Byzantiis illuditur. Monachorum interventu pacem petit, sed frustra. Ab Orestiadis primoribus vocatus eam urbem occupatum venit. Flavii interiecti repentino auctu bis repulsus re infecta discedit. Eius prodigiis ratio expenditur. Hostiles ultro citroque excursiones. Belli civilis mala. Eius cum bellis externis comparatio facta a Cantacuzeno. Huius factores vana spe recreantur* (14). *Præcipuarum urbium praefecti Theodorus Synadenus et Guido Armenius. Huius ex Armenia migratio; urens duae. Hostilis animus in Cantacuzenum afficitur, cuius et bona diripit et amicos vexat. Sinistra auguria. Solis ac lunae defectus et colores. Arborea nive oppressae et ramis exutae* (15). *De educendis carcere ambobus imperatricis Irenes fratribus Byzantii et Cantacuzeniani certant. Irenes prudentia et aliae virtutes. Egregiam Cantacuzeno operam navat. Ut fratres ei conciliaverit. Cantacuzenus, Thessalonicae invadendae spe oblata per litteras Synademi, Didymotichum uxori et Manuelli Asani custodiendum committit. Polystylum instaurat et munit. Chreles Triballus perduellis; Strummitzæ principatu potitus; Orali ipsi metuendum. A Romanis adulatur. Cantacuzenosuppotius venit, per Christopolitanae fauces transituro. Ducum et militum enumeratio* (16).

α'. *Τὰ μὲν δὴ μέχρι τούτου πεπραγμένα πρὸ ἐτῶν ἑγγὺς που* A. M. 6849
ἑκατὸν καὶ πενήκοντα ἐν λόγοις ἕνδεκα τῇ προτέρᾳ καθόσον Ind. 9
ἐφικτὸν ἐπιτεμόντες ἡμεῖς ἀποδεδώκαμεν βιβλῶ. τὰ δ' ἐξῆς A. C. 1341
πλατύτερον ἤδη διέξιμεν, ὅτε ἐπιστατικώτερον τούτοις μάλιστα Imp. Io. Pa-
λαeol. 1
5 παρηκολουθηκότες. τῶν μὲν γὰρ πλειστον αὐτοὶ παρόντες αὐτῆ- P. 353
κοοί τε καὶ αὐτόπται γέγοναμεν. ἃ δὲ μὴ αὐτοὶ παρόντες τεθεά-
μεθα, καὶ ταῦτα δ' ἐξ αὐτῶν ἀκριβῶς ἡμῖν παρειληφῆναι συμ-
πέπτωκε τῶν πεπραχότων ὡς μικρὸν ἢ μηδὲν ἦν τῆς προτέ-
ρας εἶναι τὴν δευτέραν ἀντλησιν. καὶ οἷμαί γε μάλιστα πάν- P. 354
10 των, ὅποσα τοῖς ἐφεξῆς πέπρακται χρόνοις, ξεῖναι μανθάνειν
τοῖς βουλομένοις ἐκ τῶν εἰρησομένων, μακρῶ τινι βέλτιον ἢ κατὰ
πῶσαν Στοὰν καὶ Ἀκαδημίαν Πλατωνικὴν, ὅποσον ἀρετῆς πρὸς
κακίαν ἐστὶ τὸ διάφορον, καὶ ὅσον αὐτῇ μὲν τοῖς μετιοῦσι παρῆ-

1. Quae hucusque annis retro centum fere et quinquaginta gesta sunt, ea undecim libris quam potuimus compendiosissime primo volumine tradidimus. Quae vero hinc sequuntur, illa ut longe diligentiori studio investigata fuissem iam exposuimus. Ktenim pleraque ipsi per nos audivimus ac vidimus. Quorum autem ipsi spectatores non fuimus, ea ab iis qui gesserunt ita accurate accepimus, ut haec paulo aut nihilo minus quam illa explorata habeamus. Ego certe sic statuo; eiusmodi esse ea quae deinceps dicturus sum, ut ex iis magis quam ex aliis omnibus rebus, quae subsequuntis temporibus gestae fuerunt, possit quilibet intelligere, atque id quidem multo melius quam ex totius Platonicaeque Academiae praecipis, quantum intersit virtutem inter et vitium, quantumque iis, qui alterutri dediti

- A. M. 6849 χει τὸ χρήσιμον· ὅσον δ' ἔξ ἀντιπάλου τὸ σφαλερὸν ἔκεινη.
 Ind. 9 κατὰ γὰρ ἀνάλυσιν ἐκ τοῦ τέλους εἰς ἀρχὴν ἀνιόντας, ἐκείθεν
 Β ἔξιναι, καθύπερ ἐν ἀσφαλεῖ τινι πίνακι τῷ χρόνῳ, τὸν ἐκατέρας
 σκοπομένους καὶ ἀνιχνεύοντας δρόμον, ὡς διὰ στοιχείων οἰονεί
 τινων, τῶν ἄλλοτ' ἄλλως Ἐδρήπου δίκην ἀχθέντων, τῆς προ-5
 νοίας ἐντεῦθεν εὐφρῶς ἀνιχνῶναι τοὺς λόγους. (B.) Ὡς γὰρ ἐν
 ἀπειρῳ τῷ ζόφῳ, ὅποῖον ἂν ποτε καὶ νῦν ἀπεργῆς τῷ οἰκείῳ βί-
 ψασα μέλανι τὸν ἄερα δρῶν ἂν, ἀτέχνως τῶν ἀνθρωπίνων φέ-
 ρεσθαι δοκούντων πραγμάτων, οὐδεὶς οὐδὲν τῶν ὑπάντων,
 C οὐδ' εἰ καὶ κορυφῆς εἴη τριχὸς ἀμυδρότερον, τοὺς ὀφθαλμοὺς 10
 διαφεύγον εὗροι τῆς δίκης. μακρὰν γὰρ τινα τὴν αὐτονομίαν
 καὶ τὸ ἀφετὸν ἐκ προοιμιῶν αὕτη χορηγοῦσα ταῖς τῶν δρῶν ἐθε-
 V. 288 λόντων ἄλλοτ' ἄλλαις αἰρέσεσι τε καὶ γνώμαις, καὶ ἅμα κατὰ
 τὸν τῆς ὑπερφυοῦς ἀγνοίας βυθὸν τὰ ἡμέτερα διακυβερνῶσα,
 σταθμοῖς ἔπειτα καὶ πλάστιγιξιν ἀκριβέσι τὰ τῶν δρωμένων δι- 15
 δωσι τέλη· ἵνα τοῖς ὀφειλομένοις ὅσον αὐτοφρεῖς νομοθέται τὰ τῶν
 D παρεληλυθότων ἐπαθλα γίγνοιτο. οὔτε γὰρ οἷς μοχθηρὰ γνάμης
 καὶ τρόπων ἡλικιώταις διαγέγονεν εἶναι, τὸ χεῖρην ἄκλαυστον
 ἀπολαύειν εἰς τέλος ἀφιέναι δοκεῖ· οὔτε οἷς κακοπραγεῖν ἐξέγενετο,
 ἀγέλαστον ἐξ παραμένειν καθάπαξ τὸ δάκνον. ἀλλὰ τοιοῦτους 20
 δίδωσι γεωργῆσαι καρποὺς ἐν ἀμῆτου καὶ ἄλωνος ὥρα, οἷας ἐκα-
 τέρω συνέβη σπεῖραι τὰς αὐλακας. βουλοῖμην δ' ἂν ἐκ τῶν καθ'
 ἕκαστα θεωρεῖν ἀλγύθειαν πρὸς ψεῦδος, καὶ δικαιοσύνην πρὸς ἀδι-

18. διαγέγονεν em. Boiv. pro ἰδίᾳ γέγονεν. 19. οὔτε οἷς cod. Vat.,
 οὔθ' οἷς apogr. Parisin. 20. καθάπαξ add. cod. Vat.

sunt, salutaris illa, hoc vero perniciosum sit. Nam si ab extremo fine orsi ad prima usque initia redeamus, licebit inde (utriusque cursu in annalibus, tanquam in tabella minime fallaci, inspecto et per quaedam quasi vestigia Euripi more alternantia explorato) divinae providentiae consilia pulchre intelligere. (II.) In tantis enim rerum humanarum tenebris, quibus nec obscurissima nox pares habet, nihil queas deprehendere, ne minimo quidem capillo levius, quod divinae iustitiae oculos fugiat. Nimirum haec infinitam quandam libertatem et licentiam alias aliis hominum animis ac voluntatibus, quidquid ii moliantur, indulget. Eadem per immanis ignorantiae profundum res eorum gubernat: trutinæ deinde ac lancibus severis rerum gestarum exitus tradit, ut eorum qui olim vixerint praemia, posteris proposita, legis cuiusdam nativae vim obtineant. Nec enim, quorum animus ac mores mali per omnem vitam fuerunt, iis sincero gaudio ad extremum frui permittere videtur divina iustitia: nec, quibus adversa contigerunt, eorum sinit luctum gaudii expertem permanere. Sed, ubi messis ac trituratae tempus advenit, tales rependit utrisque fructus, qualem utrique sementem fecerint. Ego vero in unoquoque eventu veritatem cum mendacio, iustitiam cum iniustitia, humanitatem cum superbia ac fastu, pauper-

κίαν, καὶ πραότητα πρὸς ὑπερηφανίαν καὶ τῦφον, καὶ πενίαν A. C. 1341
 πρὸς πλοῦτον, καὶ σιωπὴν εὐσχήμονα πρὸς χεῖλη δόλια καὶ γλώτ- Imp. Io. Pa-
 ταν μεγαλορρήμονά τε καὶ μακρὰν τινα ῥέουσιν τὴν ἀσχήμονα E laeol. 1
 φλυαρίαν· καὶ δεῖξαι παρεξέτους, οἷαν ἐπιφέρει τὴν στάθμην
 5 τῆς δίκης ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμῖος. ῥᾶστα γὰρ ἂν ἐν τοιοῦτῳ τῆς
 ἀρετῆς γυμνασίῳ ἅμα τε τῆς ἀληθείας ἢ φύσις ἐναργεστέρων
 λαμβάνοι τὴν πῆξιν, καὶ ἅμα περιφανῶς ἢ κακία φανλλίζοιτο,
 διὰ τὸ μὴ δ' ἤντιναοῦν ἀρετὴν ὡς πορρωτάτω κακίας ἀνανταγώ- F
 νιστον τὸ παρὰπαν εἶναι διαβιῶναι. (Γ.) Ἔχειν γὰρ αἰεὶ καὶ γῆν
 10 ἀντιφιλοτιμεῖσθαι πρὸς τὰ αἰθέρια, καὶ δεικνύειν, μὴ μόνους
 κληῖρον ἔξαιρετον εἶναι τοῖς οὐρανοῖς φωναῖς ἀφθόγγους Θεοῦ
 δετηγῆσθαι δόξαν αἰεὶ, ἀλλ' ἐξ ἀντιρρόπου καὶ γῆν ἥλιω καὶ
 ἀστράσιν αἰεὶ νέαν ἐξεῖναι διηγῆσθαι δόξαν Θεοῦ, καὶ τοῦ τοσοῦ-
 15 του χρήματος ὑπηρετεῖς ἢ ἱστορία καθίσταται χορηγὸς τοῖς ἀν-
 15 θρώποις. ἥς ὅπουσον ἐστὶν ἐν βίῳ τὸ χρήσιμον, ἀνδρῶν τε τῶν P. 855
 πάλαι τοῖς πλείστοις ἐστὶν εἰρημένον, καὶ ἡμῖν γε πολλάκις ἀθ-
 τοῖς ἐξ αὐτοσχεδίου τῆς γλώττης ὑμνήσαι καθόσον ἐξῆν, καὶ
 γράμμασι πολλαχῆ τοῖς ἡμετέροις ἐγκατασπεῖραι, κώλυμα ἦκιστα
 πάντων ὄκνος οὐδεὶς ἐγεχόνει. αὐτὴ γὰρ ἀναγινώσκων διδάσκει
 20 καθάπερ βιβλίον τῶν αἰώνων ἔργων τοὺς κύκλους· καὶ διὰ ταύ-
 τῆς οἱ πάλαι θανόντες ὁμιλοῦσι τοῖς ζῶσι τε καὶ αἰεὶ γιγνομένοις,
 ὡς αἰεὶ παρόντες, καὶ τὺς οἰκείας ἕκαστοι διηγοῦνται πράξεις, B
 καὶ εἴτι παρὰ τὸν βίον τῶν χρηστῶν καὶ μὴ πεπονθέναι γέρονέ
 σφισιν, ἀναβίωσιν καινοτέραν δαιμονίως πως τῆς ἱστορίας δη-
 25 μιουργοῦσης. αὐτὴ κακίαν αἰεὶ φανλλίζει δι' αἰῶνος ἐλέγχουσα,

tatem cum divitiis, linguam magnificam et futilibus verbis redundantem cum verecundo silentio velim conferre, idemque facta comparatione ostendere, quale adhibeat examen pervigil divinae iustitiae oculus. Facillime enim in eo quasi virtutis gymnasio et natura veritatis declarata stabilietur, et palam notata improbitas elevabitur: idque eo magis, quod nulla virtus a vitio aliquo semulo longe posita sit. (III.) Nemp̄ et terrae ipsi cum aetheriis rebus certare promptum est, et ostendere, non eam esse caelorum sortem propriam ac praecipuam, ut mutis vocibus Dei gloriam enarrent, sed et vicissim sibi datum esse, ut praedicet soli et astris novam semper Dei gloriam. Ac tantae quidem rei ministra Historia et largitrix hominibus constituta est. Cuius quanta esset in hac vita utilitas, cum ab antiquis plerisque declaratum est, tum a nobis ipsis saepenumero; quos nunquam id ipsum piguit sive ex tempore praedicare, sive scriptis nostris sparsim testatum relinquere. Historia enim est, quae veluti librum pervolutandas praebet vicissitudines et conversiones rerum omni aevo gestarum. Haec efficit, ut homines pridem mortui et vivis et novis quotidie hominibus intersint, quasi semper praesentes. Huius divina quaedam virtute unusquisque redivivus et sua narrat facinora, et quidquid sibi dum viveret boni vel mali accidit. Haec est, quae deprimit semper et aeternum arguit improbi-

- A. M. 6849 καὶ ἀρετὴν ἀθανατίζουσα σκωλήκων οὐ δίδωσι στόμασι διαφθε-
 Ind. 9 ρειν ὁμοίως τοῖς σώμασιν. αὕτη μαινομένων δίκην ὑπὸ τύχης
 καὶ τύφου ματαίου γαυρουμένους παρεληφνῖα τῶν ἀνθρώπων
 C ἐπίλους μετριωτέρους ἐργάζεται. τῶν γὰρ φθασάντων τὰ πάθη
 οἷόν τινα πέλεκυν ἐπισείουσα λανθάνει καθάπερ διδάσκαλος 5
 παραδουμένη πρὸς τὴν ψυχὴν, καὶ ἤρέμα τὰς τε φύσεις ἀμεί-
 βουσα διὰ τῆς τοιαύτης παιδείας καὶ τὰ ἤθη ἐνθμύζουσα, καὶ
 ἐξ ἀσυνέτων μὲν συννετοὺς, ἐξ ἀφρόνων δ' ἐργαζομένη φρονίμους·
 καὶ οὕτως πῶς ἐκ τοῦ θηριώδους πρὸς τὸ ἡμερώτερον ὄλας με-
 θαρμόζουσα πολιτείας. τοὺς μὲν γὰρ ἀγαθοὺς ἔξαιρουσα τοῖς 10
 D βέλαινοις, τοὺς δὲ φαύλους ἐν κακότητος μοίρᾳ τιθεῖσα, ἐναρ-
 γέστατον τοῖς ὑμνίοις γίνεται κάτοπτρον. ὥς γὰρ δι' ἐκείνου
 σαφιστέρας λαμβάνοντες τὰς ἐμφάσεις τῶν τοῦ προσώπου χρω-
 μάτων τε καὶ σχημάτων οἱ πρὸς αὐτὸ βλέποντες ἐπανορθοῦσιν
 ὅσον ἐφικτὸν, οὕτω δῆπου καὶ διὰ τῆς ἱστορίας τοῖς μετιούσιν 15
 ἐντίθεται σύνεσις, καὶ ἤθος ἐνθμύζεται ψυχῆς, καὶ ἀκόλαστον
 V. 289 σχῆμα θυμοῦ καὶ φωνῆς καὶ διαίτης ἀμειβεται τε καὶ ἀναπλάττε-
 ται πρὸς τὸ βέλτιον, καὶ λανθάνοντα φύσεως ἐλαττώματα καὶ
 συμπτώματα θεραπεύεται πάμπολλα. μᾶλλον δὲ καὶ κατόπτρου
 πολλῶ κραταιώτερον τὸ τῆς ἱστορίας δεικνύται χρήσιμον. ἡ μὲν 20
 γὰρ μυρίας τε καὶ παντοδαπὰς τῶν ἄλλοτ' ἄλλως γινομένων καὶ
 ἀπογινομένων ἀνδρῶν ὑποδεικνύσα πράξεις καὶ λόγους συμφεστέ-
 ραν τὴν τοῦ βελτιότος ἐκ παραθέσεως ἔχει δεικνύειν ἐκλογὴν τε

14. ἀπὸ em. Boiv. pro αὐτήν.

tatem. Haec est, quae immortalitati virtutem mandat, nec ut corpora ita illam a vermibus sinist absumi. Haec denique est, quae nacta homines quosdam fortuna fastuque inani elatos et furentibus proximos efficit moderatiores. Eorum enim, qui ante fuerunt, calamitates velut securim quandam intentans, sensim in animos obrepit, quasi magistra quaedam latens, eaque docendi ratione naturas paulatim mutat, mores informat, homines ex imprudentibus prudentes facit, cordatos ex vecordibus; et sic ferme a fera agrestique vita ad humanum civilemque cultum totas deducit respublikas. Quippe dum et bonos laudibus tollit, et improbis eum locum assignat, qui improbitati convenit, splendidissimum posteris speculum existit. Quemadmodum enim qui in speculum intuentur, ipsius ope certiore assequuti cognitionem oris colorum ac lineamentorum, vultum quantum in se est fingunt et emendant, sic prorsus iis qui ad historiam accedunt intelligentia infunditur, eorum mores componuntur, animi, vocis, vitae prava mutatur conformatio restituiturque in melius; occulta denique naturae vitia et affectiones quamplurimae sanantur. Immo historia efficacioris longe utilitatis est, quam sit speculum. Illa enim infinitas et plane diversas actiones sermonesque hominum, qui alii alias nati sunt ac decesserunt, ob oculos sic ponit, ut certiore melioris consilii delectum et cognitionem ipsa collatione facile

καὶ μίθῃσιν. τὸ δὲ κάτοπτρον, μονομέρη μὲν τὴν ἔμφασιν, A. C. 1341
 συμφυνῶ δὲ τὴν τοῦ ἐνορῶντος φιλαυτον ἔχον ἔξιν, ῥαδίως τε ^{Imp. Io. Pa-}
 ἔξαπατᾶ καὶ τῆς ἀληθοῦς ἐξίστησι διδασκαλίαις. βασιλεῦσιν οὖν ^{laeol. 1}
 καὶ ἄρχουσι πολλοῦ τινος ἄξιον ἂν ἡ ἱστορία γίγνοιτο χρῆμα, πα-
 5 ραινοῦσα μὴ μέγα φρονεῖν, μήδ' ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τύχῃ θαρ-
 ροῦντας πρὸς τὸ βιαιότερόν τε καὶ τυραννικώτερον ἐξάγειν τὸν P. 356
 τρίπον, ἀλλ' αἰεὶ τὸν βασιλεῖ φυλάττειν μόνον προσήκοντα. ὁ
 μὲν γὰρ γνώμης ἀσφαλείαις δημαγωγούμενος καὶ ὀχλοκρατούμε-
 νος ἄγεται μᾶλλον ἢ ἄγει, καὶ δοκῶν ἄρχειν ἔλαθε πρῶτος
 10 αὐτὸς ὑπὸ τῶν τῆς κυκλίας εἰδῶν τυραννούμενος. ὁ δὲ τὰς τῆς
 ἡγεμονίας ἡνίας δικαίως τοῖς ἄρχουσι νόμοις ἐκουσίῳ γνώμῃ
 διδοῦς, καὶ ὡσερ μεθόριον ὑπηκόων καὶ νόμων ἐστῶς, ἐπί-
 σης ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι κατὰ τὸν ἡμερον καὶ ἀνθρώπῳ πρέ- B
 ποντα βούλεται τρόπον, πρὸς ἀκριβῆ τινα ζῆλον καὶ μίμησιν ἐαυ-
 15 τὸν προβαλλόμενος τοῖς ὁρώσιν, ἔμψυχον τῷ ὄντι νόμον καὶ
 ἄγαλμα ζῶν ἀρετῆς καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς σύμβολον ἐκ τοῦ μᾶλλον
 ἑαυτοῦ πρῶτον, ἢ τοῦ τῶν ἄλλων ἄρχειν, σαφῶς παρεχό-
 μενος. μηδὲν γὰρ τῶν ἐν βίῳ μόνιμον εἶναι καὶ βέβαιον, μηδὲ
 τὰς κρηπίδας ἐπ' ἀσφαλοῦς ἐστάναι τῆς τύχης παιδευόμενος ἐκ
 20 τῆς ἱστορίας, δέδιδε καὶ βραχείῳ καιροῦ ῥοπήν, ῥῆστα δυνα-
 μένην ἀνατρέπειν ἅπαντα, καθάπερ οἱ τοὺς κύβους ἐν τῷ παλ- C
 ζειν ἀναφρίπτοντες. οὕτω καὶ φύσεως αὐτῆς ὑπέριτερον ἡ ἱστορία
 περιφανῶς ἐπεφύκει. ἡ μὲν γὰρ τοῦ εἶναι μόνον κυρία γίνεταί·

exhibeat. Speculum vero, unam simplicemque imaginem capiens et illum, qui se ipsos contemplantibus a natura insitus est, amorem sui participans, haud difficulter fallit, et recedit saepe a veri declaratione. Regibus itaque et principibus magno aestimanda est historia: quae ne elatioris animi sint admonet, neve prosperis in praesentia rebus freti mores suos ad vim tyrannicumque ingenium deflectant, sed eum vitae servent tenorem, qui solus principes decet. Qui enim animi impotentia quoquoersum abripitur, cupiditatibus quasi turbulentae multitudini mancipatus, non tam regit quam regitur; et quanquam imperantis speciem gerit, tamen ipse magis quam caeteri tyrannico vitiorum imperio tacite opprimitur. Qui vero rerum habenas iustae legum potestati moderandas tradit sua sponte, ac veluti confinium quoddam leges inter et subditos stat medius, is aequae et imperare studet et parere, quatenus civile est et hominem decet: is intuentibus se ipsum diligenter aemulandum atque imitandum proponit, vivam revera legem et spirantem imaginem virtutis: is denique dignitatis insigne eo vere sibi vindicat, quod et magis et prius sibi imperet quam caeteris. Nihil quippe in vita stabile ac firmum esse, nec solido fundamento nititur fortanam, ab historia edoctus vel minimam temporis inclinationem extimescit, quae omnia tam facile potest subvertere, quam talos si qui ludendo jaciunt. Atque adeo naturae ipsi praestat evidenter historia. Nam penes illam est

- Α. Μ. 6849 ἡ δὲ καὶ τὸ εἶναι προστίθῃσιν· ὁ τοσοῦτον ἐκείνου βέλτιον,
 Ind. 9 ὅσον τό γε βλέπειν τοῦ μὴ βλέπειν. (Δ.) Τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν τῆς
 Διστορίας χρησίμων καὶ μὲ πρὸς τὸ γράφειν ὅσα ἐπὶ τῶν ἡμετέρων
 γέγονε χρόνων παρέπεισε, καὶ διηγήματα προστιθέναι τοῖς φιλο-
 κάλοις ἀνδράσι μεγάλα τε καὶ σπουδαίας ἀκοῆς ἄξια, καὶ μεγά-5
 λην δυνάμενα σύνεσιν ἐντιθέναι τοῖς ὅσοι πρῶγμάτων ἀεὶ καινο-
 τέρων ἐμπειρίαν συνάγειν ποθοῦσι. φέρει γάρ πως οὐχ ἦττον
 καὶ μοι τὸ πρῶγμα χάριν τινὰ πρὸς ἡθους ῥυθμὸν καὶ ἡδονὴν οὐ
 μικρὰν, μετιόντι συχνότερον ἀπ' ἑτέρων εἰς ἕτερα τῶν διηγημά-
 των πολυειδῆ καὶ ποικίλα· καθάπερ τοῖς πλείουσι νῦν μὲν πελά-10
 γεσι ἐστὶν ἐντυγχάνειν, νῦν δ' ἐκ πελαγῶν ἐς νήσους καὶ ἐπίνεια
 μετιέναι, καὶ πολυειδέσιν ἐμφιλοχωρεῖν ἐμπορίας, καὶ παντα-
 χόθεν καρποῦσθαι μακρὰν τὴν ὠφέλειαν. (Ε.) Ἐπεὶ δ' ἱκανῶς
 ἡμῖν τὰ μέχρι καὶ ἐς τὴν τελευταίην Ἀνδρονίκου τοῦ νέου λελεχται
 βασιλέως, καίριον ἂν εἴη, τούτοις συνάψαντας διεξοδικώτερον 15
 Εἰσαγγεῖσθαι τὰ ἐφεξῆς. ἐπινακτέον τοίνυν τὸν λόγον εἰς ἁρμονίαν,
 μάλα γέ τοι τῷ τῆς ἱστορίας ὄλω προσήκουσαν σώματι.
- P. 857 β. Τοῦ γάρ τοι βασιλέως τὰ λοιπὰ πνεόντος ἔτι παρὰ τὴν
 V. 290 τῶν Ὁδηγῶν μονὴν τῆς πανάγου Θεομήτορος, τὸν ἐκείνου πα-
 ρειληφῶς υἱὸν Ἰωάννην ὁ μέγας δομέστικος ὁ Καντακουζηνός, 20
 ἔννατον τῆς ἡλικίας ἔτος ἀμείβοντα, καὶ σὺν γε αὐτῷ τὸν μετ'
 αὐτὸν ἀδελφὸν Μιχαὴλ τὸν δεσπότην, ἔτους ὄντα τετάρτου,

efficere ut simus; haec bene ut simus praeterea tribuit. Quae res tanto illi alteri praestat, quanto videre melius est quam haud videre. (IV.) Haec et talia, in quibus historiae utilitas posita est, impulere me, ut et ipse litteris mandarem ea omnia, quae temporibus nostris acciderunt, et ad ea quae iam narrata sunt alia adderem in gratiam hominum curiosorum, magna scilicet et auditu dignissima, aptaque admodum erudiendis iis, qui novorum exemplorum cognitionem comparare usque sibi cupiunt. Afferit autem et mihi nihilo minus ea res fructum aliquem peculiarem, quatenus ad mores componendos prodest: item voluptatem haud parvam, dum crebro me ab aliis ad alia rerum genera multa et diversa commemoranda transfero. Quod et navigantibus usu venit, quibus modo occurrit pelagus, modo ex pelago insulae adeuntur et portus, et immorari variis locis placet multiplicis mercaturae gratia; ita ut regio nulla sit, ex qua illi magna emolumenta non colligant. (V.) At quoniam de iis rebus, quae ad iunioris usque Andronici mortem gestae essent, satis a nobis dictum est, nunc ab re haud fuerit ea quae deinceps acciderunt narrare fuisus, ac superioribus conjungere. Revocanda itaque oratio nostra ad continuam et aptam rerum seriem, qua nihil integro historiae corpori convenientius est.

2. Nondum imperator ultimum spiritum emiserat apud monasterium Hodegorum, castissimae Dei genitricis sacrum, cum Ioannem, eius filium, qui tum nonum aetatis annum excedebat, nec non minorem huius fratrem Michaëlem despotam, annos natum quatuor, Cantacuzenus secum assum-

πρὸς τὰ βασιλεία τὴν ταχίστην εἰσήνεγκε τε καὶ τὴν προσήκου- A. C. 1341
σαν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν συνέστησε, πᾶσαν τοῖς βασιλείοις ^{Imp. Io. Pa-}
ἀσφάλειαν πορισάμενος πανταχόθεν, δέισας μὴ τι πάθῃ τῶν B ^{laeol. 1}
ἄδοκῆτων ἐξ ἀφανοῦς, οἷα πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις συμβαίνει.
5 (B.) Ἀλεξίῳ δὲ τῷ Ἀποκαύκῳ, ὃ πολλάκις ἐπιχειρήσαντι πέρας
οὐκ ἦν τῆς μελέτης λαβεῖν, καὶ νῦν ἀμελεῖν οὐκ ἐνῆν αὐτοῦ.
πολλάκις γὰρ εἰς ἐπινοίαν ἐληλύθει, φρονέσας τὸν βασιλέα καὶ
ἅμα αὐτῷ Καντακουζηνὸν, ἐτέρῳ παρασχεῖν τὸ βασιλεῖον περιζώ-
σασθαι κράτος, ἢ τῷ θείῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνῳ τῷ δε- C
10 σπότῃ, ἢ Συργιάνῃ τῷ πολυτροπιωτάτῳ καὶ παραπλησίῳ τὴν
σύνεσιν καὶ τὴν τῆς γνώμης ἐμβριθεῖάν τε καὶ δξύτητα. δεινὸς
γὰρ ὁμοίως ἔκεινῳ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς κατεπειγουσιν ἦν ἐπινοῆσαι
τὰ τῇ χρεῖα κατάλληλα καὶ πόρον δξύς τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν,
ὀλίγα μὲν καθεύδων, τὰ πλεῖστα δ' ἐργηγορῶς, καὶ σκεπτομένῳ
15 τὰ μέγιστα ἰοικῶς καὶ περὶ μεγίστων, καὶ πλείονα καιρὸν ταῖς
πράξεσιν ἢ τοῖς λόγοις αἰετ παρεχόμενος. εἰ δὲ καὶ πρὸς ἀλήθειαν D
ὁμοῦ καὶ δικαιοσύνην ἐχρηῆτο τοῖς προτερήμασι, μέγα ἂν κλέος
αὐτὸς τοῖς Ῥωμαίων ἐτόγγανε πράγμασιν ὦν. νῦν δὲ κατ' ἐκείνον
τὸν Ἐπιδάυριον Στρατοκλέα ἀυλητῆς μὲν ἦν ἀγαθός, ἄνθρωπος
20 δ' οὐκ ἀγαθός. γένους γὰρ τῶν ἀδόξων ὑπάρχων ἐκ νέου καὶ πενία
συντετραμμένος νῦν μὲν τούτῳ, νῦν δ' ἐκείνῳ μισθοῦ διακο-
τούμενος διετέλει τὸν χρόνον· καὶ τῶν ἐλαχίστων μελλοσιν ἠρέμα E
τοῖς δεσπόταις ἀμοιβὰδὸν χρώμενος, καὶ πᾶσιν ἀντιδοὺς τὰ χε-
ρίστα, προδότης σαφῆς καθιστάμενος, ἔλαθεν οὐκ οἶδα πῶς

ptos quamprimum in palatium transtulit, idoneo satellitum praesidio muni-
vit; omni denique ex parte imperatoriae domus securitati consuluit, veri-
tus, ne quid inopinati subito accideret, ut illis temporibus fere fit. (II.) At
Alexius Apocaucus non poterat id negligere, quod aggressus quidem saepe
erat, ad exitum autem perducere nunquam potuerat. Is enim consilium ce-
perat haud semel de potestate imperatoria, ubi imperatorem cum Cantacu-
zeno occidisset, alteri deferenda, sive despotae Constantino, imperatoris
patris, sive Syrgianni, viro versutissimo, qui et ipse Apocauco intelli-
gentia, gravi iudicio, acerrimoque ingenio proximus fuit. Erat enim
Apocaucus, quemadmodum ille, rebus angustissimis solers id quod usui es-
set excogitare, et iade expedire se unde difficillimum esset. Somno ute-
batur parce, homo scilicet vigilantissimus, praeclara meditant ac de maxi-
mis rebus deliberanti similis. Plus denique temporis agendo dabat quam
dicendo. Quibus si eximii sane dotibus ad veritatem iustitiamque usus
foret, magnum ipse Romanorum rebus extitisset ornamentum. Enimvero,
ut Epidaurius ille Stratocles, tibicen quidem erat bonus, vir autem bonus
minime erat. Nam a pueritia, cum ignobilis foret genere et in paupertate
educatus, locatis modo huic modo illi operis victitaverat; cumque ab mini-
mis ad maiores sensim gradatimque dominos pervenisset, quos omnes pes-
sime remuneravit, manifestus nempe eorum proditor, in ipsum quoque fur-

- A. M. 6849 καὶ ἐς τὴν αὐτοκρατορικὴν οὐκίαν παρεισφθαρείς, ἐπ' ὀλίθρῳ
 Ind. 9 τῆς τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἔοικε, τύχης καὶ εὐδοξίας. (Γ.) Τούτῳ τοί-
 P. 358 νυν ἤδη καιρὸν ἔχειν ἑαυτῷ περιθεῖναι τὸ βασιλεῖον κράτος νομί-
 σαντι παντοίῳ τοῖς ἐπιχειρήμασι κατὰ τὸν Πρωτέα τὸν Φάριον
 ἐπήγει γίνεσθαι. καὶ νῦν μὲν περιῶν καὶ θωπεύων οὐ μᾶλα ἡμέλει⁵
 Καντακουζηνὸν, συνωθῶν τὰ ἐρυθρὰ ὑποδήσασθαι ὑποδήματα
 μηδὲ γὰρ εἶναι λέγων τὸ χρῆμα καιρὸν, ἀνάγκην πολλάκις ἐπενεγ-
 κόντος τοῦ βασιλέως, τὴν πορφύραν λαμπρῶς ὑποδύντα συμβασι-
 Βλεύειν, αὐτῷ μὲν περιόντι τῷ βίῳ, ἐκείνου δ' εὐθὺς ἀπαλλάξαντος,
 Ἰωάννη τῷ νιῷ καὶ νέῳ βασιλεῖ. εἶναι γὰρ διπλοῦν καὶ σφόδρα¹⁰
 V. 291 ἀναγκαῖον τῷ τοῦ βασιλέως ἐκ πολλοῦ σκοπῶν τὸ καλόν· ἴν' ἅμα
 μὲν αὐτοῖς συνδιοικῶν τὰ τῆς βασιλείας εἴης πράγματα, ἅμα δ'
 ἐπίκουρος γίνουο κράτιστος τῆς τούτων ζωῆς. μηδὲ γὰρ ἔτι λεί-
 πεισθαι τὸν λάθρα τῇ βασιλείᾳ ἐφεδρεύοντα, τοῦ διαδεξιμένου
 Σπαρομαρτοῦντος ἐς προὔπτον ἀντίκα. (Δ.) Καὶ ἦν νῦν μὲν ταῦτα¹⁵
 λέγων, νῦν δ' ἐκεῖνα· νῦν δ' ἀναστρέφων καὶ ἀφ' ἐτέρου γινόμε-
 νος ἕτερος· καὶ ἅμα τῇ βασιλίδι τοὺς γένει καὶ δόξῃ προὔχον-
 τας κατ' αὐτοῦ διεγερῶν, καὶ ἰσχυριζόμενος εἶναι τῷ Καντακου-
 ζηνῷ διὰ μελέτης σφόδρα κατεσπουδασμένης, ἔργον ποιησαμένῳ
 ἔξιδους ἐς τὴν ὑστεραίαν πάντας ἡμῶς, ἑαυτὸν αὐτοκράτορα κα-²⁰
 Ῥταστήσασθαι βασιλέα. ταῦτα λέγων καὶ κατασκευαζόμενος
 ἀνέσεισε καὶ αὐτοῖς δὴ τοὺς καθ' αἷμα τούτῳ προσήκοντας κατ'
 αὐτοῦ· ὡς καὶ αὐτὴν Ἄνναν πεισθεῖσαν τὴν βασιλίδα μηδὲ τὰς

tim palatium nescio qua arte irrepserat, in perniciem Romanae, ut videtur, et fortunae et gloriae. (III.) Ille itaque ratus asserendae sibi imperatoriae potestatis tempus iam adesse, omnes ire in formas machinationibus variis, sicut Pharius ille Proteus, constituit. Modo igitur Cantacuzenum sedulo circumibat et adulabatur, compellebatque ad induendum rubros calceos. Quippe rem haud novam fore, postquam imperator toties necessitatem imposuisset palam induendi purpuram, et una imperandi, secum quidem dum viveret; statim autem ubi e vivis excessisset, cum Ioanne filio suo eodemque iuniori imperatore: expediisse nimirum illum dupliciter, ac veteri imperatoris proposito pernecessarium fuisse; quo simul, o Cantacuzene, et illi te collegam in rerum administratione haberent, et vitae suae potentissimum defensorem. Nec enim exstiturum deinceps quenquam, qui imperio clanculum insidiaturus esset, si is statim ac palam socius ascisceretur, qui successor esset futurus. (IV.) Et modo quidem haec, modo illa dicitabat; et eodem rursus revolvebatur, et ex alio alius existebat. Tum ipse simul cum imperatrice in illum eos incitabat, qui genere et fortunae splendore eminebant, illum asserens: in eam curam Cantacuzenum enixe incumbere, ut, nobis omnibus crastina die contrucidatis, imperatorem se et rerum dominum constitueret. Haec cum diceret affirmaretque, eos etiam in illum commovit, quibuscum erat illi cognatio. Adeoque id imperatrici

ἐντα πενθίμους ἡμέρας παρὰ τὸν τοῦ συζύγου τύπον ἀνύσαι δα- A. C. 1341
κρούσαν, ἀλλὰ μετὰ τρίτην εὐθὺς ἀνίεναι πρὸς τὰ βασιλεία. Imp. Io. Pa-
(E.) Ἐνθα ὁ πατριάρχης Ἰωάννης, Ἀποκαύω πειδόμενος, laeol. 1
ἀέγνω βιβλίον ἐκ τοῦ κόλπου λαβὼν, συνθήκας περιέχον, ὡς ὁ B
5 βασιλεὺς αὐτῷ τε πατριάρχη καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐκ πολλοῦ
παρέθετο ἐπισκόποις, περὶ τε συζύγου καὶ παιδῶν αὐτοῦ, ὀη-
τικά μαχισόμενος ἀπῆι τῷ Συργιάννῃ πρὸς Θετταλίαν, ἀρπά-
ζων ἤδη μετὰ τῆς τοῦ Κράλη συμμαχίας ἐπιχειροῦντι τὴν Ῥω-
μαίων ἡγεμονίαν. ταῦτα τοῖνυν διεξελθὼν εἰς τὴν τῶν κοινῶν
10 πραγμάτων ἐπιτροπικῆν διοίκησιν εἰσάγειν ἑαυτὸν ἐπειροῦτο. δὶ-
καιον γὰρ ἔφρασκεν εἶναι καὶ σφόδρα τῶν ἀναγκαίων ἄλλως, κα- F
θάπερ σώματι ψυχὴν, οὕτω τῇ βασιλείᾳ τὴν ἐκκλησίαν συνῆ-
φθαι. μίαν γὰρ εἶναι σύστασιν καὶ ζωὴν ἀμφοτέρων τουτὶ. „ἐπεὶ
δὲ καὶ ταυτὶ τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα τὴν σωτηρίαν ἐμοὶ τῆς
15 τε συζύγου καὶ τῶν υἱῶν σαφῶς ἀνατίθησι, ποῦ δίκαιον (φησὶν)
ἐκείνων ἡμᾶς καταβῆραθυμήσαντας ἀμελήσαι τῶν συνθηκῶν, καὶ
οὕτωσι πῶς ἐκόντας συγχωρῆσαι, κλύδωνας ἀτεκμάρτους ἐπιχε- P. 359
θῆναι τοῖς τῶν Ῥωμαίων πράγμασιν, ὅποιοι κἂν τοῖς ἀνωτέρω
γεγένηται χρόνοις δι' ἀφέλειαν καὶ ῥαθυμίαν τοῦ τηρικαῦτα
20 πατριαρχεύοντος Ἀρσενίου; ἐγὼ τοῖνυν ἀντιλήφομαι τῶν κοινῶν
ὁμοῦ τῇ βασιλίδι πραγμάτων· ἐγὼ καὶ τῆς τοῦ νέου βασιλέως
προστήσομαι σωτηρίας.”

γ'. Ταῦτα παρὰ πᾶσαν ἀπηκοῦς προσδοκίαν ὁ Καντακουζηνὸς B
ἔλεξε τοιάδε. „Ἐμοὶ δ' οὐ τοιούτων ἐδόκει τὰ πράγματα δεῖσθαι
25 λόγων ἐν τῷ παρόντι, ζῶντος ἐμοῦ καὶ συμπαρόντος ὑμῖν, δς

Annae persuaserat, ut ad mariti tumultum plorans novendialem luctum non
absolverit, sed post triduum statim in palatium se receperit. (V.) Ibi Io-
annes patriarcha, suadente Apocauco, eductos sinu codicillos recitavit,
quibus id continebatur, quod et patriarchae ipsi et consortibus episcopis
imperator, coniugis et liberorum causa, iampridem mandaverat; tum scil-
cet cum in Thessaliam profectus est, ut Syrgiannem bello persequeretur,
qui acceptis a Cræle auxiliis Romanum imperium invadere iam instituerat.
His ille recitatis in tutoriam rerum administrationem conabatur se intru-
dere. Iustum enim aiebat esse alioqui ac perquam necessarium, perinde
ecclesiam imperio atque animam corpori esse coniunctam: utrumque enim
hoc uno stare et vigere. „Cum vero et codicilli essent imperatoris manu
scripti, qui et coniugis et liberorum salutem mihi haud dubie committunt,
quid (ait) iniquius quam socordia nostra mandata illa negligi, ac volenti-
bus quodammodo nobis fluctus Romanae rei superinduci inopinatos, quales
aetate superiori excitati sunt, Arsenii, qui tum patriarcha erat, simplici-
tate et ignavia? Ego igitur reipublicae administrationem cum Augusta
suscipiam: ego et salutem defendam iunioris imperatoris.”

3. His Cantacuzenus praeter omnem expectationem auditis, „Mihl
vere”, inquit, „his sermonibus indigere res in praesenti haud videntur, su-

- A. M. 6849 καὶ τοῦ βασιλέως περιόντος τῶν κοινῶν πραγμάτων ἡμῶν διοικητῆς σχεδὸν ἀπάντων καὶ ρητῶν καὶ ἀπορρήτων κοινωνοῦς
 Ind. 9 V. 292 ἐκείνω. ἴσασι δ' οὖν καὶ Ῥωμαίων οἱ πλείους, καὶ πρό γε πάντων ἡ βασιλις αὕτη, ὡς τᾶλλα μὲν πνέων ἡμῶν ἐκείνω ταῦτά, καὶ
 Cτῆς ἐκείνου γνώμης ὑπαντ' ἐξήρητο τὰ ἡμέτερα, καὶ πάντ' 5
 ἔδρων ἐγὼ προθύμως ὅποσα ἐκείνω δεδογμένα ἦν, καὶ μηδὲν
 αὐθις ὃ μὴ δεδογμένον ἦν ἐκείνω· τό γε μὴν τοῖς βασιλικοῖς ἐνδύ-
 μασι κοσμηθέντα με συμβασιλεύειν αὐτῷ κατὰ τὴν ἐκείνου σπου-
 δὴν καὶ βούλησιν, τοῦτο δ' οὐδαμῆ πρὸς βουλήσεως ἔμοιγε ἦν.
 τὴν δ' αἰτίαν ἐν τοῖς τῆς ἐμῆς καρδίας θαλάμοις καθεύδειν ἀπόρ- 10
 D ῥητον ἐν τῷ παρόντι δίκαιον εἶναι νομίζω. ὅτι δὲ καὶ τὴν μετὰ
 θάνατον αὐτοῦ διοίκησιν καὶ ἐπιτροπὴν τῶν βασιλικῶν καὶ δη-
 μοσιῶν πραγμάτων ἐμοὶ παρέθετο πολλάκις, καὶ τὸ τοῦ νόου
 καὶ βασιλέως Ἰωάννου τῆ ἐμῆ θυγατρὶ προεμνηστεύσατο κῆδος,
 τὰ τε ἄλλα, καὶ διὰ τὸ μὴ κίνδυνόν τινα παρακύναι, καὶ τοῖς 15
 κοινοῖς καὶ καθόλου παρεισφραρῆναι πράγμασι, μάρτυς ἀπαρέγ-
 E γραπτος Ἄννα ἡ βασιλις αὕτη. (B.) Φαίην μὲν οὖν, ὡς ἰδιο-
 τροπίαν τινὰ τῆς ἑαυτοῦ καλῆς ποιούμενος ἐκείνος γνώμης, τοιοῦ-
 τος ἦν ἐμοί. φαίην δ' ἂν μᾶλλον, εἰ χρὴ τᾶληθῆ λέγειν, ὡς
 οὐδ' αὐτὸς οὐδαμῆ ποτε ἐνέλιπον πάντα δρῶν καὶ λέγων ὑπὲρ 20
 τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ προτιμῶν ἕει τῆς ἐμῆς καὶ προτιθεὶς τὴν
 ἐκείνου. καὶ ἴνα τᾶλλα πάντα παρέντες ἐνός σου καὶ δυοῖν
 P. 360 μνησθῶμεν· ἄρτι τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς Μιχαὴλ τελευτήσαν-

7. τό γε μὴν em. Boiv. pro τότε μῆς.

perstite ac praesente me, qui vivo imperatore publicas res administrabam fere omnes; quicum ille dicenda pariter tacendaque omnia communicabat. Norunt certe et plerique Romanorum, et prae caeteris Augusta haec ipsa, ut reliquis in rebus idem omnino cum illo sentirem, et nostra omnia ab illius voluntate penderent; ut, quidquid illi visum esset, alacriter exsequi solem, ac rursus nihil quod non illi visum esset: et tamen, cum is magnopere cuperet velletque me insignibus imperatoris ornatum cum eo imperare, ab ea re omnino voluntatem meam abhorruisse. Cuius rei causam sub intimo pectore manere abditam rectius puto hoc tempore. Quod autem mihi res tam imperatorias quam publicas post mortem suam administrandas commendaverit saepenumero, Ioannique imperatori filio suo filiam meam destinaverit uxorem, tum ob alia, tum ne quid periculi suboriretur, atque in perniciem rei publicae totiusque imperii obreperet, testis est omni exceptione maior Anna haec imperatrix. (II.) Possim quidem illum dicere, cum in me talis foret, singularem quandam excellentis animi sui indolem re ipsa declarasse. Illud tamen affirmaverim potius, si verum oportet dicere, me vicissim haud destitisse unquam pro salute ipsius omnia facere ac dicere, vitaeque illius meam semper posthabuisse. Atque ut omissis caeteris unum aut alterum afferamus exemplum: recente adhuc imperatoris

τος, πρὸς ὁπόσῃν ἐμπέπτωκε θάλασσαν λογισμῶν, ἀκηχοῦς A. C. 1341
 τῶν περὶ βασιλείας προτιθεμένων Ῥωμαίοις ὄρκων πρὸς τοῦ βα- Imp. Io. Pa-
 σιλῆως καὶ πάππου, καὶ ὅποσα τὴν ἐκείνου ψυχὴν κατέκλυσαν laeol. 1
 ῥόδια λύπης, καὶ ὅπως πλὴν ἐμοῦ τῶν πάντων ἦν οὐδεὶς αὐτῷ
 5 παρήγορος τότε δεξιὸς καὶ ψυχῆς πιπτούσης βακτηρίῳ καὶ
 κινδυνεύοντος φρονήματος ἀπόρρητον φάρμακον, καὶ οἷον ἀνα-
 ψύξεως ζέφυρος, οὐκ οἶμαι δεῖν παρ' εἰδόσιν εἰς μῆκος ἐκτείνειν B
 τὸν λόγον. ὁμως ἐπειδὴ, πρὶν Βυζάντιον ἀλῶναι, διαδρῶς τὸν
 ἐπηρητημένον κίνδυνον, ὄχετο φυγὰς ἐς τὴν Θράκην καὶ τὰ ἐν
 10 ταύτῃ φρούρια, καὶ ἔδει μὴ φίλου μόνον ἐκείνῳ πιστοῦ, ἀλλὰ
 καὶ χρημάτων καὶ δαπάνης παντοδαπῆς (πάντων γὰρ καθάπαξ
 ἦν ἐστρεφθεὶς πρό γε τῆς φυγῆς ὁμοῦ καὶ κατὰ τὴν φυγὴν ἐκεί-
 νος), οὐ μόνον πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν ἐκείνῳ κεκένωκα χρεῖαν ἀφθό-
 νως ἐγὼ, ὅποσα μοι περιτῆν ἐκ πατέρων καὶ προγόνων ἀμύπολλα C
 15 χρήματα· ἀλλὰ καὶ πάσης ἔγωγε τῆς στρατιᾶς ὑπάρχων αὐτὸς
 ἡγεμῶν οἴκοθεν ἀεὶ χορηγῶν καὶ αὐτῇ διετέλουν τῶν μισθωμά-
 των ἀνευδεῖα τὴν δαπάνην. ὁ γὰρ αὐτὴν προῖέμενος τὴν ψυχὴν
 ὑπὲρ τῆς ἐκείνου ψυχῆς, ἧς ὁ πᾶς οὐκ ἔστιν ἀντάξιος κόσμος
 καὶ τὰ τοῦ κόσμου χρήματα, σχολῆ γ' ἂν αὐτῶν ἐφεισάμην
 20 χρημάτων καὶ κτημάτων καὶ κτηνῶν ὑπάντων. (Γ.) Καὶ ἴνα τὰ D
 τῶν ἐν μέσῳ κινδύνων συμπτώματα καὶ τοὺς τῶν μακρῶν ἐκεί-
 νων δρόμων καὶ περιδρόμων ἰδρῶτας κατὰ τὴν ἑπταετῆ περίοδον
 ἐκείτην παρελθῶμεν· ἐπειδὴ (δόξαν οὕτω θεῶ) τὴν βασιλίδι πό-
 λιν ἔλῶν μόνος ἦν αὐτοκράτωρ αὐτὸς, τῶν ἐμῶν οὐκ ἐπελάθεται

morte, quem ille in cogitationum aestum inciderit, ubi sacramenta cogno-
 visset, quae imperator avus Romanis detulerat, ad imperii successionem
 pertinentia; quot illius animum curarum fluctus inundarint; ut me excepto
 nemo omnium ipsi tunc affuerit dexter consolator, qui labentis animi velut
 adminiculum foret, ac vacillantem constantiam arcana ope sustentaret, et
 quasi zephyrus quidam recrearet, haud puto longiori oratione scientibus
 vobis commemorandum. At cum idem, vitato quod imminabat periculo,
 priusquam caperetur Byzantium, in Thraciam sitaque illic castella aufugis-
 set, opusque tunc esset non amico fideli solum, sed et pecunia et infinito
 sumptu (omnibus enim rebus ille ante et post fugam plane destitutus erat);
 non modo in usum illius praesentem ea omnia liberaliter effudi, quae mihi
 in bonis erant quamplurima, a patribus maioribusque ad me transmissa,
 sed et toti exercitui, cuius eram ipse dux, de meo plenissimos stipendio-
 rum sumptus perpetuo suppeditavi. Qui enim ipsam animam, qua nec to-
 tas orbis nec orbis totius opes bene permutentur, pro illius salute ultro
 effudissem, haudquaquam certe pecuniis aut possessionibus aut rei pecu-
 nariae pepercissem. (III.) Atque ut varios subsequutorum periculorum casus
 et in septenni illo curriculo sudatos tanta contentione cursus ac recur-
 sus omittamus; postquam Deo visum est, ut capta imperii sede solus rerum
 potiretur, non oblitus est ille meorum erga se amorum et ardentissimi stu-

- A. M. 6849 πρὸς ἐκείνον ἐρώτων καὶ πόθων· ἀλλὰ πάντας ἔστρεφε καθ' ἑαυ-
 Ind. 9 τὸν λογισμοῦς, ἀνερευνῶν ὅτι ἂν ἀποδοῖη βραβεῖον ἄξιον ἱμοί.
 Ἐκαὶ ἐπεὶ μείζον ἄλλο τῆς βασιλείας οὐχ εὔρισκε, ταύτης, τὸν
 δεύτερον φάναι πλοῦν, κοινῶν ἑαυτῷ καὶ βασιλείᾳ ποιῆσθαι
 διὰ μάλα μακρᾶς ἐποιεῖτο σπονδῆς. ἤδειτο γὰρ, πρῶτον μὲν, 5
 Δαρεῖον ἐκείνον τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, εἰ βάρβαρος μὲν
 V. 293 ἐκείνος ὢν, ὁμως διὰ τὴν τοῦ Ζωπύρου φιλίαν ὄλαις ὀρμαῖς
 τῆς ψυχῆς τὴν περιβόητον παραιτεῖσθαι διετείνεται Βαβυλῶνα
 Ἐκαὶ ἅμα αὐτῇ τὴν Χαλδαίων καὶ Μήδων ἀρχὴν, εἰ Ζώπυρον
 ἕγιᾶ πάντῃ θεύσκειτο· αὐτὸς δὲ παιδείας ἀνθρώπων προπούσης 10
 καὶ πατρῶν βασιλείας τρόφιμος ὢν ἐκείνου πρὸς ἀμοιβὴν τῶν
 καλῶν ὀφθείη δεύτερος. ἔπειτα οὐ τοσοῦτον ἐμοῦ γε εἰνεκα
 τοιαυτ' ἔφρασκεν ἐμοὶ δίδόναι βραβεῖα, ὅσον τῆς αὐτοῦ συστά-
 σεως, καὶ ἅμα παιδῶν καὶ συζύγου, ζωντός τε καὶ τελευτήσαν-
 τος αὐτοῦ. (A.) Ἐγὼ δ' ἀκήρατον ἐθέλων φυλάττειν τὸ τῆς 15
 P. 861 ἐμῆς πρὸς ἐκείνον φιλίας τεργνόν, καὶ μὴ δοκεῖν δι' ἔρωτα δό-
 ξης ὅσα ἡμῖν ἐσπούδασται δρᾶν, οὐχ εἰλόμην οὐδὲν τῶν ἀπάν-
 των, οὔτε μέτριον οὐδὲν, οὔθ' ὅσα τὴν τοῦ μεζονος ἔχει δόξαν
 λαβεῖν· ἀλλ' ἔμεινα τούτων ἀπάντων ἀθῶος ἄχρι καὶ εἰς δεῦρο.
 (E.) Ἄ δὲ νῦν ὁ πατριάρχης ἐπιτροπίας προτείνει γράμματα, 20
 τῆς τότε χρείας ἕνεκα τούτῳ γεγένηται, καὶ οὐδαμῇ περαιτέρω.
 ἔδειξει γὰρ ὁ βασιλεὺς, ὅσα πολλὰ τὸ αὐτόματον παρὰ πᾶσαν
 B ἐπάγει τὴν προσδοκίαν, μὴ αὐτός τε κινδυνεύσῃ καὶ σὺν γε αὐτῷ
 καὶ αὐτὸς ἐγὼ συμπαραῶν, ᾧ τὴν διαδοχὴν αἰεὶ παρετίθει τῆς βα-

dii: sed totum se animo atque cogitatione convertit ad investigandum prae-
 mium, quo me posset digne remunerari. Cumque nil imperatorio apice
 sublimius inveniret, in id enixe incubuit, ut saltem collegam me imperato-
 remque faceret. Nam primo quidem eum pudebat, postquam Darius ille
 rex Persarum, homo barbarus, Zopyrum sic amavisset, ut incluta illa
 Babylone ac toto praeterea Chaldaeorum Medorumque imperio carere, Zo-
 pyrum autem videre omnibus membris sanum ardentissime optasset; pude-
 bat, inquam, hominem humanioris disciplinae et paterni imperii alumnum,
 victum ab illo videri se in referenda gratia. Deinde addebat, haec mihi a
 se praemia persolvi non tam mei causa, quam ut stabilitatem suam tue-
 retur, atque ut vivo mortuoque se liberis suis simul et coniugi consultam
 esset. (IV.) At ego, quam voluptatem percipiebam ex amore erga illum
 meo, eam mihi sinceram servare cupiens, nec quaecunquam studio fecissem,
 gloriae et honoris videri cupiditate fecisse, nullum sive mediocre sive ma-
 ius splendidiusque praemium accipere volui; sed iis omnibus vacuus et pu-
 rus ad hodiernum usque diem permansi. (V.) Hi porro circa tutelam codi-
 cilli, quos patriarcha nunc profert, illius non ulterioris temporis causa
 scripti sunt. Verebatur scilicet imperator, qualia multa praeter omnem
 opinionem fortuitus casus invehit, ne et ipse periclitaretur, et ego quoque,
 illius comes et socius; cui ille et imperii et suarum omnium rerum succes-

σιλέας καὶ τῶν οἰκείων ὑπάντων. μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν δυνατῶν, A. C. 1341
 ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀγῶνι τοῦ βασιλέως κινδυνεύοντος, ἐμὲ ζῶντα λεί- Imp. Io. Pa-
 πεσθαι. οὕτω γὰρ ἀλλήλαις ἡμῶν αἱ ψυχαὶ συνεκέρατο, ὡς laeol. 1
 καὶ πάντας Ὀρλότας ὁμοῦ καὶ Πυλάδους περιφανῶς τῆς ἡμῶν
 5 ἤττιᾶσθαι συμκνοίας. εἰ γὰρ ἦν ἐφικτὸν, ἀπιόντος εἰς Θεσσαλίαν
 τοῦ βασιλέως, ἐν Βυζαντίῳ μένειν ἐμὲ, οὐκ ἂν ἐπισκόπων ἔδει
 καὶ πατριάρχου καὶ συνθηκῶν περὶ τε γυναικὸς καὶ παίδων καὶ
 βασιλικῶν πραγμάτων. ἀλλὰ τοῦ τηρικαῦτα καιροῦ πρὸς τὴν
 τοιαύτην τὰ πράγματα περιστάσιν συνελύσαντος, οὕτως ἐφ' ὧρι-
 10 σμένῳ τὰ τῆς τοιαύτης ἐπιτροπῆς ἐκείνῳ συνεκλείετο τῷ χρόνῳ.
 ὁ δὲ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον ὥσπερ ἔρμαιον εἰς φιλαρχίαν, ὡς
 ἔοικεν, εἰληφῶς εἰς μέσον ἄγει δημοσιεύων τὰ πάλαι τοῦ βασι- D
 λέως γράμματα, μηδαμῇ τῇ παρουσίᾳ προσήκοντα χρεῖα· ὡς
 μηδὲ πολλῶν ἐμοὶ πρὸς ταῦτα δεῖσθαι τῶν λόγων, πρὸς ἕτερα
 15 τῆς παρουσίας χρεῖας τὰ πράγματα συνωθούσης. (ς'.) Ἐμοὶ γὰρ,
 ἵνα τὸ προσῆκον πέρας τοῖς ἐμοῖς ἐπενέγκω λόγοις, τὰ αὐτὰ τῷ
 θεῷ διεξιέναι λείπεται Παύλῳ· ὅτι τὸν δρόμον τετέλεκα, καὶ τὴν
 πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειται μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέ-
 φανος. ὃς ὑπὸ δυοῖν ὀριζόμενος τουτωνῶ, τῆς τε ἐπιτροπῆς καὶ E
 20 διοικήσεώς φημι τῶν βασιλικῶν πραγμάτων καὶ τῆς τοῦ νέου
 βασιλέως ἐπὶ τῇ ἐμῇ θυγατρὶ μνηστειας, ἣ μὲν ἐπιτροπῇ καὶ
 διοίκησιν τῶν βασιλικῶν πραγμάτων, κατὰ συνέχειαν ἐκείθεν ἀεὶ
 διαβαίνουσα, πρόσεισιν ἔτι μοι. λοιπὸν δ' ἂν εἴη καὶ τὰ τῆς

sionem semper commendaverat; praesertim cum fieri haud posset, ut, si in
 discrimen adduceretur salus imperatoris, superstes ego ex eo bello evade-
 rem. Tanta siquidem inter nos animorum erat coniunctio, ut Orestarum
 simul Pyladarumque omnium amicitiam concordia nostra longe superaret.
 Est enim si, imperatore in Thessaliam profecto, Byzantii remanere me li-
 cisset, non episcopis certe opus fuisset, non patriarcha, non mandatis,
 quae coniungi et liberis et rebus imperatoriis consulerent. Sed ut illorum
 temporum conditio eo res adduxerat, ita certo ac definito illius ipsius tem-
 poris spatio eiusmodi tutela fuit circumscripta. Nunc vero ille imperatoris
 mortem in lucro ponit, nimirum regnandi avidus, atque in medium publi-
 camque in lucem profert vetera quaedam imperatoris scripta, quae in prae-
 senti nihil ad rem spectant. Eoque fit, ut mihi adversus ea non opus sit
 longa oratione, cum ad alia me praesens necessitas compellat. (VI.) Mihi
 enim, ut orationi meae finem imponam convenientem, illud D. Pauli superest
 usurpandum. Cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est
 mihi corona iustitiae. Quae cum duabus rebus definiatur, tutela scilicet
 et administratione imperatoriorum negotiorum, item despondenda iuniori
 imperatori filia mea; tutela quidem et administratio imperii, perpetua inde
 usque et continua possessione ad me transierunt, et adhuc mihi incum-

A. M. 6849 τῶν παίδων μνηστείας ἤδη τελεῖσθαι.” Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ σύλλογος ἔληγέ τε καὶ διελύετο.

Ind. 9

P. 362 δ'. Ὁ δ' Ἀποκαυκος, ἅμα τῷ πατριάρχῃ προσιῶν ἰδίᾳ τῇ
 V. 29⁴ βασιλίδι, μήτε μηδενὸς ἀκούειν ἀνέπειθε τῶν ἀπὸ τοῦ Καντακουζηνοῦ λεγομένων, καὶ ἅμα τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιτροπῆς 5 ἀπέχεσθαι τελῶς παρακελεύεσθαι. μηδὲ γὰρ εἶναι χρεῖαν ἔτι τούτου, τῆς βασιλίδος ὁμοῦ τῷ νυῖῳ δυναμένης πᾶσιν ἐπιστατεῖν πράγμασι, παραδυναστεύοντός τε καὶ παρασπλζοντος τοῦ πατριάρχου, κατὰ τὴν πάλαι δοθεῖσαν πρὸς βασιλέως ἐπιτροπεῖαν Βαυτῷ. ταῦτα λέγων καὶ πείθων ἐλάνθανεν οἴους καὶ ὄσους τοὺς 10 ἀγρίους τρέφει θῆρας τῶν λογισμῶν ὡς ἐν λόχμῃ τῇ ψυχῇ. διεζωγράφει δ' οὖν καὶ ὑπεσήμαιεν ἀμυδρῶς τοῖς συνειτωτέροις τῶν λόγων αὐτοῦ καὶ σχημάτων τὸ ἄλλοπρόσαλλον, οἷον ἐκρήξει χειμῶνα κατὰ Ῥωμαίων ὁ ἄνθρωπος, προσειληφῶς τὸ δύνασθαι. (B.) Ὅσον μὲν γὰρ προσῆν Καντακουζηνῷ πανταχόθεν τὸ δύνα- 15 σθαι, τοσοῦτον Ἀποκαύκῳ περιῆν ἀσθενείας· ὅσον δ' Ἀποκαύκῳ τὸ βούλεσθαι χεῖριστα δρᾶν, τοσοῦτον τῷ Καντακουζηνῷ τὸ μὴ βλαῖον πράττειν μηδὲν ὀπωσοῦν κατὰ τῶν ὄσοι ξιφῆρη χεῖρα τῇ τούτου ζωῇ καθοπλίζουσι. Καντακουζηνὸς γὰρ, παρὸν ἐκ τοῦ ῥήστου κακοὺς φωραθέντας αὐτοὺς καθελὼν, ἀπονητὶ 20 τὸ τῆς αὐτοκρατορίας περιζώσασθαι σκηπτρον, τοῦτο μὲν οὐ βεβούληται, ἀλλὰ τὴν αὐτῶν ἐκπλαγείς ἀγνωμοσύνην οἴκοι κα- D τέμεινε σιωπῶν ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς πού τὰς ἡμέρας. ὁ δ' Ἀποκαυκος, πειρώμενος μὲν, οὐ δυνάμενος δὲ καθελεῖν Καντακουζηνόν,

but: reliquum est, ut liberorum nostrorum coniunctio factis sponsalibus cessaret.” Post haec finito colloquio dimissi sunt ii qui convenerant.

4. At Apocaucus cum patriarcha ad Augustam privatim accedit persuadetque, ut nihil eorum quae a Cantacuzeno dicta sint audiat, simulque ut ei rerum administratione prorsus interdicat. Nec enim illo amplius opus esse; quandoquidem imperatrix ipsa cum filio posset rerum tractare gubernacula, collega ac defensore patriarcha, cui tutela iam pridem ab imperatore delata fuisset. Haec cum diceret ac persuaderet, non declarabat quae et quot immania in animo consilia aleret, quasi in silva feras. Iis tamen qui intelligentiores erant inconstantia illa in dictis atque in persona retinenda adumbrabat saltem et leviter designabat, quas ille Romano imperio tempestates illaturus foret, ubi nactus esset potestatem. (II.) Quantum enim ubique poterat Cantacuzenus, tantum Apocauco deerat virium: quantumque Apocaucus ad pessima quaeque erat proclivis, tantum aberat Cantacuzenus ab ulla vi inferenda iis, qui manum in ipsum violentam armassent. Cum enim isti facillimum esset manifesti sceleris convictos opprimere, et imperatoriae dignitatis insignia nullo labore usurpare, id quidem facere noluit: sed eorum ingratum animum vehementer admiratus domi se continuit, alteroque aut tertio demum die silentium rupit. Apocaucus vero, conatus quidem, sed frustra, Cantacuzenum de medio tollere,

ὃν μόνον ἀντίπαλον κράτιστον εὔρισκε τοῖς αὐτοῦ δολεροῖς λο- A. C. 1341
 γισμοῖς, ὅμως οὐκ ἔλληγε τὰ ἑαυτοῦ διηνεκῶς ἐνεργῶν. ἐκστατι- Imp. Io. Pa-
 κὸν γάρ τι χρῆμα διανοίας ὁμοίως πέφυκε πλοῦτος καὶ δόξα, iacol. 1
 παρ' ἄξιαν τινὶ προσγεγόμενα, καθάπερ ἡ μέθη. εἰς γὰρ δόξαν
 5 καὶ περιφάνειαν ἐξ ἀσήμου γένους ἐληλυθὼς, συνεργοῦντος καὶ Ἐ
 περιθάλλοντος Καντακουζηνοῦ, καὶ πλοῦτον μάλα πολὺν καὶ
 ἔπερ τὴν τύχην τὴν ἑαυτοῦ συναθροίσας, τοῦ καθήκοντος εὐθύς
 ἐξέστη φρονήματος, καὶ τυραννίδος ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς θαλάμοις
 ἔκρυπεν ἔρωτας, καὶ πάντ' ἐκεῖθεν ἔπραττε, καὶ πάντα συνεισ-
 10 ἦγεν ὅσα γεωργεῖ τῆς τοιαύτης κακίας τὴν βλάβστην. (Γ.) Βοῦ P. 363
 δὲ καὶ αὐτὰ μονονουχί φωνὴν ἐκπέμποντα λαμπρὰν τὰ τῶν αὐτοῦ
 γε οἰκιῶν οἰκοδομήματα, μέχρι νῦν τὴν ἐκείνου κακίαν ἐκτραγω-
 δοῦντα· λέγω δὴ τὸ τῶν Ἐπιβυτῶν φρούριον· ἔπειθ' ὅσα περὶ
 τὸ τεῖχος τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων ἤγειρεν, ὅσον ἀμφίβιον
 15 καὶ γῆ καὶ θαλάσση μεριζομένην ἔχοντα δίαιταν. πύλας γὰρ ἑκα-
 τέρωθέν σφισιν ἐτίθετο πρὸς τε γῆν καὶ πρὸς θάλασσαν· ἵνα
 διωκόμενον ἐκ θαλάττης ἤπειρος ὑποδέχοιτο, καὶ τούναντίον Β
 αὐθις φεύγοντα τὴν ἤπειρον ἢ συνοῦσα καὶ, ὅσον εἰπεῖν, ναυλο-
 χοῦσα τριήρης παρὰ τὴν οἰκίαν γίνοιτο παραπομπὸς ἐπ' ἀπί-
 20 στου στοιχείου θαλάττης ἄχρι τῆς νήσου Πιργικίον, ἣ ὅποι
 τῆς τύχης ἄγοι τὸ πέρασ αὐτόν. ἔσθησε γὰρ κάκει, καὶ ὀπηδή- V. 295
 ποτε κατασφραγεῖν ἐβούλετο, φρούρια καὶ πύργους οὐρανομήκεις.
 οὕτω μοχθηρὸς ἦν ὁ ἀνὴρ ἐξ ἀρχῆς, καὶ μελέτας ἔκρυπτεν ἐν τῇ C

18. φεύγοντα pro φεύγοντι positum esse observat Boiv.

quem solum eundemque potentissimum adversarium consiliis suis fraudu-
 lentis obstare comperiebat, suo tamen more agere non desinebat. Inest
 enim illud opibus pariter et honoribus, ut cui indigno obvenerint, eius
 mentem non secus atque ebrietas ex sua sede dimoveant. Namque hic,
 cum ad honores et fortunae splendorem pervenisset, magnaue opum quae-
 sita vi suam excessisset sortem, decenti illico de statu animi declinavit,
 tyrannidisque arcanos amores altius pectori infixos fovit. Hinc ille nihil
 non fecit, nihil non conquisivit, quo eiusmodi malorum stirpem aleret.
 (III.) Id autem ipse illae clamant emissa paene voce insanas substruction-
 um moles, quae ad hodiernam usque diem illius improbitatem splendidissime
 θεντο περιελθόντι Καντακουζηνῷ τὰς πύλας ἀνοίξαι, πρὶν αἰ-
 P. 387 σθέσθαι τοὺς τυραννήσαντας δημότας, καὶ γράμματα ἐπεμψαν

ullam esse, qua advenis et equitibus pateret accessus (clausas quippe omnes portas), tum vero illa percussa est, et illud praesagium aliter interpretata totam se tristitiae tradidit, nec longe a lacrymis abfuit.

14. At non Cantacuzeni animus (ego enim illuc redeo) tantis calamitatum fluctibus demersus est, nec insidiae illae perpetuae et alias aliae, quas in se clanculum strui comperiebat, effecere ut desponderet, sed intra suos limites stetit immotus, spesque in Deo defixas constantissime habuit, nec desitit unquam per litteras petere ac rogare, ut quaecumque imperator, dum viveret, de ipso mandavisset, confirmarentur. Cumque interim populus Byzantinus ne auribus quidem primoribus dicta acciperet, quin imo et nuncios ignominia affectos ac detonsos per forum traduceret vinculisque et carceribus coerceret: tamen huius lingua nemini convitiabatur. Sed nec homines illos, virtute ac disciplina praestantes, qui montem Atho incolebant, sequestros pacis recusabat. Atque illi quidem venerunt; sed nihil diligens eorum studium effecit. Porro et pecuniae, et si qua utrisque longo ante recondita suppellex erat, tum in alios usus impendebantur, tum in ea quae militibus necessaria erant. (II.) At clam plerique Orestiadis primores conspiratione facta, constituerunt oberranti Cantacuzeno portas recludere, antequam plebei, qui tyrannice dominabantur, eam rem perciperent:

ἤδη καλοῦντες αὐτὸν, τὴν ταχίστην ἐλθόντα λαβεῖν ἀπονητὶ A. C. 1342
τὴν πόλιν. καὶ ὃς εὐθὺς διαναστὺς τὸν τε στρατὸν ὤπισσε καὶ Imp. Io. Pa-
τὸν Ἄγγελον Ἰωάννην, τὸ Παμφίλου πολίχνην ὀχυρώσαντα ὡς laeol. 1
προσῆκει, τάχιστα ἤκειν ἐπ' Ὀρεσιτιάδα διεμηνήσατο σὺν ἰπ- V. 314
πέουσιν ἔγγιστα ὀδοθήκοντα. (Γ.) Καὶ δὴ συνελθούτων σφῶν
ἐπὶ τὰς ὄχθας τοῦ παραρρέοντος τῆ Ὀρεσιτιάδι ποταμοῦ, χειμῶν B
τηνκαῦτα ὡσπερ ἐξ αὐτομάτου γέγονε τῆς νυκτὸς ἐκείνης μάλα
κολύς· καὶ ὁ ποταμὸς ἐκεῖνος, ὡσπερ αἰσθησὶν εἰληφῶς ἀπει-
λοῦντος θεοῦ, ἀγριαίων ἦν καὶ σφόδρα πλημμύροντα συνε-
10 λάντων ὑπὲρ τὰς ὄχθας τὰ ρεύματα· ὥστε ἀπορον πρὸς διάβα-
σιν εἶναι τοῖς τοῦ Καντακουζηνοῦ στρατεύμασιν. ἡμέρας σὺν ἔγ-
γιστα διατετριφῶσι περὶ αὐτὸν οὐκ ἔλθας, οὐκ ἔληγεν ὁ χειμῶν·
ἀλλ' ἦν ἑαυτῷ τὴν ὁμοίαν διηνεκῶς συντηρῶν ἀγριότητα. ἀπει- C
ρηκτός δ' ὄψε καὶ ἀπαλλαγέντος ἐκεῖθεν, ὅ, τε χειμῶν ἐς τὴν
15 ὕστεραίαν ἐλώφα καὶ ὁ ποταμὸς ἠρέμα ἐκείνης ὑφέϊτο τῆς
ὑβριῶς τε καὶ ἀγριότητος. τῆς δὴ τοιαύτης πείρας δις ἤδη γε-
νομένης, καὶ τῶν ποταμῶν ρευμάτων αὐδὺς ἐς τὴν ὁμοίαν ἐκε-
την ἀναρρηγνυμένων ὑπερηφάνιαν, ἔγνωσαν ὄψε, μὴ ἔκ τινος
τύχης, ἀλλ' ἐκ θειοτέρας προνοίας εἶναι τὸ ἐναντίωμα, ῥᾶστα D
20 μὲν τὰ πάντα μετασκευαζούσης ὅπη βούλοίτο, καὶ νῦν δ' ἀντι-
πραττούσης μάλα τοῖς τοῦ Καντακουζηνοῦ προφανῶς ἐγχειρήμα-
σιν· ὡς ἔπεσθαι καὶ τὴν τῶν στοιχείων εὐθὺς ἀγανάκτησιν πολλῶ
τῷ θυμῷ ῥέουσιν, ὡσπερ αἰσθανομένων ἀρχιζομένου τοῦ δε-
σπότη, καὶ συνεπιλαμβανομένων, ὡς δούλοις εἰκός, καὶ δει-
25 κνύτων ἔμπρακτον τὴν πρὸς τὸν δεσπότην τιμὴν διὰ τῆς βλα-

et iam litteras ad eum miserant, hortantes ut quam celerrime adesset, ur-
bem nullo labore capturus. Ille igitur motis confestim castris exercitum
instruxit, Ioannique Angelo mandavit, ut munito prout par erat Pamphili
oppidulo, quamprimum Orestiadem veniret cum equitibus proxime octo-
ginta. (III.) Cum autem illi ad ripas fluvii Orestiadem praeterfluentis
coavenissent, tempestas violentissima per illam noctem quasi sponte coorta
est; fluvius vero, ac si sensum haberet aliquem irati numinis, saevire ac
multum supra ripas exundare coepit, ita ut Cantacuzeni copiae tralicere
non possent. Itaque dies non pauci in proximo circa illum fluvium con-
sumpti sunt, tempestate haud quiescente, sed eandem sibi violentiam per-
petuo retinente. Tandem re desperata cum inde abiisset Cantacuzenus,
postera die tempestas saevire desiit, et paulatim fluvius proterviam illam
ac ferociam remisit. Facto bis periculo, cum flumen eodem iterum tumore
exundasset, sero denique cognitum est, non casu aliquo eas moras obiectas,
sed providentia divina: quae omnia facillime quocunque vellet traduceret,
ac nunc obsisteret apertissime Cantacuzeni coeptis: atque inde fieri, ut et
ipsa statim elementa magno irarum aestu ferventia indignarentur, quasi
iratum dominum sentirent, eique quatenus famulos deceret obsecundarent,

A. M. 6850 πτόσης ὄρμηῆς καὶ μάλα τοὶ σφόδρα βιαίας ἀνταποδόσεως.

Ind. 10

E (A.) Ἐπεκθρόντες δ' οὖν ἐκατέρωθεν ἐνόητε, νῦν μὲν ἐκ Διδυμοτείχου τινὲς τῶν στρατιωτῶν, νῦν δ' ἐξ Ὀρεισιάδος καὶ τῶν πέριξ πολυχλίων, πολλὴν μὲν ἐκείθεν ἐνθάδε λείαν ἤλαυνον, πολλὴν δ' ἐντεῦθεν ἐκείσε· νίκην δὲ καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τῇ σπουδῇ, οὐκ ἦν οὐδετέρῳ κατ' οὐδετέρον· ἀλλ' ἐδίωκον ἀνήγυτα. αἱ δὲ **F** πόλεις ἐφθείροντο διηνεκῶς ὑφ' ἑαυτῶν ἡρέμα καὶ κατὰ μικρόν· καὶ ἦν, ὡς εἶκε, βούλημα θεῖον καὶ ψῆφος ἄνωθεν κυρωθεῖσα, ἐκτριβῆναι καὶ γυμνωθῆναι τὰς πόλεις χρημάτων καὶ δόξης καὶ τάξεως ἐκ τῆς ἐμφυλίου ταυτησὶ στάσεως. (E.) Τῆς γε μὴν **10** ἐμφυλίου μάχης καὶ ἀλλοφύλου τὸ ἐξαλλύττον καὶ ὑπερέχον ὁ **K**αντακουζηνὸς ἐξετάζων τὴν μὲν παροξυσμῶ καὶ πυρετῶ, τὴν **P. 388** δὲ θέρμη τε θέρους καὶ ψύξει χειμῶνος ἔλεγεν εἰκέναι· καὶ εἶναι τὸ ὑπερέχον θατέρον πρὸς θάτερον μάλα πολύ. τὴν μὲν γὰρ ἐξωθεν ψύξει εἶναι καὶ προσθήκαις ἐνδυμάτων ἰᾶσθαι καὶ πν- **15** ρὸς εὐπορίᾳ· καὶ αὖ τὴν ἐξωθεν ἐπιεσθόδιον θέρμην ἐνδυμάτων τε ὑφαιρέσει καὶ ἀνέμων πνοαῖς· τοὺς δ' ἐνδοθεν τικτομένους πυρετοὺς ἐξ ἐγκάτων δύσμαχον εἶναι καὶ μάλα ἀνανταγώνιστον χρῆμα. (ς.) Οἱ δὲ διὰ τὸν **K**αντακουζηνὸν ἐξόριστοι καὶ δεσμῶ-

Bται, καὶ ὅσοι λεληθότως ἐν ταῖς πόλεσι τὰ ἐκείνου διετέλουν φρο- **20** νοῦντες, μετέωροι ταῖς ἐλπίσιν ἦσαν ἕαρος ἐπισειλοντος, εὐμενῆ καταστήσεσθαι σφισι τὴν τύχην. ἀλλ' ἄρα ἦσαν μάταια τὰ τῶν ἐλπίδων. ὡς γὰρ ἐπὶ μαγδραβόλου τὰ ἐκείνου διηνεκῶς ἐχώρει.

suamque erga illum observantiam re significarent, illo scilicet noxio impetu violentissimaque remuneratione. (IV.) Utrunque igitur interdum excurrentes, nunc aliqui ex Didymoticho milites, nunc ex Orestidae vicinisque oppidulis, multam inde huc praedam, multamque hinc illuc abigebant. Neutri autem poterant vincere, atque ita finem contentioni imponere: sed frustra quidem instabant sibi utrinque. Urbes autem perpetuo conficiebantur a se invicem sensim atque paulatim. Et erat (ut videtur) placitum Deo ac caelesti decreto sancitum, ut urbes attererentur, pecuniisque et honore et dignitatis gradu per civiles illos motus spoliarentur. (V.) Et Cantacuzenus quidem civile bellum cum externo comparans, expendensque, quantum alterum ab altero distaret et excederet: civile quidem bellum frigori calorigue febricitantium; bellum vero externum calori aestivo frigorigue hiberno simile esse dictitabat: alterum nempe ex his ab altero multum excedi. Frigori enim hiemis, quod externum est, facile esse vestimentorum accessione atque ignis copia mederi; rursus calorem aestatis, utpote externum atque adventitium, subtractis vestimentis ac per ventorum flatus temperari posse: febres autem, utpote intrinsecus ex ipsis visceribus natas, rem esse indomitam atque ineluctabilem. (VI.) Hi porro, qui propter Cantacuzenum aut exulabant, aut in vinculis erant, quique in urbibus tacite illi favebant, hi inquam omnes, vere appetente, spe erigebantur benignioris in posterum fortunae. Sed erant vanae illorum spes. Illius enim res, ut vulgo aiunt de Mandraba, quotidie in peius procedebant.

14. Ἐπανακτέον δὲ βραχὺ τὴν διήγησιν, ἵνα σαφέστερα γέ- A. C. 1342
 νοστο τοῖς ἀκούουσι τὰ ἐξῆς. Θεσσαλονίκης μὲν γὰρ, καὶ τῶν ^{Imp. Io. Pa-}
 πέρης ἄχρι Στρυμόνος τοῦ ποταμοῦ πόλεων, ἦν ἐπίτροπος ὁ πρω- ^{laeol. 1}
 τοστράτωρ Θεόδωρος ὁ Συναδηνός· τῆς δὲ τῶν Σεβήρων πόλεως, ^{V. 315}
 5 καὶ τῶν ἄχρι Χριστοπούλεως πολυχνίων, ὁ τοῦ Θανόντος βασι-
 λέως ἑξάδελφος, Γῆμ ὁ Ἀρμένιος· ὃς πρὸ τεττάρων καὶ εἰκοσιν
 ἐτῶν μετὰπεμπτος γεγονώς ἐξ Ἀρμενίας εἰς Βυζάντιον ὑπὸ τῆς D
 τοῦ πατρὸς ἀδελφῆς, τῆς βασιλίδος δηλαδὴ καὶ μητρὸς Ἀνδρο-
 νίκου τοῦ βασιλέως, συνεζύγη τῇ τοῦ Καντακουζηνοῦ ἑξαδέλφῃ,
 10 καὶ πολὺν αὐτῇ συνοικήσας χρόνον ἄπαις διέμεινε· Θανούσης
 δ' ἐκείνης, συνεζύγη τῇ τοῦ Συργιάννου θυγατρὶ, ἐξ ἧς καὶ παι-
 δων ἐγένοντι πατήρ. ἦν δ' αἰεὶ τῇ πατρὶ τῶν Ἀρμενίων θρη-
 σκία χρώμενος. (B.) Οὗτος οὖν ἑρμαῖον τὴν τοῦ καιροῦ καὶ E
 πρῶτῶν σὺγγχεσιν εὐρηκῶς καὶ λημμάτων πρόφασιν κατέσχε
 15 τὰ ἐκεῖ τοῦ Καντακουζηνοῦ χωρία τε καὶ τὰς προσόδους, καὶ
 ζεύγη μυρία βοῶν, καὶ παντοίων ἄλλων ἀγέλας κτηνῶν, καὶ
 πάντα ἐξαργυρώσας πλείστα χρημάτων ἑκαρπούτο βαλάντια.
 πάντας δὲ τοὺς ὑπὸ τὴν ἐπιτροπὴν αὐτοῦ πλουσίους αἰτίαις καθυ-
 ποβάλλων, ὡς εἰν ὁμόφρονες δῆπου τῷ Καντακουζηνῷ, αὐτοὺς
 20 μὲν ἐν φρουραῖς εἶχε· τὰς δὲ σφῶν οὐσίας ἤθρολιζεν ὄλαις χερσίν P. 389.
 αὐτὸς ἐαντῶ. πάντα μὲν τοίνυν ὅποσα ὁ χρόνος ἐκείνος ἔτεκε τὰ
 δεινὰ, ῥῆδιον οὐκ ἔν εἶη διεξιέναι. ἔνια δ' ἐν τοῖς λέγεσθαι μὲλ-
 λουσιν ἄλλα ἄλλοθι κατασπειρόντων ἡμῶν, ἐξέσται δῆπου καὶ
 τῶν λειπομένων ἐντεῦθεν τοῖς βουλομένοις καταστοχάζεσθαι.

15. Sed repetenda paulo citius rerum expositio, ut clariora auditoribus
 fiant, quae sequuntur. Etenim Thessalonicae et caeteris circum urbibus,
 ad Strymonem usque fluvium, praepositas erat Theodorus Synadenus pro-
 tostrator: Serhis vero, et omnibus Christopholin usque oppidis, defuncti
 imperatoris consobrinus Guido Armenius; qui quatuor et viginti ab hinc
 retro annis Byzantium arcessitus (arcessiverat autem eum patris sui soror,
 Augusta eadem et Andronici imperatoris mater) Cantacuzeni consobrinam
 uxorem duxit; et per tempus diuturnum, quo illam secum habuit, liberis
 caruit: mortua deinde illa Syrgiannis filiam secum matrimonio iunxit, ex
 qua et liberos suscepit: in patria autem Armeniorum religione perseveravit.
 (II.) Is igitur temporum ac rerum perturbationem, quasi donum fortunae
 imperatum nactus et lucri faciendi occasionem, quidquid habebat illie prae-
 didorum ac vectigalium Cantacuzenus, detinebat, nec non infinita boum iuga,
 et alia cuiusque modi pecora, conflatoque ex iis omnibus argento, maxi-
 mam pecuniae vim comparaverat. Idem quotquot in provincia, cui prae-
 erat, opulentissimi erant, eos in crimen adducebat, ut nimirum Cantacu-
 zeno assentes: atque ipsos quidem in custodiam dabat: eorum autem
 facultates plenis manibus sibi coacervabat. Sed calamitates, quas tempora
 illa pepererunt, facile haud sit omnes percensere. Quarumdam vero spar-
 sium et subinde mentionem faciemus, ut quilibet facile inde possit caetera

A. M. 6850 (Γ.) Προειληφέναι μέντοι και προηγήσασθαι τῶν τοιούτων συν-
 Ind. 10 B επεπτάκει σημεῖα κακῶν τά τε ἄλλα και ἐπισκότησιν ἡλίου
 και ἕμα σελήνης πρό γε αὐτῆς μάλα τοι σφόδρα μεγίστην, περι
 ζώδιον ἐν ἀμφοτέρας φημι τὸν τόξότην· και πριν ὅλον ἕξαμη-
 νιαῖον ἐξήκειν χρόνον ἐς τὰκριβές, ἑτέραν αὖτις συνεπεπτάκει γε-5
 νέσθαι σελήνης ἐκλείψεν, περι τὸν ταῦρον γενομένου σαφῶς τοῦ
 ἡλίου, ἦττω μὲν ἐκείνης, δακτύλων δ' οὖν ἰδ και αὐτήν. Ἐκ
 τε οὖν τούτου, και αὖ ἐκ τῶν περι τὰ τῶν φωστήρων πάθη φα-
 Cνέντων χρωμάτων, μεγάλων προαναφώνησις τοῖς βαθύτερον βλέ-
 πουσιν ἐγεγόνει δεινῶν. (Δ.) Δεύτερον δέ, τὸ τῆς δεινροτομίας. 10
 περι γὰρ τὸν ὕδροχόν, εὐθὺς μετα τὸν αἰγοκέρων, τοῦ ἡλίου
 γενομένου, νύκτωρ ἄπύσης ἀνέμων σιωπησάσης πνοῆς, κατεβ-
 φάγη πληθος χιόνος οὐ φορητόν· ὕφ' οὗ καταβαρυνθέντα τὰ τῆς
 βασιλευούσης τῶν πόλεων ἅπαντα δένδρα, και ὅσα τῶν προα-
 Dστέλων αὐτῆς, τσσαύτην τὴν πῶσιν ὑπέστησαν, ὡσθ' ἡμέρας 15
 γενομένης, και τὸ νυκτερινὸν ἐρμηνευσάσης δεινὸν, ἰδεῖν ξένον
 θάμα, κλάδου παντὸς ἀπωρραπισμένα τὰ μέσα τῶν δένδρων
 και σκόλοψι τισιν ἑοικότα και ξύλοις νεκροῖς.

V. 316 15. Ἐπει δέ και περι τῆς βασιλίδος Εἰρήνης τῆς Καντακου-
 E ζηνῆς, και τῶν δυοῖν αὐτῆς ἀδελφῶν, πολὺς ἡμῖν ἔσται προιοῦ- 20
 σιν ὁ λόγος, τὰ μέγιστα ταῖς παρούσαις συμβαλλομένων τύχαις
 τοῦ χρόνου και ὑποθέσειν, ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου φέρε
 ἐπανακάμψωμεν. εἶχε γὰρ δεσμίους αὐτοὺς τὸ πλησίον ὄρους Ῥο-

8. ἐκ τῶν] τῶν corr. Boiv. pro τοῦ.

coniectare. (III.) Horum certe malorum signa antecessere ac praevia ex-
 stitere tum alia, tum eclipsis solis et lunae simul. Et haec quidem prior
 accidit longe maxima: utraque autem circa idem zodiaci signum, nempe
 Sagittarium. Necdum semestre totum penitus exierat, cum alia rursus ac-
 cidit lunae eclipsis, sole Taurum evidenter ingresso; minor quidem haec
 quam illa; sed et ipsa quatuordecim saltem digitorum. Et hoc igitur, et
 colores qui circa luminarium defectionem visi sunt, magnarum calamitatum
 praesagia altius inspicientibus habita sunt. (IV.) Alterum item signum
 fuit arborum excidium. Statim enim post Capricornum, cum sol in Aqua-
 rio esset, silente omni ventorum flatu, effusa est noctu nivium copia non
 tolerabilis. Quo onere oppressae omnes principis urbis arbores, et quae-
 cunque erant sub urbe, tantam dedere stragem, ut die orto ac nocturnam
 cladem indicante, novum obitceretur oculis spectaculum; mediae videlicet
 arbores omnibus ramis orbatae, et palis quibusdam ac mortuis lignis si-
 miles.

16. Sed quoniam et de imperatrice Irene Cantacuzena, et de duobus
 illius fratribus, frequens a nobis habebitur mentio, eo quod illorum opera
 in praesenti temporum conditione propositoque argumento plurimum emi-
 cuit, illuc iam revertamur, unde nostra deflexit oratio. Tenebat eos iam-

δόξης φροδριον τῆς τῶν Ἀδδῆρων μονῆς ἐκ πολλοῦ, κελύσει A. C. 1842
 τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου, ἐπ' ἐγκλήματι καθοσιώσεως. ^{Imp. Io. Pa-}
 ἄρτι δὲ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἐν Διδυμοτείχῳ τὰ ἐρυθρὰ ^{lineol. 1}
 ἔποδησαμένου πέδιλα, καὶ τῆς πολεμίας χειρὸς ἐκατέρωθεν παρα-
 δοικαζομένης, ἕρις ἐγένετο περὶ σφῶν, ὅποτερῳ μέρει προτέρῳ
 γένοιτ' ἂν τῆς εἰρκτῆς ἐξελόντι συμμάχους ἔχειν κατὰ θατέρου
 κρατίστους. (B.) Πολλῶν τοιγαροῦν μεταξὺ γενομένων δρόμων
 καὶ λόγων, καὶ δεδιότων ἐκείνων, μὴ δεσμῶν ἀλλάξωνται δεσμά,
 κουφοτέρων ἴσως δεινότερα, καὶ μηδετέρῳ βεβαίως ἐχόντων μέ- B
 10 ρι θαρσύνειν, ἣ βασιλις Εἰρήνη, πολλὴν πλουτοῦσα τὴν σύνεσιν
 καὶ ἀγχινοίαν καὶ τοσοῦτῳ νικῶσα τῇ τῶν φρενῶν ἐν ταῖς βου-
 λαῖς δέξεται, ὅσον ἐν γυναιξὶ τῷ κράτει τῆς γνώσεως καὶ τῇ
 τῶν ἡδῶν ἄρμονία, πάντα καλῶς τὴν ταχίστην διέθετο. φρό-
 νημα γὰρ αὐτοφυές τε καὶ αὐτοχάλλευτον εἰπεῖν κεκτημένη ἐμ-
 15 πρακτον παρεῖχε τῷ συζῳγῳ καὶ βασιλεῖ καὶ μεγίστην ἐν τοιαύταις
 γενομένῳ ταῖς περιστάσεσι τὴν ἐπικουρίαν· καὶ εἰ μὴ τὸ πᾶν C
 αὐτῷ τῆς βασιλείας αὐτῆ κεχάριται κράτος, ἀλλ' οὖν καὶ μάλα
 δήπου σφόδρα γε τὸ πλείστον μέρος· νῦν μὲν λόγοις ἐπαγωγῶς
 ἀναλαμβάνουσα πεπτωκότα φρονήματα τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα συγ-
 20 γενῶν καὶ φίλων ἀληθῶν· νῦν δ' ἀφθόνῳ χειρὶ τὸν ἐν ἔξορα
 συνέκδημον αὐτοῖς γεγονότα προῖεμένη πλοῦτον, ἣ μᾶλλον τὰ
 τῶν μεγάλων ἐκείνων πλούτων περιλειφθέντα λείψανα, καθὰ D
 προῖουσιν ἡμῖν ἐναργέστερον πάντα λελέξεται· νῦν δ' οὖν ἀπάσῃ
 δραμοῦσα σπουδῇ, καὶ δι' ἑαυτῆς αὐτῆ βεβαίας παρασχομένη

1. Ἀβδῆρων con. Boiv.

pridem vinctos proximum Rhodope monti castellum Auderorum monasterii, imperatoris Andronici iunioris iussu, ob crimen maiestatis. Statim vero atque Didymotichi Cantacuzenus imperator pedes purpura inclusit, cum utriusque instrueretur manus hostilis, certamen exstitit de iis, utra pars prior carcere ipsos educeret, maximo futuro adversus alteram auxilio. (II.) Multae itaque concursationes, multa colloquia intercesserunt. At cum illi vererentur, ne vincula vinculis mutarent, leviora fortasse gravioribus, nec tuto possent alterutri parti confidere, Irene Augusta, multo iudicio et solertia pollens, ac tantum in consultationibus sagacitate, quantum intelligentiae vi et motum elegantia caeteris mulieribus praestans, brevi omnia praeclare ordinavit. Prudentiam nempe insitam ac naturalem sortita, maritum imperatorem, quem eiusmodi discrimina circumstabant, efficaci maximoque iuvabat auxilio. Itaque ei si non totam auctoritatem imperatoriam, at sane eius longe maximam partem largita est. Ipsa quippe nunc blandioribus dictis labantes excitans animos eorum, quos imperator habebat secum cogatos et vere amicos; nunc larga manu opes effundens exilii socios, aut potius magnarum illarum opum reliquias (quae omnia planius postea a nobis explicabuntur), nunc omni saltem festinatione advolans, et per semet

- A. M. 6850 τοῖς ἀδελφοῖς τὰς ἐγγύας, τάχιστα ἐπανῆκε, μεθ' ἑαυτῆς αὐτοῦς
 Ind. 10 τῷ συζύγῳ βασιλεῖ μάλα καθ' ὄραν προσαγαγοῦσα, γησίους καὶ
 ἀσφαλεῖς ἐπικούρους. (Γ.) Ἐπει δ' ἐκ Συναδηνῶ, ὃς τηλικαῦτα
 Θεσσαλονίκης ἐπετρόπευε, γράμματα ἐφοῖτα συγχῶ, διεγείροντα
 Ἐτὴν ταχίστην αὐτὸν διαβάντα ἐς Μακεδονίαν ἐγκρατῆ Θεσσα- 5
 λονίκης ἐκ τοῦ ῥάστου γενέσθαι· εἶναι γὰρ παρεσκευασμένον ἐξ
 ἐκείνου τουτὶ λαθραλαῖς σπουδαῖς ἐκ πολλοῦ· διὰ δὲ ταῦτα καὶ
 ἄσμενος, τὴν Διδυμοτείχου ἐπιτροπὴν παραδοὺς Εἰρήνῃ τῇ συ-
 ζύγῳ καὶ βασιλίδι σὺν τὰδελφῶ Μανουῆλ τῷ Ἀσάν, ἀφίκετ' ἐθ-
 θῆς καὶ ὠχύρου τὸ φρούριον, ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον πᾶ- 10
 Φλαι πρὸς Θάλατταν νῦν αὐτὸς ἐξ οἰκείας δαπάνης συνειστήσατο
 V. 317 παρὰ τὰς τοῦ Νέστου ἐκβολάς· ὃς ποταμῶν τῶν ἐν Θράκῃ μέ-
 γιστος ἐκ τῶν τοῦ Αἴμου ὄρων ἐγγινόμενος ἀποκτεῖν τὸ ῥεῖθρον
 ἐς τὰ τοῦ Αἰγαίου πελάγους κρᾶσπεδα. (Δ.) Ἄρτι δ' εἰς πέρασ
 ἦγοντες τῆς οἰκοδομίας, ἀφικνεῖσθαι πλησίον ἡμέλλε καὶ Χρῆλης 15
 ὁ Τριβαλλός· ὃς πρὶν ὑφ' ἡγεμόνι τελῶν τῷ τῶν Τριβαλλῶν
 ἐγγί, δι' αἰτίας οἰασθήτινας τὰ δεσμὰ τῆς ὑποταγῆς ἐρήξας, οἰ-
 P. 391 κείαν κατέστησεν ἀρχὴν ἑαυτῷ Στρουμμίτζαν, ὑπερνώφελον φρού-
 ριον, καὶ ὅποσα περὶ Στρουμόνα τὸν ποταμὸν ἄχρι καὶ ἐς Ἀμφι-
 πόλιν ἔστι χωρία. διὰ γὰρ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐμφύλιον στάσειν 20
 κολακνεύμενος ὑπ' ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν, φοβερός τις καὶ πάν-
 τοι δυσπεπιχείρητος τῷ Κράλῃ Σερβίας ἐγένετο· καὶ ἦν οὔτως
 πῶς ἀπολαύων τοῦ χρόνου, καὶ τοῖς τῶν ἄλλων δυστυχῆμασιν

15. ἦγοντος conī. Βοῖν.

ipsam firmas cautiones fratribus afferens, rediit quam celerrime, eos con-
 iugi imperatori tempore opportunissimo secum adducens, sinceros et p̄nime
 suspectos defensores. (III.) Cum autem Synadeni, qui tum Theasalonicæ
 praeerat, frequentes litterae afferrentur, Cantacuzenum hortantes, ut quam-
 primum in Macedoniam transiret, Theasalonicam sub potestatem suam fa-
 cili labore redacturus: esse enim illud iampridem a se occultis molitionibus
 praeparatum: ob eam causam, cum uxori suae Irenae imperatrici, et eius
 fratri Manuēli Asani, Didymotichi praefecturam tradidisset, cupide statim
 proficiat, et castellum munit, quod Polystylum olim nuncupatum in ma-
 ritima ora novissime ipse propriis sumptibus restituerat, iuxta Nesti ostia,
 qui maximus Thraciae fluvius ex Haemo monte erumpens undam in maris
 Aegaei littus evomit. (IV.) Vix ea aedificatio ad finem perducebatur, cum
 et Chreles Triballus prope affuturus fuit. Hic cum antea imperio Tribal-
 lorum regis paruisset, nescio quas ob causas fidei vincula abruperat, et
 proprium sibi imperium fecerat; in Strummitzam nempe, castellum ad m-
 bes usque ductum, et quaecumque circa Strymonem fluvium oppida Am-
 phipolin usque sita sunt. Etenim propter civile Romanorum bellum, cum
 utraeque illum partes adularentur, formidandus Crali Serviae et expugnato
 difficillimus evaserat. Sic illa temporum conditione fruebatur, fortunatus

ἀτὸς εὐτυχῶν, καὶ τῆς τῶν γειτόνων δυσπραγίας ἰδίαν εὐδαι- A. C. 1342
 μονίαν καρπούμενος. συννοῶν δ' ὁμοῦς ἔτι καὶ οὐ μάλα ἀνύπο- Imp. Io. Pa-
 πτον τὴν εἰς τοῦμπροσθεν βασιλικὴν εὐκλειαν ποιούμενος τοῦ B laeol. 1
 Καντακουζηνοῦ, φίλος εἶναι καὶ σύμμαχος αὐτῷ διετέλετο. ὄθεν
 5 καὶ ἐπειδὴ μιμησάμενοι τοὺς ἐν Θερμοπύλαις τριακοσίους ἐκ τῆς
 Σπάρτης, τὴν τοῦ Ξέρξου πύλαι παραφυλάττοντας δίοδον, προ-
 κατειλήφεσαν οἱ τοῖς Βυζαντίοις προσκειμένοι τὰ περὶ τὴν Χρι-
 στούπολιν στενὰ, καὶ σὺν ἐπιμελείᾳ μὴ πάνυ τοι ἐρῶσθιμημένη
 καθήμενοι παρεφύλαττον νύκτωρ ἅμα καὶ μεθ' ἡμέραν, ὡς ἄβα- C
 10 τον ἐντεῦθεν τῷ βασιλικῷ τοῦ Καντακουζηνοῦ στρατῷ γίνεσθαι,
 διαμνηθεὶς καὶ ὁ Χρῆλης ἤκε Χριστουπόλεως ἔγγιστα, χεῖρα
 στρατιωτικὴν ἐπαγόμενος οὐ μικρὰν, συνεργήσων τε καὶ, τό γε
 εἰς δύναμιν ἤκον, ῥαδίαν ποιήσων ὁπόσοτε τῷ βασιλεῖ τὴν ἐς
 Θεσσαλονικίαν πάροδον. (E.) Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων; οἱ
 15 μὲν ἐναπολειφθέντες ἦσαν ἐν Διδυμοτελίῳ μετὰ τῆς βασιλίδος D
 Εὐφροσύνης καὶ τῦδελοφῶ Μανουήλ τοῦ Ἀσὸν ἐνοπλοὶ στρατιῶ-
 ται καὶ ἵππεις πλέον ἢ πεντακόσιοι· στρατηγοὶ δὲ δύο μὲν,
 Μανουήλ τε ὁ Ταρχανειώτης, τῶν συγγενῶν ὑπάρχων τις τῷ
 βασιλεῖ, καὶ Γεώργιος ὁ Φακρασῆς· καὶ μετ' αὐτοὺς ἕτεροι δύο.
 20 ὧν ἀπάντων τὴν καρτερίαν, καὶ τὴν περὶ τὰς ἐνοπλίους μάχας
 ἀνδρίαν καὶ ἐμπειρίαν, ἢ τῶν καθ' ἕκαστα πράξεων μαρτυρία
 προϊόντος τοῦ λόγου δεῖξει σαφέστατα. οὓς γε μὴν ὁ βασιλεὺς E
 ἱπομένους εἶχε, πρὸς ἣν ἀφηγεῖσθαι μέλλομεν ὑπερῶριον ἐκστρα-
 τεῖαν, ἦσαν πλὴν τῶν ὅσοι τόξοις ἅμα καὶ σφενδόναϊς καὶ τοιού-

in aliorum infortuniis, et ex vicinorum calamitate propriam felicitatem velut
 fructum percipiens. Idem tamen cum imperandi gloriam, quae Cantacuzeno
 posthac futura esset, cogitaret etiamnum, et non omnino suspectam
 habere decessisset, amicitiam illius ac societatem studiose ambiebat. Cum
 itaque Byzantinorum partium fautores, imitati trecentos illos Lacedaemoni-
 os, qui Thermopylas, qua transiturus erat Xerxes, olim defenderant,
 vicinas Christopoli angustias occupassent, nec omnino indiligenter custo-
 dirent, noctu simul atque interdium affixi, ita ut imperatori Cantacuzeno
 aditus illac praecclusus foret, accessit et Chreles proxime Christopoli
 venit, manum militum non parvam adducens; operam videlicet suam colla-
 turus, et pro virili effecturus, ut facilis esset imperatori ad urbem Thessa-
 lonicam transitus. (V.) Et haec quidem ita se habebant. Qui vero Di-
 dymotichi cum imperatrice Irene et eius fratre Manuele Asane relicti fue-
 rant, tam pedites quam equites, supra quingentos erant: duces autem duo;
 Manuel nempe Tarchaniotes, qui cognatione iunctus erat imperatori, et
 Georgius Phacrasas; et post eos alii duo. Quorum omnium constantiam,
 atque in praелиis fortitudinem et experientiam, singula rerum gestarum
 testimonia, procedente hac historia, luculenter ostendent. Quos vero se-
 cum habebat imperator comites ulterioris expeditionis, ii erant, praeter

A. M. 6850 τοις ἐκηβόλοις ἐχρῶντο βέλεσι, τῶν μὲν λογάδων ἰππέων οὐχ ἦτ-
 Ind. 10 τούς ἢ διοχλίοι· τῶν δὲ συγγενῶν, καὶ τῶν ἄλλως εὐγενῶν ἀν-
 A. C. 1842 δρωῶν, καὶ ἅμα ὁπόσοι τῆς σφῶν θεραπείας ἦσαν, ἐς τὸ ἔργιστα
 Imp. Io. Pa- τῶν πεντακοσίων ἀνῆγον τὸν ἀριθμὸν. ὧν ἔκκριτοι πάντων ὑπῆρ-
 laeol. 1 χον μάλιστα οἱ τε δύο τοῦ βασιλέως υἱεῖς, Ματθαῖος καὶ Μα-
 νουήλ· καὶ μετ' αὐτοὺς ὁ, τε τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸς
 Ἰωάννης ὁ Ἀσάν καὶ ὁ τοῦ βασιλέως πρωτεξάδελφος Ἰωάννης ὁ
 Ἄγγελος. ὧν ἀπάντων τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς μεγαλοψυχίαν, καὶ ὁπόσα
 χειρὸς καὶ γνώμης ἐνεδείξαντο μεγαλοφυοῦς ἔργα καὶ τρόπαια, ἐν
 τοῖς καθήκουσι τόποις προβαίνων ὁ λόγος δηλώσει καθ' ἕκαστα. 10

7. Verba ὁ Ἀσάν καὶ ὁ τοῦ βασιλέως πρωτεξάδελφος Ἰωάννης add.
 cod. Vat. 8. ἐν add. Boiv.

illos qui arcibus et fundis ac talibus telis eminus ferientibus utebantur, le-
 ctorum quidem equitum non minus quam duo millia; cognati autem, aliique
 nobiles, et omne famulitium ipsorum, quingentorum proxime numerum ex-
 plebant. Inter quos maxime eminebant primum duo imperatoris filii,
 Matthaeus et Manuel: deinde Irenes Augustae frater Ioannes Asan et im-
 peratoris consobrinus Ioannes Angelus. Quorum omnium animum in pericu-
 lis magnum et fortem, et res manu vel consilio praeclarè gestas, et tropaea
 ipsa bellica, suo sigillatim loco infra declarabimus.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΙ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Cantacuzenus Christopolitanus angustias ut evaserit. Circa Philippos castrametatur. Oblata ei auxilia a Chrele: quem suspectum amice excipit; mox dimittit. Rhentina in deditionem accepta, Thessalonicam ire cunctatur, suo more. Melenici castellum ei deditur. Parergon de occasione non negligenda. Item de Occasionis effigie. Synadenus et alii Cantacuzeno faventes, Thessalonica per seditionem pulsæ, Gynaccocastrum se recipiunt. Guido Armeniacus Thessalonicenses armis adiuvat. Classis Byzantina, Apocauco duce, Thessalonicam appulsa. Cantacuzenus Gynaccocastrum usque progressus cum Synadeno colloquitur. Hic animum mutat et illi insidiatur (Cap. 1). Synadeni insidiae deprehensæ. Tumultus in castris. Cantacuzenus dispersos milites cogit. Acie instructa Apocaucum expectat, suos quoque instrumentem, at congredi non audentem. Pedetentim et composite recedit ad Triballos, exteris magis quam popularibus suis confusus. Ubinam pernoctarit. Legatos ab eo ad Cralem præmissos homo Triballus comprehendit et ad Apocaucum deducit. De Liberio Triballo; cur nuncius ad eum missus. Exercitum transeuntem rustici lacestrunt. Liberior Cantacuzenum hospitio excipit. Hic hospitii vasa pretiosa dono dat. Generum eidem pollicetur Manuelem filium. Crali per litteras commendatus Scopiam venit, ad Axium flumen. Tolerabili hospitio contentus illic cum exercitu subsistit. Cralem postredie conuenit. Mutuae salutationes. Dispar utriusque magnificentia (2). Quamdiu apud Triballos Cantacuzenus manserit. Quae et quam gravia milites perpessi sint. Quinam facilius mala toleraverint. Habitaè in iis locis orationes quare omittantur. Conditiones Crali oblatæ a Byzantiis, ut Cantacuzenum proderet. Venena ab iisdem clam summissa. Parergon de Mithridate. Insidias varias. Omnes irritae. Quam ob causam Deus tot pericula averterit. Cantacuzenus, iniuriarum immemor, Augustae et pepilli dignitati ubique consulit. Lex ab eo imposta Ioanni Angelo, Aetolis et Thessalis imperatum misso. Patientiae diuturnae merces. Gregoras alienus ab omni affectu veritatis studium proficitur. Qualia seu

laudare seu vituperare decreverit. Quid ostendere, quid persuadere letoribus cupiat. Expediit capta adversus Serrhas. Morbus Triballorum. Re infecta domum rediit (3). Amurium media hieme Hellespontum traiecit, Cantacuzenum quaesiturus. Didymotichum usque progreditur. Irenem imperatricem non adit, ne dolorem conspectu augeat. Acre et vehemens omni desiderium verbis declarat. Mira in homine barbaro humanitas. Ubi prima laus tribuenda, Cantacuzeno an Amurio. Quid amicitiam conciliet. Eius cum musico concentu comparatio. Amurium, de amico sollicitus, oblata ab Irene cibaria ac vestimenta repudiat. Eandem in summas angustias adductam solatur. Hieme exercitum infestante, domum redit. Manuelis Tarchanotae elogium. Ut Cantacuzeno quaesito et invento Didymotichum reversus anxiae imperatrici gratissimus advenerit (4). Altera ad Serrhas Cantacuzeni expediit irrita. Didymotichum usque transire cum non sinit Triballorum timiditas. Ad Cralem inivit redit. Comitem secum ducit Ioannem Asanem, iussum Chreli tradere arcem Melenici. Legati Berrhoenses, Crale iniquas condiciones proponente, cum Cantacuzeno clam agunt. Hic Berrhoeam ex pacto ingreditur. Crale inconstantia. Melior ex eo Cantacuzeni fortuna. Triballus dolet se elusum. Pactionum memor bellum indicere non audet (5). Ioannes Angelus Berrhoeam ad Cantacuzenum venit, Thessalicae rebus proclare administratis. Eius provinciae ante Angeli adventum status perturbatissimus. Catalanorum illic dominantium vires luxu debilitatae. Angelus, maxima Thessalici principatus parte recuperata, Actolos, Locros et Acarnanas subegit. Annam rebellem cepit. Quibusdam ut occideret suadentibus, eam dare in custodiam maluit (6). Cantacuzenus Thessalonicam dolo aggressus: irrito conatu, discedit. Byzantium et Persarum classis numerosa ad Thessalonicensem portum appulsa. Dux classis Apocaucus: Cantacuzenum abeuntem persequitur. Fluvius traiectu difficilis. Triballorum duo millia in insidiis collocata. Imperator in magnas angustias adductus. Ut indicato tandem transitu salvus evaserit. Apocauci timiditas (7). Apocaucus viribus suis merito diffusus auxilium petit a Crale. Munit fluvii ostia, ne illac possit legatio ad Amurium mitti. Ex Cantacuzeno sciscitatur, quid de se ipse statuatur. Cantacuzenus eum verbis castigat. Fabellam narrat de avi et aucupe. Sumptus aestimat, quorum magnitudine obrutum tandem adversarium succumbere necesse sit. Gratulatur sibi Thessalica auxilia in opportunum tempus reservata. Functos exitus praedicit Apocauco, sive abituro, sive Thessalonicae mansuro. Minatur se Persica auxilia eius exemplo accitutum. Mala enumerat, quorum causam fuisse ait illius ambitionem. Animum durum et immitem exprobrat. Admonet divinae iustitiae, quae se manifestis iudiciis prodat. Fugam denique iubet maturare. Cymba in mare clam deportata, legatos ad Amurium mittit (8). Apocauci responsum; cuius duae partes: prima, de mendacii crimine; altera, de accessitis barbaris. Eius viri mos perversus. Ut tentata per exercitum urbe Berrhoea, ipse Thessalonicae manserit: arrogans idem et timidus. Sagittarium summittit, qui Cantacuzenum noctu occidat. Sagittarius ter frustra rem aggressus veniam petit ac dimittitur. Apocaucus pericula impenduntia celeri fuga praevertitur, incisiis Thessalonicensibus. Persae apud eos relictis foede et impune grassantur (9). Classis Persica, duce Amurio, multis navibus tempestate amissis, ad Euboeam primum, deinde prope Thessalonicam appellitur. Persae praedatum in Triballorum fines exeunt. Cantacuzenum, Berrhoecae urbis cura commissa Manueli filio, indolis eximia adolescenti, confert se ad Amurium. Thessalonicensium res valde angustae. Divitum et pauperum studia contraria. Tertia factio, duabus illis peior. Divites in proditorum crimen vocantur. Pauperes ambitioni, qui et selotae, in illos insurgunt. Plebem infamam sibi adiungunt. Vi, rapinis et caedibus grassantur. Divitum miserrima conditio. Eorundem spes irritae. Amurium

urbem vi expugnandam censet. Cantacuzenus, Demetrium Martyrem reuerentius, mœvult deditionem expectare. Soluta obsidione, milites Amuriani alii domum redeunt, alii cum duce Cantacuzenum sequuntur. Quem Amurinus partim ioco partim serio reprehendit. Uterque inactis copiis urbes Thraciae sollicitatum eunt (10). Gregoras non simplicem historiam scribit. Res toto orbe gestae quatenus ad Byzantinas pertineant. Byzantii urbis celebritas. De Basilio Trapezuntis imperatore. Ut huius uxor uida pellicem Byzantium relegaverit. Ut novum sibi coniugem a patre Andronico iuniore petierit. Legationis morae. Mortuo inter haec Andronico, Cantacuzenus mulieris postulata neglexit. Familiae Comnenas ius praecipuum apud Trapezuntios. Ad eos regendos Michaël Comnenus Byzantio mittitur. Senatores Trapezuntini summam rerum sibi vindicant vano praetextu. Advenientem Comnenum honorifice excipiunt. Mos publicam exportant in custodiam includunt. Populo non probante, rempublicam administrant. Scholarii, illorum manibus elapsi, redeunt cum adolescente Michaëlis filio. Trapezuntem invadunt. Adversarios puniunt. Princeps iunior in luxum effusus Scholarios contemnit. Hi Michaëlem carcere eductum in solio collocant. Adolescens in custodiam datur. Scholiariorum cum Michaële pactiones. Eorundem auctoritas maxima: principis nulla. Quam tamen integram postea recuperat (11). Rei frumentariae inopia Byzantium aliaeque urbes laborant. Eius mali causas duas. De Capha Genuensium colonia. Latini mercaturis dediti, praesertim Genuenses. Ut colonia in oris maritimis constituere soleant. Caphae urbis parva initia. Eiusdem incrementa et vires. Genuensium incolarum factus. Scytham indigenam unus gladio interimis. Scytharum princeps irascitur. Latinos subet sua urbe excedere. Contumaces obsidet. Contemnitur ab obsessis, et variis cladibus afficitur. Romanae urbes interim, solitis comitatibus intereluae, advecto ex Asia frumento sustentantur. Trapezuntii in Latinos accolae saeviunt (12). Bella et civiles motus per totum fere orbem. Divinae providentiae consilia. Spinula et Sertorius Genus exacti. Duces ex plebe creati. Aegypti imperium divinum, et fraternis discordiis debilitatum. Mauri in Hispaniam irrupunt. Britanni in Galliam. Asiae principes, ex Scythis oriundi, inter se praeliantur. Latini foederati in piraticas Persarum naves classem armant. Ad Smyrnaeorum portum appellunt. Arcem capiunt. Minimum deinde promoveant (13).

α'. Αἴγιοντος δ' ἤδη τοῦ ἕαρος, ἄρας ὁ βασιλεὺς Καντα- A. M. 6850
 κοζηνός ἐκ τῶν τοῦ Νέστου ποταμοῦ ἐκβολῶν, καὶ εὐνόμων Ind. 10
 ἀφείς τοὺς τὰ στενὰ τῆς Χριστοπόλεως παραφυλάττοντας, διὰ A. C. 1342
 τῆς ἄρας τοῦ ὄρου τὰς οἰκίας διεβίβασε δυνάμεις· μακροτέρα Imp. Io. Pa-
 λαολ. 1
 5 μὲν καὶ ἐπιπόνῳ χρησάμενος τῇ πορείᾳ διὰ τὰς δυσχωρίας τῶν P. 392
 τε πετρῶν καὶ φαράγγων καὶ τῶν ἐκ τῆς λόχμης ἐκείνης δένδρων V. 318
 καὶ ἀκανθῶν· διεβίβασε δ' οὖν, καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ B

1. Exeunte porro iam vere, Cantacuzenus imperator, ab Nesti fluvii ostiis profectus, relictisque ad laevam iis qui Christopolitanae fauces custodiebant, suas copias per ipsum verticem montis transmisit: longiori quidem ac difficili usui itinere propter iniquitatem locorum, quae et saxis aspera et confragosa erant et imminenti silvae arboribus dumisque obstruebantur; transmisit tamen, et castrametatus est circa Philipporum planitiem, ubi

- A. M. 6850 *σου τὰ ἱππήλατα τῶν Φιλίππων, ἔνθα πάλοι Βροῦτος καὶ Κάσ-*
 Ind. 10 *σιος ἐπολέμησαν Ὀκταβίῳ Καισαρι. (B.) Διαναπαύοντι δ' αὐ-*
τόθι τὴν στρατιὰν προσῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Χρέλης, ἰγγυώμενος
πάντα οἱ τὰ κατὰ βούλησιν ἄσμενος ἐκτελεῖν. ὁ δὲ φίλον μὲν
ἔχειν αὐτὸν ἔλεγε βούλεσθαι· τῆς μέντοι συμμαχίας αὐτῆς χρεῖαν
 C *ἤκιστα ἔχειν ἐν τῷ παρόντι. Ξυνενοίει γὰρ αὐτὸν γλώττη μὲν*
ὁμολογεῖν αὐτῷ φιλιαν διὰ τὸν ἐνεστώτα φόβον τῶν ὀπλων·
τὴν δὲ γνώμην εἶναι μετέωρον καὶ καταδοκοῦντα σαφῆ καὶ αὐ-
τοδίδαχτα τῆς μάχης ὄψεσθαι τὰ τέλη. ὄθεν λόγοις καὶ αὐτὸς
χρησάμενος πρὸς αὐτὸν φιλιαν μακρὰν ἐπαγγελλομένοις, ἐπὶ πολ-
 10 *λαῖς τε δεξιωσάμενος ταῖς ἡμέραις, εἶτα ἀπέλυσε χαίροντά τε*
καὶ γείτονα χρηστὸν τοῦ λοιποῦ καὶ αὐτὸν ἐπαγγελλόμενον εἶναι.
 D (Γ.) *Αὐτὸς δὲ μικρὸν ἐκείθεν προβάς εἶλε καθ' ὁμολογίαν*
φρούριον Ῥεντίαν καλούμενον. δέον δ' ἄλλων ἐντὸς ἡμερῶν
 P. 393 *ἀπίοντα περιστρατοπεδεῦσαι τὰ τῆς Θεσσαλονίκης τείχη, καὶ 15*
περικροτῆσαι τῷ πλήθει τῶν ὀπλων καὶ τῇ ῥώμῃ τῶν ἀνδρῶν, καὶ
ἐπιβῶσαι μὲν τὸν ταύτης ἐπιτροπεύοντα τέως Συναδερὸν, καὶ
ὅσοι τούτῳ ταῦτα σπουδάζοντες ἦσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, καταπλήξαι
δ' ἐκ τοῦ ἀφρονδίου τοὺς ἀναντία κατ' αὐτοῦ φρουρῶντας· ὁ δ'
ἡμέραν ἕξ ἡμέρας παρακρουόμενος ἔτριβε τὸν χρόνον ἐνταῦθα 20
καθήμενος, οὐ στρατιωτικὸν, ἀλλ' ἴδιον τρόπον αὐταῦ καὶ
Βουνήθη κἀνταῦθα τελῶν. μηδὲ γὰρ ἐθέλων ὄλωσ ὁμόφυλον αἷμα
 V. 319 *χεόμενον τοῖς οἰκείοις θεάσασθαι ὀφθαλμοῖς ἀναψιακτὸν ἐζήτει*
στῆσαι τρόπαιον. διὸ καὶ περιμένων ἐκάθητο τὴν τῶν Θεσσαλονι-

Brutus olim et Cassius cum Octavio Caesare praelium conseruerunt. (II.) Illic exercitum suum reficienti Chreles occurrit spondetque se, quidquid iste iusserit, lubenter exsequitur. At hic amicum quidem habere eum velle se significat, non tamen eius auxilio sibi in praesentia opus esse ullatenus. Intelligebat enim, eum lingua quidem amicitiam profiteri ob instantis belli metum; animi autem dubium pendere; expectantem videlicet, quoad certum exploratumque pugnae exitum intueretur. Quocirca verbis apud eum usus et ipse magnam profitentibus amicitiam, cum eum multos per dies comiter et benigne tractavisset, dimisit postea gaudentem, ac boni in posterum vicini officio functurum sese pollicentem. (III.) Ipse autem non longe inde progressus castellum, cui Rhentina nomen est, in dedicationem accipit. Unde cum deberet discedere, atque intra paucissimos dies Thessalonicae moenia obsidere et tam armorum copia quam hominum robore circumvallare; ac Synadenum quidem illius urbis tunc praefectum, eoque qui cum illo sibi faverent, confirmare; eos vero, qui contra sentirent, ex improvviso percellere: ipse nihilominus procrastinando quotidie tempus ibi terebat otiosus, non militarem, sed suum tam quoque uisatum morem retinens. Cum enim omnino nollet civium sanguinem effusum propriis videre oculis, tropaeum constituere incruentum meditabatur: sedebatque

κίων ἴσως διὰ φόβον ἐκούσιον καὶ ὑπόσπονδον προδοσίαν. μεταξὺ A. C. 1342
 δ' ὁμοως εἶλε καθ' ὁμολογίαν καὶ τὸ Μελενίκου πᾶν τοι ἐχυρὸν καὶ Imp. Io. Palacol. 1
 δύσμαχον φρούριον, Βυζαντίοις πάλαι προσκείμενον· καὶ τὸν
 τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸν Ἰωάννην ἐπίτροπον αὐτοῦ κατα- C
 5 λειοπῶς διὰ μελέτης ἤδη πεποίηται τὰς δυνάμεις ἄγειν ἐπὶ
 Θεσσαλονίκην. (Δ.) Ἄλλ' ἢ τοῦ χρόνου ταχίστη φορὰ βραδυ-
 τῆτα πραγμάτων οὐκ οἶδε φιλεῖν. ἐμοὶ γὰρ τῶν ζωγράφων ἐκεί-
 νους πολλάκις ἐπῆμι θαυμάζειν, καὶ τῶν ἀνδριαντοποιῶν ὅποσοι
 τῆς χρονικῆς περιόδου τὸ τάχος μιμῆσθαι διὰ τῆς τέχνης ἐθέλον-
 10 τες ἄνδρα ποιῶσιν ὀπισθοφάλακρον μὲν ὡς ἐπίπαν, οὐ πᾶν
 δ' ἀναφαλαγγίαν, ἀλλὰ μέτωπον προῖσχύμενον λύσιον καὶ κό- D
 μην ἐκείθεν μακρὰν καθεμιμένον. τᾶλλα γὰρ ὄντες σοφοὶ μόνη
 λείπονται φωνῆς ἐνταῦθα· καὶ ταύτην δὴ ταῖς τῶν χρωμάτων
 ἤκιστα μιμῆσθαι δύνανται βαφαῖς· ὅθεν σιγῶσαν οὕτως πῶς
 15 ἰστᾶσι νομοθεσίας εἰκόνα, καὶ ἀνεκκλήτῳ κήρυκα πᾶσιν αἰ
 διανέμουσιν, οἷς ἐξῆραθυμημένον τὸν βίον ἀνύειν οὐκ ἔστιν αἰδῶς,
 μονονουχὶ βοῶντες, ὡς κατόπιν ἰοῦσι τριχῶν οὐ παρέξει λαβὴν E
 ὁ Καιρὸς, ἀλλ' ὄλισθον καὶ ἀποτυχίαν τοῦ ποθομένου μακρὰν,
 τῆς ἐμπροσθίας ἤδη τοῦ χρόνου λαβῆς παρεδῶνηκυίας καὶ ὄλωσ
 20 ἀπηγορευκυίας ἅπαν τὸ ἀμιλλώμενον. (Ε.) Κἀνταῦθα τοίνυν
 οὕτως τῆς βραδυτῆτος ἐκείνης ἐκτεινομένης, ὑπωπτεύθη μὲν ὁ
 Συναδηγὸς τὰ βασιλέως φρονῶν· ὑπωπτεύθησαν δ' οἱ περὶ αὐ-
 τὸν ἅπαντες στρατιῶται, καὶ ὅσον τῆς Θεσσαλονίκης τὸ ἔκκρι- F

12. καθήμενον apogr. Par.

ideo expectans, quoad Thessalonicenses dederent se sponte et ex pacto, metu fortasse compulsi. Interim tamen in dedicationem accepit et Melenicī validum prorsus atque expugnatum difficile castellum, Byzantiniis pridem ad- dictum: cui cum imperatricis Irenes fratrem Ioannem praepositum reliquis- set, copias Thessalonicam versus ducere iam parabat. (IV.) Verum enim- vero rapidissima temporis fuga cunctationi in rebus gerendis favere haud solet. Eoque admiratus sum saepenumero pictores ac statuarios illos, qui celerem convertentis sese temporis lapsum arte exprimere cum volunt, hominem effingunt, occipiti quidem ex omni parte glabro; nec omnino tamen calvo capite; sed frontem hirsutam et comas ex ea promissiores exhiben- tem. Nam et alibi cum excellant, hic ipsam vocem tantum non assequun- tur, quam quia colorum fuce exprimere minime possunt, ideo mutam sic ferme legis imaginem proponunt, et praeconem tacitum perpetuo exhibent iis omnibus, quos vitam agere desidiosam non pudet; praedicantque clara paene voce, post terga cantibus non praebituram esse Occasionem capillos arripiendos, sed lubricum, et magnam a voto aberrationem, ubi anterior aena semel elapsa fuerit, et id de quo certabatur omne iam prorsus dene- gaverit. (V.) Tum quoque igitur cum res longiori cunctatione dilata fuis- set, incidit in suspitionem Synadenus fovendarum Cantacuzeni partium: inciderunt et omnes qui cum eo milites erant, et lectissimi quique Thessa-

A. M. 6850 τον, καὶ κινεῖται κατ' αὐτῶν ὁ δῆμος ῥαγδαίως, καὶ γίνεται
 Ind. 10 φόνος συγχῶς ἐξ ὁμοφύλων ξιφῶν ἐν εὐανδροῦσῃ καὶ πολυαν-
 θρώπῳ πόλει. καὶ τάχ' ἂν αὐτὸς τε ἐφθείρετο ὁ Συναδηγὸς καὶ
 σὺν γε αὐτῷ πάντες οἱ ταῦτα φρονοῦντες αὐτῷ, εἰ μὴ τῶν τῆς
 πόλεως μίαν καθελόντες πυλῶν εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως καταπε-5
 φεύγεσαν φρούριον, ὃ Γυναικόκαστρον μὲν πρὸς τῶν ἐγγωρίων
 P. 394 καλεῖται, ἀπέχει δὲ Θεσσαλονίκης σταδίους διακοσίους. (5'.) Καὶ
 ἦν τὸ τῆς ὥρας τηρικαῦτα περὶ τὰς τοῦ θέρους ἀρχάς. ἦκε δ'
 εὐθύς ἐκ Σεβέρων καὶ ὁ Ἀρμένιος Γῆμι ἐς Θεσσαλονίκην, πολλὴν
 ἐπαγόμενος δύναμιν στρατιωτικὴν, καὶ ἀνεβρόννυν ὅσον εἰκὸς 10
 τὸ τῆς πόλεως φρόνημα, κατενηγεμένον ὑπὸ τῶν αὐτῆ περιστάν-
 των κινδύνων. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, κατέπλευσε καὶ ὁ νυ-
 τικὸς ἐκ Βυζαντίου στόλος παρὰ τὸ τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίκειον,
 Βναύαρχον ἔχων Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον καὶ πλέον ἢ πεντήκοντα
 τριηρῶν ὄπλα καὶ δύναμιν, ὥσπερ ἐξ αὐτομάτου συμπεπωκότων 15
 οὕτωςι τῶν πραγμάτων ἐπ' εὐδαιμονίᾳ Θεσσαλονίκης. (Ζ.) Ἄρας
 δ' ἐκ πῆς στρατοπεδείας ἐκείνης ἤδη καὶ ὁ βασιλεὺς ἦκε παρὰ
 τὸ Γυναικόκαστρον, καὶ ἤνωται τῷ τε Συναδηγῷ καὶ τοῖς ἀμφ'
 C αὐτὸν φυγῆσι τῶν Θεσσαλονικέων στρατιωτῶν. κοινολογησαμέ-
 νων δὲ πρὸς ἀλλήλους ὅποσα εἰκὸς, ἐπειδὴ ἐμειμδήκει τὸ τε-20
 λευταῖον ὁ Συναδηγὸς, σκεύη μὲν τινα χρυσῶ τε καὶ ἀργυρῶ, λί-
 θοις καὶ μαργάροις ὁμοῦ περιηρθισμένα, ἐπιφερόμενον τὸν βα-
 σιλέα, χρημάτων δ' οὐδὲν, ὅποσα στρατιώταις εἰσὶν ἐφόδια πρό-
 χειρα πρὸς διανομήν καὶ λῆψιν τῶν ἐπιτηδείων, πρῶμναν τε

lonicensium. In quos populo vehementissime concitato, magna fit civilibus
 gladiis caedes in florenti et frequentissima civitate. Atque ipse fortasse
 Synadenus occubisset, et cum eo omnes qui iisdem partibus studebant,
 nisi una ex portis effracta in arcem confugissent, quae, ante urbem sita,
 Gynaecocastrum ab incolis nuncupatur et abest a Thessalonica ducentis
 stadiis. (VI.) Erat porro tunc initium fere aestatis. Statim vero et ipse
 Serrhis Thessalonicam venit Guido Armeniacus, magnas secum adducens
 copias, roboravitque, ut par erat, civium animos, quos pericula undique
 impendens fregerant. Haec cum ita se haberent, appulit et Byzantina
 classis ad portum Thessalonicensem, duce Alexio Apocauco, triremium
 plus quam quinquaginta, armis copiisque instructa, rebus quasi sponte eo
 deductis ad Thessalonicam felicitatem. (VII.) Demum et ipse imperator,
 castris inde motis, ad Gynaecocastrum accessit, et Synadenum, eosque ex
 Thessalonicensibus militibus, qui circa illum fugitivi erant, convenit. Ibi
 cum inter se quantum par erat colloquuti essent, intellexit tandem Synade-
 nus, vasa quidem aurea argenteaque nonnulla, lapillis circum ac gemmis
 distincta, portari ab imperatore; nihil autem earum pecuniarum, quae mi-
 litibus parata sunt congiaria, ad distributionem perceptionemque rerum
 necessarium. Quamobrem inhibuit illico, et sententiam mutavit, cum

ἐκρούσατο καὶ τὴν γνώμην εὐθὺς μετέθετο, ἐς ἀλόγησιν τὸν οὐ- A. C. 1342
 κείον πίπτοντα βλέπων στρατὸν ὑπ' ἑνδείας τῶν ἀναγκαίων, καὶ ^{Imp. Io. Pa.}
 ἅμα γραφαῖς καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν ὑποσχέσεσιν ἐνδιδόντας, V. 820
 ὁπόσαι λίθρα καὶ συγὰ πρὸς τοῦ Ἀποκαύκου σφίσιν ἐπέμποντο. ^D
 5 καὶ ἦν καιροφυλακῶν ἐξ ἐκείνου καὶ ὦραν ζητῶν, ἐν ἧ ἂν ῥῆστα
 συνειληφῶς αὐτὸν δέσμιον παραδοίη τῷ Ἀποκαύκῳ. οὕτως ἀμ-
 γιφρέπης καὶ ἄστατος ἦν τὴν γνώμην αἰέ.

β'. Θέρους μὲν οὖν ἐνειστίηκει καιρὸς, καὶ ὁ Συναδηνός A. C. 1342
 Θεόδωρος ἐπιβουλεύων πεφώραται· καὶ ἅμα θόρυβος ἀνὰ πᾶν ^{Imp. Io. Pa.}
 10 τὸ τοῦ βασιλείως στρατόπεδον ἦν, καὶ ὑποψίαι καὶ ἀρπαγαὶ κατ' P. 395
 ἀλλήλων καὶ δι' ἀλλήλων, καὶ ἀτέκμαρτος ἀκοσμία. ἤδη γὰρ
 καὶ ἡ τῆς τοῦ Ἀποκαύκου στρατιᾶς παρεδείκνυτο ἔφοδος. καὶ
 τάχ' ἂν πρόχειρος τοῦτο ἦν ἕδης τῷ βασιλεῖ τηνικαῦτα καὶ τε-
 λευταῖος ἥλιος, εἰ μὴ τοῦ προφανοῦς αὐτὸν ὑπὲρ ἐλπίδα πᾶσαν
 15 ὁ θεὸς ἐξέλκετο κινδύνου. τοῦτον γὰρ ἐκ μέσης ψυχῆς ἐπικαλεσά- B
 μενος, καὶ ἅμα θαρρῆϊν ἐαντιῷ παρακαλεσάμενος, τὸ ἀνακλητι-
 κὸν τὰς σάλπιγγας ἐκέλευσεν ἀνακρούσασθαι· καὶ συνέβηε τὸ
 στρατιωτικὸν περὶ αὐτὸν εὐθὺς, ὅσοι μὴ δι' ἀσθένειαν λωποδύ-
 ταις ἄλλοι ἄλλοις ἐν τοσαύτῃ περιπεσόντες συγχύσει γυμνοὶ δι-
 20 σπάρησαν ἄλλοι ἄλλοσε. (B.) Ἐπεὶ γε μὴν ὁ βασιλεὺς ἐθεῖατο
 περὶ αὐτὸν τῆς δυνάμεως τό, τε πλείστον καὶ βέλτιστον ἀθροί- C
 ζόμενον, εἰς τάξεις διήρει καὶ φάλαγγας, καὶ διέταττεν εἰς τε
 τὸ δεξιὸν καὶ τὸ εὐώνυμον κέρας· τὰ μέσα τῆς φάλαγγος οὐ το-
 σοῦτον εἰς βάθος, ὅσον εἰς μήκος ἐκτείνων λεπτότερον, διὰ τὴν

videret proprios milites ex rerum omnium penuria in desperationem labi, et litteris simul pecuniarumque et honorum promissionibus corrumpi, quae ad eos clam et crebro ab Apocauco ventitabant. Eratque ex eo totus in occupanda opportunitate quaerendoque tempore, quo illum facillime comprehensum Apocauco vinculum traderet. Adeo ille vacillabat semper animique erat inconstantis.

2. Aderat itaque aestivum tempus, cum Theodori Synadeni insidiae deprehensae sunt: simulque exstiterē per totum imperatoris exercitum turbae, et suspiciones, et mutuae direptiones, et caeca rerum perturbatio. Iam enim et Apocauci copiarum significabatur adventus, et hic fortasse exitiabilis atque extremus imperatori dies fuisset, nisi eum ex evidenti periculo praeter spem omnem Deus exemisset. Quem ille ex intimo corde cum invocasset, seque ipse confidere iussisset, receptui tubas canere imperavit; et confluxere milites ad eum statim omnes, praeterquam ii qui in tanta trepidatione in latrones alii alios cum incidissent, ob imbecillitatem virium dispersi fuerant alii alio nudi. (II.) Itaque imperator maximam optimaque copiarum suarum partem circa se glomeratam videns, in ordines et cohortes dividit; in dextrum sinistrumque cornu distribuit; mediam phalangem non tam in profundum quam in longum et angustum extendit, pro-

- A. M. 6350 Ὀλιγανδρίαν· καὶ τούτοις ἐπιστήσας στρατηγὸς Ἰωάννην τὸν
 Ind. 10 ἄγγελον, καὶ ὅσοι αὐτῷ παραπλήσιοι τὴν τε πολέμιον πείραν καὶ
 τὴν τοῦ γένους ἦσαν ἐγγύτητα, τὴν τῶν ἐναντίων ἴστατο περι-
 D μένων ἔφοδον. ἀντιπαρετάττετο μὲν γὰρ ἐκ θατέρου καὶ ὁ Ἀπό-
 καυκος. εἰς χεῖρας δ' ὁμάσε ἵνα σφίσι οὐ μᾶλα ἐτόλμα, τοὺς 5
 περὶ τὸν βασιλέα βλέπων ὀπίστας πολὺν τὸν ἐν τῇ μάχῃ θυμὸν
 πνέοντα καὶ ἅμα τὴν ψυχὴν ἐξ ἀπογνώσεως ἐτοίμως ἔχοντα
 ἀφιέναι. (Γ.) Ὅθεν ἡρέμα συστραφεῖς ἀπῆε συντεταγμένος τὴν
 ἐπὶ Τριβαλλοῦς ὁ βασιλεὺς, τοῦ προδότηλου κακοῦ τὸ ἀμφισβητοί-
 P. 396 μενον προελόμενος. τῶν γὰρ ἄλλοφύλων ἐνίοις ἴσμεν πολλάκις 10
 τὴν ἐκ περιστάσεως ἐκούσιον καταφυγὴν δυσωπητικωτέραν πως
 V. 321 γινομένην πρὸς οἴκτον, νέμεσιν ἴσως δεδιόσι δήπου θειοτέραν
 καὶ ἀνθρωπίνην αἰδῶ· ἢ φύσιν ἀπόρρητον ἔχει τινὰ, πείθειν
 τοὺς πλείστους ὀπίσποτε δυναμένην, τοὺς προητυχηκότας οἰ-
 κτείνειν, ὅταν ὁ βίος αὐτοῖς ἐς τάναντία χωρήσῃ, καὶ μὴ ἐν τῷ 15
 φθονομένῳ τῆς τύχης ἀσαλεύτους ἔχη τὰς ἀβρῶς κρηπίδας. τὸ
 B δ' ὀμόφυλον, ἀπαξ τοῦ εἰκότος ἀπορρῦγῆν, ἀνήκεστον ὡς τὰ
 πολλὰ καθίσταται πρὸς ὄργην καὶ χύσιν αἵματος συγγενοῦς.
 (Δ.) Σπουδῇ τοίνυν τὴν πρόσω διαβὰς πορείαν ἐκεῖ πονεῖν
 τοὺς ὄρους, οὓς ἡ κακοπραγία Ῥωμαίων ἀφελομένη παρέσχετο 20
 Τριβαλλοῖς, τὴν νύκτα πῦσαν ἠύλισατο, ἐκείνο τὸ Λεωνίδου
 τοῦ Σπαρτιάτου, τοῦ ἐν Θερμοπύλαις, πρὸς τοὺς οἰκίλους ἀντι-
 C στρόφως φθειγόμενος· „δεῦτε δειπνήσωμεν, ἵνα ἐν ἕδου ἀριστή-

pter hominum paucitatem; duces iis praeficit Iohannem Angelum eosque omnes, qui proximi tum rei bellicae experientia, tum cognatione erant. Deinde hostium adventum immotus exspectat. Aciem enim ex adverso instruebat et Apocaucus: manum autem cum illis conserere non admodum audebat, cum videret eos, qui imperatorem armati circumstant, bellico ardore plenos et eo redactos desperatione, ut ad effundendam animam parati essent. (III.) Paulatim itaque conversus imperator ad Triballos instructa acie sese recipiebat, malo evidenti praefereus malum incertum. Ad externas enim quasdam gentes qui in calamitate sponte sua confugerint, eorum conditionem plurimum scimus valuisse saepenumero ad misericordiam ex verecundia excitandam: cum illae nationes vererentur fortasse et divinam indignationem, et existimationem hominum, quae vim quandam arcanam habet persuadendi plerisque nescio quomodo, ut eorum, qui antea floruerint, misereantur; tum videlicet, cum relata est retro fortuna, nec gradum invidiae obnoxium immota tenuit, tenerrimis talis male fulta. Cives autem, ubi semel fas abruptum est, implacabiles ut plurimum existunt, in iram ac civium caedem effusi. (IV.) Celerrime itaque spatium interiectum cum transcurrisset, circa ferme illos fines, quos adversa fortuna adeptum Romanis ad Triballos transtulerat, per totam commoratus est noctem, illud Leonidae Spartani, qui ad Thermopylas pugnavit, apud familiares suos usurpans, converso verborum ordine. „Adeste hic coenemus, ut in Orco

σωμεν". τῇ γε μὴν ὑστεραία πέμπει τοὺς τὸν Κράλην Σερβίας ^{A. C. 1342}
 τὴν ταχίστην διδάζοντας τῆς συμπεσοῦσης τύχης τὴν τραγωδίαν ^{Imp. Io. Pa-}
 καὶ πρὸς οἰκτον κινήσοντας ὅσον εἰκὸς, ἀναμνησθέντα τοῦ τῶν ^{laeol. 2}
 ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀπίστου καὶ ἀβεβαίου· καὶ ὡς ἀδήλους
 5 καὶ ἥκιστα ὠρισμένους ἔχει ταυτὶ τὰς ἐφόδους καθ' ὧν πορεύεται·
 καὶ ὡς χρῆ περὶ τῶν κακοπραγούντων ὁπώσποτε βούλεσθαι τοὺς
 ἐπραγούοντας αἰεὶ τὰ προσηγῆ καὶ χρηστὰ, δεδιότας τοὺς ἀφα- **D**
 νεῖς τοξότας τῆς τύχης καὶ τὰς τῶν ἄλλοτ' ἄλλως ἐρχομένων
 συμφορῶν λαβυρίθους, τῶν πραγμάτων αἰεὶ συμφυεῖς τὸ ἀπροσ-
 10 ὀκνητον πέρασ μᾶλλον ἐχόντων, ἢ τὸ προσδοκώμενον, καὶ τὸ
 ἀτυχεῖς μᾶλλον ἢ τὸ ἐπιτυχεῖς. ἀλλὰ τις τῶν ἄγχιστα Ῥωμαίοις
 τὴν δίκαιαν ποιουμένων ἐκεῖ Τριβαλλῶν, προλοχίσας τινὰς τῶν
 οἰκείων παρὰ τὴν ὁδὸν, χειροῦται τοὺς πρέσβεις, καὶ σφᾶς τὴν **E**
 ταχίστην κομίζει τῷ Ἀποκαύκῳ δῶρον ποθούμενον· καὶ στοργῆν
 15 ὁμοῦ καὶ φιλοφροσύνην πολλὴν εὐρηκίως διὰ τοῦτο μετατίθησιν
 εὐθὺς καὶ σχῆμα καὶ δίκαιαν ἐκείνος ἐκ Τριβαλλῶν ἐς τὰ τῶν
 Ῥωμαίων ἤθη. (E.) Τούτου δ' οὕτως συνενεχθέντος, ἦν τις
 τῶν ἐνδόξων Τριβαλλῶν, τῆς χώρας ἡγεμονεύων καὶ ἄκρας ἐκεί-
 20 νης, Διβέριος ὄνομα. τούτῳ φίλα τις ἦν ἐκ παλαιοῦ πρὸς βα- **F**
 σιλέα· ἧς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ καιροῦ νῦν εἰς ἀνάμνησιν ἰὼν ἐπεμψεν
 εὐθὺς αὐτῷ δεξιὰν καὶ λόγους, ὁποίους καὶ ὅσους ἡ χρεὶα καὶ ὁ
 καιρὸς ἀπῆτει· καὶ ἅμα συνταξάμενος ὠδεύει τὴν ἐπὶ τὸν Κρά-
 λην Σερβίας, ὀπλίτην τε ἐπιγόμενος τὸν οἰκεῖον στρατὸν, θεῶ

prandeamus." Ac postera quidem die mittit quamprimum ad Cralem Ser-
 viae, qui casus illius tragici certiore eum faciant, ac misericordiam illi
 moveant, quatenus par est, rerum humanarum infidelitate et fragilissima
 conditione ei commemorata. Incertum quippe ac minime determinatum
 esse, ad quos vicissitudines illae sint perventurae; et oportere in miseros
 proclivem ac benignam esse eorum voluntatem, quorum res secundae sint:
 extimescendos nampe inopinatos fortunae ictus et alternantium casuum la-
 byrinthos; cum id rebus semper a natura insit, ut exitum potius impro-
 visum habeant, quam eum qui sit praevisus, et infelicem potius quam fel-
 licem. Sed unus ex iis Triballis, qui Romanis illic proximi debebant, cum
 in insidiis iuxta viam collocasset quosdam ex suis, legatos comprehendit,
 eosque ad Apocancum quam celerrime deducit, desideratissimum munus.
 Quapropter magnam apud illum caritatem et humanitatem nactus, Tri-
 ballorum habitu ac vivendi genere abdicato, statim se ad Romanum morem
 transfert. (V.) Is exitus legationis fuit. Erat autem apud Triballos vir
 quidam illustrius, regioni illi et orae praefectus, nomine Liberius; quocum
 vetus Cantacuzeno amicitia erat. Eius iste tum opportune meminisset, sta-
 timque hominem misit, qui dextram daret, et orationem haberet, qualem et
 quantam tempora illa poscebant. Simulque eo valere iussu, ad Cralem
 Serviae ire porrexit, armatum quidem secum adduceas proprium exercitum,

A. M. 6850 δὲ καὶ ἀδήλοισ ἐλπίσι τὰ κατ' αὐτὸν ἐπιτρέψας. πολὺς γὰρ αὐτῷ
 Ind. 10
 P. 397 πανταχούθεν ἐπήρητο τοῦ συρφετώδους ὄχλου καὶ ἀγροικικοῦ,
 λάθρα καὶ λαμπρῶς ἐπιτιθεμένων ἄλλοθεν ἄλλων, κατὰ διαστή-
 ματά τε καὶ συστήματα, καὶ τὴν οὐραγίαν ἀκρωτηριάζειν πειρω-
 μένων καὶ τῶν σκευοφόρων ἕνα διαρπάζειν. τὰ πλεῖστα γὰρ τολ-5
 μῶσι (φάναι) γίνεται δεινὰ,

“Ὅταν δι' ἐχθρῶς πρὸς ἀμειβηται χθονός.

B (ζ'). Ἀλλὰ πρὶν ἡμέρας ὄλης ὁδὸν ἀνύσαι, σπεύσας ὁ Λι-
 βέριος ἐπήρητησεν αὐτῷ παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ καὶ
 πάσῃ προθέσει δεξιωσάμενος τῆς ψυχῆς, καὶ ἐφ' ἡμέραις συ-10
 χραῖς ξενίσας, ἀνέπανσέ τε καὶ λόγοις ἀνέβρώσε φιλανθρωπο-
 τέροις, ἀθυμίας μακρῶς ἐμβριθέσι ροθίοις περιαντιλούμενον φρό-
 νημα. ὃ γε μὴν βασιλεὺς τὸν ἐνόητα καὶ αὐτὸς ἀντιφιλοτιμούμε-
 νος τρόπον ἡμειβετό τε καὶ δαυιλέστερον ἐξ ὧν ἐπεφέρετο λι-
 C θοκολλήτων σκευῶν αὐτῷ καὶ ὑργυρωμάτων ἀντεχυρίζετο, καὶ 15

V. 322 ἅμα τὸν υἱέα Μανουὴλ ἐπηγγέλλετο δώσειν ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν,
 εἰ πάντα βοηθήσειε τρόπον αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὸν Κράλην Σερ-
 βίας εὖοδα θείῃ, διαλλακτῆς αὐτὸς καταστάς. ὃ δὲ παρόντα
 θεώμενος ἤδη καὶ τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν, καὶ τῆς τε ἐπανθού-
 σης τῷ ἦθει χάριτός τε καὶ ἀστειότητος καὶ ἅμα τῆς ἀγχινοίας 20
 D θανυμάζων, ὅτι πολλῶν τιμῶν μέτρῳ ταύτην ἐπλούτησε προσβυτέ-
 ραν ἢ κατὰ τὴν τῆς ἡλικίας ἀκμὴν, σφόδρα τε ὑπερήσθη τῷ
 λόγῳ καὶ μάλα τοι ἄσμενος ὑπέδεχέτο τε καὶ ἀντεπηγγέλλετο
 πάντα πᾶν προθύμως πρῶσσειν τὰ κατὰ γνώμην, καὶ εἰ δέοι

Deo autem et spei incertae suas res committens. Instabat enim illi omni ex parte frequens vilium et rusticanorum hominum colluvies, qui clam et aperte, hinc atque illinc, sparsim et confertim adoriebantur, et extremam aciem caedere ac sarcinas aliquas diripere conabantur. Etenim gravia multa (ut his verbis utar) audentibus occurrunt,

Hostile si quis in solum inferat pedem.

(VI.) Sed priusquam diei unius iter esset confectum, festinans Liberius obviam illi venit, manuque et voluntate et omni cordis affectu salutatum, ac diebus aliquot continuis hospitio exceptum, recreavit, et verbis humanioribus animum eius confirmavit, ingentis desperationis gravissimis fluctibus oppressum. At imperator magnificentia et ipse cum eo certans, ita ut poterat, par pari referebat, ac de gemmata illa argenteaque supellectili, quam secum gestabat, largius remunerabatur. Quin et filium suum Manuelem daturum se illi generum pollicitus est, si sibi omni modo succurreret, et aditum ad Cralem Serviae aperiret, ac reconciliatoris officio fungeretur. Hic vero praesentem iam intuens imperatoris filium, gratiamque et urbanitatem, quae in illius moribus elucebat, ac solertiam simul admiratus, qua ille seniliori quam pro illo aetatis flore cumulatissime instructus erat, id sibi promitti vehementer gavisus est, ac lubentissime consensit, vicissimque se, quaecumque ille desideraret, summa animi alacritate facturum pol-

κινδύνους μακρούς τε καὶ ὑπερβάλλον τὸ μέγεθος κεκτημένους A. C. 1342
 ὑφίστασθαι. (Z.) Καὶ μὲν δὴ βεβαίως καὶ ἀσφαλῆσι τοῖς πρὸς Imp. Io. Pa-
 τὸν Κρούλην αὐτοῦ γράμμασιν ἐφοδιασθέντι, καὶ παραπομποῦς laeol. 2
 τοὺς ἀποχωρῶντας παρειληφότι, πεντεκαίδεκαταλῶ συμπέπτωκεν **E**
 5 ἐς τὸ τῶν Σκοπίων ἀφικνεῖσθαι πολίχνιον· οὗ τῶν κρασπέδων
 ἕπεται παραρῥέων ὁ ποταμὸς Ἄξιός, ἐξ ὄρων τῶν αὐτῶν τῷ
 Στρυμόνι ῥηγνύμενος· ὅς οὐχ οὕτω μέγιστος ὢν ἐκ πηγῶν ἐθῆς,
 ἀλλ' οὖν ἐς τὸ κίταντες ἰὼν, καὶ πλείστοις ἄλλοις ποταμοῖς καὶ
 χειμάρροις τὸ ρεῦμα κοινούμενος, καὶ ἐς Βαρδάριον μετατιθέ-
 10 μενος τοῦνομα, ἐνότιε καὶ ναυσίπορος ἐνιαχοῦ καθίσταται. **F**
 (H.) Ἐνταῦθα δὴ καταλύσασιν ἱκανός τις ἔδοξεν εἶναι ὁ χῶ-
 ρος, ἀθυμία βυθία καὶ πόνῳ μικρῷ βεβαπτισμένον ξενίσαι
 στρατὸν, εἰ καὶ ἥμισυ πάνυ τελῶς, ἀλλ' οὖν οὐδὲ πάνυ τοι
 ἦττον ἢ τελῶς. εἰ γὰρ καὶ ἡδὺν τῷ πεινῶντι πάντα τινὰ ἄριστον
 15 εἶναι φασιν, ἀλλ' οὖν καὶ σφισι τέως τό γε ἄλλοφύλοις ἄγεσθαι
 νεύμασι, προσηέσι δ' ὅπωςθηποτοῦν, ἡδύ τι καὶ φιλιώθρων **P. 398**
 ἐνομίζετο. τὸ γὰρ ἐν ὄροις ὑπερορῆσι ἀπηρητημένους τοσοῦτον,
 καὶ τῶν οἰκείων ὄντας ἐκδήμους οὐ μάλα ἐθελοντας, εὐσεβέσιν ἀν-
 δράσι περιτυχεῖν, καὶ καταγωγίσι οἰοισθήσι ξενισθῆναι, ὁμοιον
 20 ἦν, ὥσπερ ἂν εἰ ἐκ ναυαγίου μεγάλου καὶ κλύδωνος ἀπροσδο-
 κήτῳ προσεσχηκέναι συνέβη λιμένι τινί. τὸ γὰρ βοσκηματώδες
 ἦθος ἐκεῖνο καὶ ὄρειον, καὶ τὸ τῆς γλώττης καὶ γνώμης ἀπαλ- **B**
 δευτὸν τε καὶ βύρβαρον, ἢ τῆς διαίτης εἰρηναία καὶ ἔσποδος

6. Ἄξιός ἀπογρ. Παρ.

licitus est, etsi oporteret gravissima et longe maxima adire pericula.
 (VII.) Huius firma et certa commendatione, per litteras ad Cralem scrip-
 ptas, quasi quodam viatico munitus imperator, et sufficienti comitum turba
 stipatus, decimo quinto post die ad Scopiorum oppidulum pervenit: cuius
 muros praeterlabitur Axius. Qui fluvius ab iisdem montibus erumpens, a
 quibus et Strymon, non ab ipsis quidem statim fontibus ita magnus est;
 sed per declive fluens, et suas cum aliis tam fluviiis quam torrentibus mul-
 tis undas communicans, proprio nomine in Bardarium mutato, aliquando
 et alicubi navigabilis existit. (VIII.) Ibi cum substitissent, locus idoneus
 visus est, in quo exercitus, maximo angore ac labore multo confectus, ho-
 spitio recrearetur, si non omnino bene, at saltem haud omnino male. Si
 enim dulcis est, ut aiunt, esurienti panis quilibet, et his quoque dulces tum
 habebatur atque humanum, quod nutibus regerentur, tametsi peregrinis,
 attamen quadamtenus mansuetis. Quod enim externo in solo tam longe a
 suis ablegati, et non sponte a patria extorres, in homines pios incidissent,
 et hospitibus exciperentur qualibuscunque, perinde erat ac si magno ex nau-
 fragio hibernoque fluctu ad portum appellere datum esset. Brutum scilicet
 illud ac montanum vivendi genus, et tam in lingua quam in ingenio
 rude quiddam ac barbarum, tegebatur foederati ac pacifici convictus bene-

A. M. 6850 ἔκρυπτεν εὐνοία, μάλα τοι ἐν ἀνάγκῃ παραφανείσα καιρῷ, τὸ
 Ind. 10 πᾶν βραχὺ τῆς εὐθυμίας πᾶν τοι πολλαπλάσιον δρῶντι περι-
 φανῶς. (Θ.) Ἐνταῦθά γε μὴν κατὰ χώραν αὐθιμερὸν κατα-
 λελυκότα τὸν βασιλεῖα ἐντυχεῖν ἐς τὰ ἐνδότερα τῶν Τριβαλλῶν
 μετὰ τὴν ὑστεραίαν τῷ Κράλῃ γεγένηται, καὶ ἀσπασμοὺς τοὺς 5
 Προσῆκοντας ἀλλήλοις ἀντιδοῦναι βασιλικῶς ἑκάτερον ἑκάτέρῳ,
 καὶ χάρισι χάριτας, καὶ ὅσα εἰκὸς ἐν φιλοτιμίαις καὶ φιλοφρο-
 σύναις τοιαύταις ἀλλάξασθαι, εἰ καὶ μὴ ὁμοίως ἑκατέρωθεν με-
 γαλοπρεπέσιν. χαρίζεται μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς τῷ τε Κράλῃ καὶ τῇ
 συζύγῳ πολυτελῆ τινα κειμήλια τῶν αὐτοῦ θησαυρῶν· ἀντιδίδ- 10
 δωσι δ' ὁ Κράλης τῷ τε βασιλεῖ τὰ εἰκότα, καὶ ἕμα νομᾶς, καὶ
 Διαίτας, καὶ καταγώγια, καὶ ὅσα πρὸς τὸ ζῆν ἔστιν ἐπιτήδεια
 τῷ τοῦ βασιλέως στρατῷ, γλισχρῶς μὲν καὶ μικροπρεπῶς, καὶ
 κατὰ τὸ σύντροπον ἔθος. ἔσχε δ' οὖν ὁμοῦς οὕτω ταυτί.

E γ'. Καὶ ἦν ὁ καιρὸς τηλικαῦτα περὶ τὰς τοῦ Ὀρίωνος ἐπιτο- 15
 V. 823 λᾶς· καὶ δεκαμηνιαῖον ἐνταυθοῖ τοῦ λοιποῦ συνελόντι φάναι τὸν
 πάντα διέτριψε χρόνον· ἐν ᾧ πολλῆς ὁ τούτου στρατοῦ πεπειρα-
 ται δυσχερείας, κατὰ τε τὴν διαίταν, καὶ ὁπόσα δεῖ τοῖς ἐν ἄλ-
 λοτριᾷ τὸν βίον ἀνύουσι γῆ. ἐνδεία γὰρ πιεζόμενοι χρημάτων οἱ
 P. 399 πλείστοι πάνθ' ὑφίσταντο τὰ χαλεπώτατα. ὅσοις μὲν οὖν ἤθης 20
 τὸ πάσχειν ὑπῆρχε κακῶς, δυσκαρτέρητος ἦν ὁ τόπος· καὶ ὁ
 χειμῶν ἐκείνος τοῦ βίου συχνὸς ἀπήνεγκεν. οἷς δὲ σύντροπον ἦν
 ἐκ πολλοῦ τὸ λιτὸν τῆς διαίτης, καὶ τό γε κατὰ τοὺς πάλαι Σπαρ-
 τιάτας ἐκείνους ἀρκεῖσθαι μάζῃ καὶ ὕδατι, καὶ προσταλαιπωρεῖ-

volentia, quae premente necessitate affulserat: quo tempore vel minima laetitia ita animum recreat, ut longe maxima videatur. (IX.) Illic ea die substitit ac diversatus est imperator. Postridie in interiorum progressus Triballiam Cralem convenit. Salutatio inter utrumque regio more facta. Munera etiam invicem oblata, et quaecunque in illis reverentiae atque amoris significationibus ultro citroque dari solent; non tamen pari utrinque quandam de thesauris suis supellectilem; reponit autem Crales et imperatori quod congrueret, et simul imperatoris exercitui pabula, et coenationes, et diversoria et quaecunque ad victum necessaria sunt: parce tamen et sordide, et suo more. Caeterum ita haec se habuerunt.

3. Erat autem illud anni tempus, quo Orion exoritur. Atque ut brevi complectar, decem ex eo omnino menses in iis locis consumpsit. Per id tempus maximis incommodis conflictatus est exercitus, tum in victu, tum in iis omnibus, quorum indigent ii, qui alieno in solo vitam degunt. Pecuniae enim penuria coacti plerique extrema quaeque perferebant. Quicunque igitur durioris vitae insolentes erant, iis locus vix tolerabilis videbatur; et hiems illa frequentes extulit. Qui vero tenni victu uti iam pridem didicerant, et, ut Spartani illi veteres, pane et aqua contenti fue-

σθαι τοῖς ὄπλοις νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, τούτους οὐ μάλα A. C. 1342
 ἐξέληπτεν ὅσα φέρει δεινὰ τὸ τῆς ἀλλοτρίας ἀήθες γῆς· ἀλλ' Imp. Io. Pa-
 ὁ τούτους ἄλλους ἐποίει ταλαιπωρεῖν, σφίσι βλος ἦν ἀταλαιπώρος. laeol. 2
 Β οὕτω ῥιψιδιον ἢ συνήθεια καὶ κοῦφον καὶ οὐ σφόδρα ἐπίπνον·
 δῶστε καὶ εἴ τις, ἐκ προθέσεως ἀγαθῆς ὠρημημένος, τὸν ἄριστον
 ἔλοιτο βλον, ἀταλαιπώρον ἂν εἶναι οἱ εὐθὺς τοῦ λοιποῦ βλον τε
 ἀνύειν ἀνώδυνον καὶ ἡδογὴν ἀθάνατον ἐν θνητῷ κτῦσθαι σώ-
 ματι. (B.) Ἐγὼ δ' ἐνταυθοῖ τῆς ἱστορίας γερόμενος ἐβουλό-
 10 μην λεπτομερεστέραν τινὰ ποιήσασθαι τῆν ἀφήγησιν, καὶ δημη-
 γορίας ἐκθεῖναι τοῦ βουσιλέως, ὡς τε πρὸς τὸν Κράλην πεποίηται
 καὶ ὡς πρὸς τὸν οἰκείον στρατὸν ἐν καιροῖς τοῖς ἀνήκουσι, καὶ
 ὡς πρὸς αὐτὸν ἐκείνοι. δεῖν γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ πράξεις λόγους
 καὶ λόγοις πράξεις πανταχῇ παρεξῆχθαι· μὴ μόνον ὅτι ψυχῆς
 15 σσεως ἀτύγγελοι κήρυκες, κἀντεῦθεν χρῆναι σαφεστέραν τὴν τῶν
 ἱστορομένων προσώπων καὶ πραγμάτων γινέσθαι δῆλωςιν διὰ
 τῶν τοιούτων· ἀλλὰ καὶ ὅτι σκιαγραφία τις ἐστὶ τῶν πράξεων
 ὁ λόγος· καὶ τοῦτων μὲν οὗτος ἡγείται· τούτου δ' αὐται κατόπιν
 ἔρχονται. ἀλλ' ἐπειδήπερ ὀρῶμεν ἐνίοις τῷ πλεονί μέρει τῆς συγ-
 20 γραφῆς ἐν ταῖς δημηγορίαις καταχρωμένους, διὰ τὸ μάλιστα
 πάντων ἐν ταύταις ἔχειν τὴν τῆς ῥητορικῆς ἐνδείκνυσθαι δύναμιν
 καὶ τὸ τῆς σφῶν σοφίας φιλότιμον, ὡς συμβαίνειν ἐντεῦθεν τὸ
 πάρεργον μείζον τοῦ ἔργου καθίστασθαι, τὴν μέσην ἡμεῖς βα-
 25 δίξην ἐκρίναμεν δεῖν. ἐπανιτέον τοιγαροῦν ὁπόθεν εἰς ταῦτα ἐξέ-

9. δημηγορίας em. Boiv. pro δημηγορίαν.

rant, laboresque noctu et interdiu bellicos toleraverant, eos non ita fran-
 gebant mala illa, quae soli externi insolentia affert. Sed quae vita mole-
 stiarum plena aliis erat, iis molestiae expers videbatur. Adeo consuetudo
 ipsa primum quiddam et leve est, et minime laboriosum. Quapropter si
 quis prudenti cogitatione inductus optimum vitae genus eligit, facile ei
 statim fuerit vitam laboris atque incommodi expertem de caetero agere,
 et voluptatem mortali in corpore parare sibi immortalem. (II.) Hac ego
 in parte historiae singula velim exponere minutius, easque referre oratio-
 nes, quas imperator cum apud Crales habuit, tum apud suum exercitum,
 prout occasio tulit; et eas etiam, quas illi cum eo. Convenit enim maxi-
 me, et factis dicta et dictis facta passim annecti; non solum quia utrumque
 illud animi imago latentisque in eo voluntatis et cogitationis genuinus ve-
 luti nuncius est; atque hinc existere oportet certiore personarum et re-
 rum, de quibus agitur, notitiam: verum etiam quia in dictis adumbratio
 quaedam factorum est: et illa quidem praecire, haec autem pone sequi so-
 lent. Sed quia videmus quosdam maxima operis parte abuti ad conciones,
 quod in eis maxime locus sit ostentandae dicendi facultati et eruditionis
 ambitioni; unde fit, ut ipsa re maius quandoque existat id, quod est extra
 rem; idcirco mediam nobis viam tenendam esse censuimus. Redeamus ita-

A. M. 6850 βημεν. (Γ.) Τοῦ γάρ τοι βασιλέως τῷ Κράλῃ συνόντος καὶ
 Ind. 10 συνδιαιωμένου, οὐκ ἦν ἀμελεῖν οὐδαμῆ Βυζαντιοῖς τῶν κατ'
 V. 924 ἐκείνου ἐπιβουλῶν· ἀλλὰ δόλοισι δόλους συνῆρῶσαν, καὶ μυ-
 ρίους αἰεὶ θανάτους ἐξῆρτον κατ' αὐτοῦ. πέμπουσι τοίνυν ἐς μὲν
 Φτούμφανές πρέσβεις ἀπαγγελοῦντας περὶ τε κήδους ὅσα ἐξείη, καὶ 5
 δυοῖν αἰρέσειων προτεθεισῶν βασιλέως ἕνεκα, ὁποτέρᾳ προσθεῖ-
 ναι βούλοιο δηλοῦν, ἢ δέσμιον τουτοῖ μετὰ τῆς ζωῆς δηλαδὴ,
 ἢ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀφελόντα τοῦ σώματος ἐν Βυζάντιον μη-
 δὲν μελλήσαντα πέμπειν ὡς τάχιστα· ἤξεν τε γὰρ κατόπιν εὐθὺς
 αὐτῷ τὴν τε θυγατέρα τῆς βασιλίδος, νόμφην ἐπὶ τῷ ἐκείνου 10
 P. 400 παιδί, καὶ ἕμα τὴν τῶν μέχρι Χριστουπόλεως ἐκείθεν χωρίων
 καὶ πόλεων ἔγγραφον κυριότητα· ὡς γίνεσθαι μίαν λοιπὸν ἀρχὴν
 αὐτῷ συνεχῆ τὴν ἐκ Δαλματίας καὶ Ἰλλυριδος, καὶ ὅσα μεταξὺ
 τῶν πρὸς ἔω τοῦ Ἰονίου κόλπου ψαυεῖ πλευρῶν, ἄχρι Φιλίππων
 καὶ Χριστουπόλεως. (Δ.) Καὶ τὰ μὲν τῆς πρεσβείας καὶ προ- 15
 φανῆ τοιαυτ' ἦν. ἂ δὲ κρύφα συχνὰ καὶ πολύτροπα προσεπέμ-
 πετο φάρμακα, ὅποσα τὸ θανάσιμον εἶχεν ἐμφωλεῦον, ὄξυ τε
 Β καὶ δυσκαρτέρητον, Μιθριδάτου τινὸς ἐδεῖτο σαφέστερον ἀρι-
 θμεῖν ὅς τὴν ἐκ Παφλαγονίας ἔχων ἀρχὴν, ὁπόση διὰ Κολχίδος
 καὶ Αὐζικῆς καὶ τῶν Κανκασίων ὄρων ἐρχομένη, καὶ παραλ- 20
 λάττουσα Τανάιν καὶ Μαιῶτιν, διήκει μέχρι καὶ ἐς Σκύθας τοὺς
 ἐσπερίους, καὶ πολέμιον κτησάμενος τὴν πάλαι Ῥωμίων ἀκμὴν,
 καὶ δεδιὼς μὲν ζῶν ἀλώσιμος τῇ Πομπητῶν γένηται χειρὶ καὶ τύχη,

que illuc, unde digressi sumus. (III.) Interim dum imperator apud Cralem commoratur et eius convictu utitur, nusquam Byzantii cessant struere illi insidias. Sed alios ex aliis dolos consuunt, et innumeras mortes conflant ei quotidie. Mittunt igitur palam quidem legatos, qui de affinitate quae-
 cunque oportet significant petantque, ut, duabus de imperatore conditioni-
 bus oblati, utram eligere malit declaret: seu vincum illum vivumque tra-
 dere; seu illius caput corpore abscissum sine ulla cunctatione Byzantium
 quam celerrime mittere: venturam enim subinde imperatricis filiam istius
 filio despondendam uxorem, simulque omnium illinc usque Christopolin lo-
 corum urbiumque potestatem scriptis consignatam, ita ut unum deinceps
 et continuum ei futurum sit imperium a Dalmatia et Illyrico, et omni illo
 citiore tractu, qui Ionici maris orientalem oram attingit, ad Philippos
 usque et Christopolin. (IV.) Ac talia quidem erant, quae per legationem
 et aperte agebantur. Quae vero clam venena mittebantur, crebra ac mul-
 tiplicia, eaque pestem acrem atque difficilem celantia, ut singula percea-
 serentur, opus esset Mithridate illo, qui cum a Paphlagonia usque posside-
 ret imperium, quod per Colchidem Lazicamque, et Caucasos montes, ul-
 tra Tanaim et Maeotidem porrigebatur, et ad Scythas usque occiduos per-
 tingebat, et infensas sibi fecisset vigentes tum Romanorum viros, timeret-
 que ne vivus caperetur virtute ac fortuna Pompeii, venena omnia explora-

πάντων λειψῶτο φαρμάκων, καὶ πάντων ἐζήτει τὸ κράτιστον A. C. 1342
καὶ ταχύτατον εἰς τὴν χρειώδη τοῦ βίου ἀπαλλαγὴν. ὁ τοίνυν ἐκεῖ- Imp. Io. Pa-
νος ἐτόλμα καθ' ἑαυτοῦ, τοῦτ' ἔδρων ἐπεικῶς οἱ Βυζάντιοι C
κατὰ τοῦ βασιλέως, μήτε μηδενὸς τῶν δηλητηρίων φαρμάκων,
⁵ μήτε μηδεμιᾶς φειδόμενοι τῶν ἐπιβουλῶν, ὁπόσαι τε τοῖς πάλαι
εὐρηγται δεινοῖς τὴν κακίαν καὶ ὁπόσαι τοῖς νῦν διὰ τὴν τοιαύ-
την ἐπινοήσονται χρειάν. (E.) Θαναμάσαι δ' ἂν τις, ὅπως ἄπαντ'
αὐτόθεν ἠλέγγετό τε καὶ ἄπρακτα ἦν, τοῦ θεοῦ τὸν ἄνδρα φυ- D
λίττοντος ἀπαθῆ καὶ πάντων ἀνώτερον· οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτε
¹⁰ τὴν ἄδικον καταδίκην, ἣν οἱ Βυζάντιοι καθάπαξ ἐψηφίσαντο
κατ' αὐτοῦ, καὶ ὧν ἐζημιώται πολυειδῶν καὶ ποικίλων χρημά-
των, ἃ προσῆν ὑπὲρ ἀριθμὸν τουτωῦ, μακρόθυμον ὑπομονὴν
ἀποχρῶσαν ἡγουμένον πρὸς βάσανον γνώμης, περὶ ἣν τὸ κριτή-
ριον ἄπαν τῆς θείας ταλαντεύεται δίκης· εἶθ' ὅτι μάλιστα πάν- E
¹⁵ των αὐτὸς ὑβριζόμενος οὔτε μὴν ἀνθύβριζεν ἐς τὸ παρὸν, οὔτ'
εἰς τὸ μέλλον ἠπέλει, κότον ἴσως ἔχων ὄφρα τελείσῃ· ἀλλ' ἐκή-
δειτο μάλιστα τῆς τῶν ὑβριζόντων καὶ πολεμούντων σωτηρίας
ἄπαντα τρόπον, καθόσα φίλλα δίδωσιν ἀκραιφνῆς. (ς.) Καὶ ἴν'
²⁰ ἐκ πολλῶν μέτρια παραθῶμεν ἐνταυθοῖ· τοσαύτην εἶχε τὴν τῶν K
κακῶν ἀμνηστίαν, ὥστ' ἐν τοσοῦτοις συνειλημμένους κινδύνοις,
καὶ οἷον εἰπεῖν ἐν ἕδου βεβουθισμένος γαστροί, μεμνησθαι τῷ ἱε-
ρεῖ παρεκελεύετο πρῶτον μὲν Ἄννης τῆς βασιλίδος ἐν ταῖς ἱεραῖς
ὑμνωδίαις, δεύτερον δὲ τοῦ ταύτης υἱέως, καὶ τρίτον αὐτοῦ

18. φίλλα δίδωσιν ἀκραιφνῆς em. Boiv. pro φίλλα δίδωσιν ἀκραι-
φνῆς.

verat, et omnium efficacissimum praesentissimumque paraverat, quo posset
vitam, ubi necesse esset, abrumpere. Quod ille igitur in se ipsum ausus
fuerat, id Byzantini sedulo et strenue in imperatorem moliebantur, nullis
nec venenis nec insidiis parcentes, quasunque sive antiqui scelerum arti-
fices inveniasent, sive nostrae aetatis homines in eiusmodi usum excogitas-
sent. (V.) Id vero miretur aliquis, quo pacto omnia statim deprehende-
rentur et irrita fierent, Deo hominem illaesum et his omnibus altiozem
servante. Utrum statuum nescio: an iniustam sententiam, qua eum By-
zantii condemnaverant, et multiplicis ac variae infinitaeque pecuniae mul-
tationem, summa cum patientia ab eo exceptam, censuerit Deus sufficere
ad explorandam hominis mentem, circa quam totum divinae iustitiae ver-
setur examen; an quod ille maximis contumellis affectus nec ulcisceretur
statim, nec in posterum minaretur ultionem (dolorem fortasse tacitum ser-
vans, donec expleret), sed eorum saluti in primis, qui ipsum iniuria affi-
ciebant ac bello persequebantur, omni modo provideret, quantum sincera
amicitia praestare potuisset. (VI.) Et ut de multis pauca quaedam hic
subiciamus, adeo iniuriarum erat immemor, ut periculis tot circumsessus,
et in ipsis, ut ita dicam, Orci visceribus demersus, sacerdotem iusserit
meminisse sacris in cantibus primum quidem Annae imperatricis, deinde

A. M. 6850 μετὰ τῆς ὁμοζύγου βασιλίδος Εἰρήνης· καὶ ταῦτα ἐν ἄλλοτρίᾳ
 Ind. 10 ὧν δυναστεία καὶ γῆ, καὶ μηδ' ἐλεύθερον ἄερα δυνάμενος ἀνα-
 P. 401 πνεῖν. οὐ μόνον δ', ἀλλὰ καὶ ὅπουπερ ἂν ἀλλαγῆ πανταχῆ δι'
 V. 325 εὐφήμου τῆς μνήμης τὸ οἰκεῖον ἤλπιζεν ὄνομα δύνασθαι φέρε-
 σθαι, κακεῖ προηγεῖσθαι τῆς βασιλίδος Ἄννης τοῦνομα καὶ πρὸς 5
 γε τοῦ ταύτης υἱέως μεθ' ἀπάσης ἐκέλευε γνώμης καὶ προαιρέ-
 σιως· ὡσπερ ἄρα καὶ πρὸς Αἰτωλοὺς τε καὶ Θετταλοὺς τὸν Ἄγγε-
 λον ἀποστέλλοντι Ἰωάννη, ὡσθ' ἐκόντων ἄρχειν αὐτῶν, ὡς προϊόν-
 τες ἐροῦμεν πλατύτερον, προὔργον γέγονε διακελεύεσθαι τε καὶ
 Β παραγγέλλειν τούτου γε εἵνεκα μάλιστα πάντων, καὶ μὴ πρότερον 10
 μεθιέναι, πρὶν αὐτὸν τελειουργᾶ τὰ τοιαῦτα πρὸ πατρὸς ἐπαγγελ-
 λασθαι δρῆν παραγγέλματι. εἴσεται δὲ πάντως ἐς τὸ ἀκριβές,
 ὅς ἂν ἐντύχη ζητήσας τῷ πρὸς αὐτὸν θρασίσματι, ταῦτά τε καὶ
 ὅσα τούτοις προστίθῃσιν ὅμοια, τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων πᾶσαν
 νέμειν αἰδῶ καὶ ἐδλάβειαν διὰ βίου κελεύων. (Ζ.) Τοῦθ' ἰκα- 15
 ρὸν ἔγωγε μόνον καὶ ἀποχρῶν ἤγημαι, τῶν ἄλλων ὁπόσα τὴν
 ὁμοίαν τοῦ ἤθους εὐγένειαν ἔχει σιωπωμένων, ἅπαντας πείθειν,
 οἷς νοῦ καὶ φρονήσεως μέτεστιν ὅπως οὖν, θειοτέρα προνοία διοι-
 κεῖσθαι τὰ πάντα, καὶ μηδαμῆ κατὰ τὸ αὐτόματον φέρεσθαι,
 μηδ' ἀπὸ τύχης τινός, μήτε μηδὲν τῶν ἀπάντων ἕτερον, μήτε 20
 τὴν τούτου πρὸς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν ἀναίμακτον εἰσοδὸν
 καὶ τὴν τῶν βασιλικῶν ἀντίληψιν θρόνων, οὕτω μακροῦς καὶ
 D πολυειδεῖς καὶ θανάτου φάνας γέιτονας νενικηκότες κινδύνους· ἀλλ'
 αὐτῷ μὲν ἀμοιβὴν τῆς μακρᾶς καρτερίας, πῦσι δ' αὖ ἐλπίδων

fili illius; tertio denique sui coniugisque suae Augustae Irenes; idque in aliena ditione ac terra cum esset, nec libero quidem spiritu frui posset: neque ibi solum, sed et quacunq̄ue praeterea suum nomen honorifici praecoonii commendatione circumferri posse sperabat, illis Annae imperatricis et filii eius nomen praecire omni studio ac voluntate iubebat. Sic ad Aetolos Thessalosque Ioannem Angelum cum mitteret, illis volentibus praefaturum; quemadmodum infra dicemus fusius; nil ei fuit potius, quam ut iuberet praeciperetque illud maxime: nec prius eum dimisit, quam ille eiusmodi mandata re ipsa exequuturum se ante omnia promississet. Atque haec quivis exploratissime percipiet, rescriptum ipsum nactus: neque haec solum, sed et quacunq̄ue alia his similia addit, iubens eum, quamdiu victurus sit, Romanum imperium omni honore et reverentia colere. (VII.) Unam ego illud puto sufficere ac satis esse (caeteris omissis, quae generosam indolem pariter arguant) ad persuadendum omnibus, qui mentis et prudentiae non sint omnino expertes, diviniore providentia omnia gubernari, non autem volvi temere; atque ut nihil aliud, ita nec illud casu factum fuisse, ut Cantacuzenus sine sanguine principem urbem intraret et solio imperatorio potiretur, periculis tantis et tam multiplicibus exantlatis, ipsoque, ut ita dicam, triumphato mortis limine: sed fuisse illud ipsi quidem Cantacuzeno diuturnae patientiae mercedem; aliis vero spei bonae confir-

ἔρισμα χρηστῶν, οἷς ἡ γνώμη τὴν τῶν δεινῶν καρτερίαν πέρας A. C. 1342
 εὐγενές ἐκδέξασθαι ὑπισχνεῖται. (H.) Εἰ γὰρ πάντα καθ' ἕκαστα Imp. Io. Pa-
 βουληθεῖμεν ἀφηγεῖσθαι, ὅποσα πέπρακται μὲν ἐπίβουλα κατ' laeol. 2
 αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ὅποσοι φιλίας ὑποκρίται, πάντων δ'
 5 ὑπέρτερος πρὸς τῆς ἄνωθεν ἦν τηρούμενος δεξιᾶς, δίδια μὴ τις
 φιλίας με γράψηται πρὸς τὸν ἄνδρα μακρᾶς τῶν ὄσοι γυμνά- E
 σιον ἕτεροι γλώττης ποιοῦνται τὴν τῶν ἐν γε τῷ παρόντι γινομέ-
 νων συγγραφικὴν ἀφήγησιν ἡμῖν γε παραπλησίως. εἰ γὰρ τις τῶν
 ἔξωθεν τοῦ τὰ τοιαῦτα συγγράφειν ἐστὼς γυμνασίου, καθάπερ τις
 10 Ἑλλανοδίκης καὶ ἀπαθῆς ἀθλοθέτης, ἐθέλοι σκοπεῖν, ὄψεται
 μὲν τοὺς ἄλλους δεγῆ καὶ θυμῷ στρατηγουμένους καὶ γράφον-
 τας παρὰ τοσοῦτον πύθους ἐκείνους οὐ μάλα ἐκτός, παρόσον F
 ἀληθείας οὐδ' ὅλως ἔμεγε ἐκτός. (Θ.) Οὐ γὰρ λειλείπεται μοι
 τῶν πάντων ὡσπερ οὐδὲν τῶν ἐπαινουμένων, οὕτως οὐδὲ τῶν
 15 ψεγομένων οὐδὲν, εἴ τι καὶ τούτῳ σαφῶς ἀνθρώπων γε ὄντι ἡμῶρ-
 τηται, εἴτε κατὰ γνώμην καὶ βούλησιν, εἴτε κατ' ἄγνοιαν, εἴ-
 τε καὶ τῆς τοῦ χρόνου τε καὶ τῶν ἀναγκαίων βιαζομένης πραγμά-
 των φορῶς. πάντων γὰρ τούτων μόνα τὰ κατὰ γνώμην καὶ βού- P. 402
 λησιν ἔχει τὸ κράτος τῶν ψόγων καὶ τῶν ἐπαίων. ὅσα δὲ ρεού-
 20 σης τό γε δοκεῖν αὐτομάτως καὶ λόγων τῶν προσηκόντων τῆς τύ-
 χης ἐκτός, καὶ νῦν μὲν τὸ εὐδαιμον χορηγούσης τοῖς γινομένοις
 ὅλῃ δεξιᾷ καὶ δρόμοις ἀσχέτοις, νῦν δὲ τῆς εὐθείας ἀποπλανώ-
 σης, καὶ πρὸς κρημνοὺς ὀδηγουμένης ὁμοῦ καὶ σκοπέλους ἀτοπη-
 μάτων, καὶ πράγματα θρήνων μεστὰ καὶ δακρύων μακρῶν προ-

15. τούτῳ em. Boiv. pro τοῦτο.

mationem; iis videlicet, quibus mala fortiter tolerantibus animus eius glo-
 riosum exitum spondet. (VIII.) Quod si omnia sigillatim percenseamus,
 quae et inimici et amicitiae simulatores insidiosae adversus eum machinati
 sunt; quibus tamen omnibus altiore eum praestitit divina ipsa dextra;
 verear, ne me studii erga illum nimii accuset aliquis ex iis qui linguam, uti
 nos, exercent in conscribenda temporum nostrorum historia. Enimvero
 si quis extra illam historicorum palaestram constitutus, tanquam agonothe-
 ta aliquis ac pugnae arbiter incorruptus, spectare velit, videbit certe alios
 irae animoque obsequi tanquam duci, atque ita scribere, ut quemadmo-
 dum ego non omnino absum a veritate, sic et ipsi ab omni prorsus af-
 fectu non sint alieni. (IX.) Mihi enim ut nihil eorum quae laudantur,
 ita nec eorum quae vituperantur quidquam omittetur, si quid ab isto ut-
 pote homine peccatum constet, sive consilio ac voluntate, sive per igno-
 rantiam, sive temporum ac necessitatis vi cogente. Ex his quippe omni-
 bus ea sola maxime laudanda aut vituperanda sunt, quae non sine consilio
 ac voluntate fiunt. Quae vero accidunt fluente, quantum quidem videtur,
 temere et citra legem certam fortuna (nempe haec modo felicitatem larga
 manu et profuse impertitur; modo a recta via aberrantes in praecipitum agit
 atque in scopulos temeritatis, facessitque iis negotia luctus ac lacrymarum

- A. M. 6850 ξενούσης, οἷς κακοπραγεῖν πρὸς τῆς ἀγούσης τὰ πάντα προνοίας
 Ind. 10 B νενομοθέτηται, ταῦτα δ' οὐτ' ἂν αὐτὸς ἐπαινοίῃν ἐκὼν γε εἶναι,
 οὐδ' ὀλοσχερῶς ταῖς τῶν ψεγομένων ἔγωγε θείην μερίσιν. οὐ
 γὰρ πρῆξις μῦλλον αὐτὸς ὁμολογήσαιμ' ἂν ταῦτ' εἶναι τοῦ
 δρῶντος, ἢ φορᾶν τινα ἄλογον (ὡς γε εἴρηται) τύχης, ἢ εὐγνω- 5
 μονούσης, ἢ χολνικας συμφορῶν οὐ μᾶλα εὐμενῶς ἀπεμπολεῖν
 V. 326 αἰρουμένης καθ' ὧν ἐπείγεται δυσμενῶς. ὡς γοῦν ἀστεράνωτον,
 ὃ μὴ κατὰ πρόθεσιν γνώμης εὐδοκιμεῖ, οὕτως ἀκατηγόρητον
 Κοῖομαι δεῖν, ὃ μὴ κατὰ προαίρεσιν ἀτυχεῖ. (I.) Δειχθέντος τοι-
 γαρ οὖν, ὡς διὰ τὴν ἐκούσιόν τε καὶ ἀπὸ γνώμης ἐκείνην καρτε- 10
 ρίαν, καὶ τὸ μὴ ἐθέλειν ἀμύνεσθαι τοὺς τότε λυποῦντας, οὐδὲ
 μέχρι χειλέων ἄκρων, νηνεμίαν αὐτῷ τῶν κινδύνων κατέστησεν
 ὁ δίκαιος ἄνωθεν ἀθλοθέτης ἐν τοσοῦτῳ χειμῶνι καὶ κλύδωνι τῶν
 κακῶν, δειχθήσεται πάντως πλατύτερον κατὰ χώραν ἡμῖν γενο-
 D μένοις, τοῦ λόγου προβαίνοντος, καὶ ὅπως ἐν ὑστέροις συμπέ- 15
 πτωκε τούτῳ πάντα τὰναντιώτατα, τηρεῖν βουλομένοις τὸ τῆς
 ἱστορίας ἀληθὲς ταυτησὶ, καὶ πείσαι τοὺς ταύτῃ συνεσομένους
 τῷ χρόνῳ, καὶ κατ' ἐμπάθειαν ἠντιναοῦν μῆτε τὰ ἐπαίων καὶ
 θαύματος τοῦ ἀνδρὸς, μὴδ' ὅσα τῆς ἐναντίας ἐβλάστησε ῥίζης,
 ἐξαίρειν τῷ λόγῳ νομίζειν ἡμῶς τοῦ χρεῶν ὑψηλότερον· ἀλλ' 20
 αὐτὴν ὡς ἔτυχεν ἔχουσα τὴν ἀλήθειαν ἀφηγουμένοις πιστεύειν,
 E καὶ μίαν τινὰ τὴν ὠφέλειαν ἐκατέρωθεν πάντας καρποῦσθαι,
 σνοροῶντας εἰκὸς τε καὶ μᾶλα τοῖς σπέρμυσιν ἀρμόττον κατόπιον
 ἰὸν τὸ γεώργιον· οἷς μὲν ἐξ ἀγαθῆς προαιρέσεως ὀρμῶσθαι ἐνῆν,

plena, quos esse infelices iussit omnipotentis providentiae decretum), quae inquam a fortuna sunt, ea ego nec laudaverim mea quidem sponte, neque omnino retulerim in eas res, quae vituperari debent. Ea enim non tam eius, qui agit, opera esse dixerim, quam temerarium quendam fortunae impetum, seu faventis, seu omni calamitatum genere saevientis adversus eos, quos hostili animo invadit. Quemadmodum igitur corona minime donandum illud puto, quod praeter sententiam praeclare acciderit, ita nec damnandum illud censeo, quod praeter voluntatem male successerit. (X.) Postquam itaque ostenderit, patientia illa voluntaria ac deliberata, et eo quod ulcisci eos nollet qui tum molesti erant, factum esse, ut in tanta calamitatum tempestate tantisque fluctibus iustus ac caelestis praemiorum dispensator periculis depulsis tranquillum eum esse iuberet; ostendemus utique fusius suo loco, procedente hoc opere, quoniam pacto adversissima ei omnia posthac acciderint, veritatem historicam retinere cupientes, ac persuadere iis, qui in hanc temporum partem inciderint, ne nos existiment quocumque affectu ductos supra modum dictis exaggerare ea, quae in illo homine vel laude et admiratione digna exstiterunt, vel ab radice contraria pullularunt: sed nobis veritatem, prout se habuit, exponentibus credant, et unam quandam utrinque omnes utilitatem percipiant, consentaneam videntes et congruentem seminibus segetem sequi; et iis, qui a bono pro-

ἀγαθόν· οἷς δ' ἔξ ἧς ἀντιβαίνει μοίρας τὰ χεῖρω καὶ μοχθηρῶς A. C. 1342
 τὸ ἀδικοῦν ἀνθοπλίζεται πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὐθύτητα, τοῦ Imp. Io. Pa-
 τοις δ' αὖ τοῦναντίον ἔπαν. ὄθεν δὴ καὶ ἐπανακτέον τὸν λόγον. laeol. 2
 (I.A.) Ὁ γὰρ τοι βασιλεὺς, τριάκοντά που μόνας ἡμέρας ὡμί- F
 5 ληκῶς τῷ Κράλῃ μετὰ γε τὴν εἰς αὐτὸν κάθοδον, τελευτῶντος A. M. 6851
 ἔδη τοῦ Θέρους ἐκείνου, καὶ ἀρχομένου τοῦ φθινοπώρου, καὶ Ind. 11
 τῶν ἀμπέλων ἀμαζουσῶν καὶ μονονονυχί τοὺς τρυγητῆρας τρανῆ
 τῇ γλώττῃ προκαλουμένων, ἔκε μετὰ τε τῶν οἰκείων δυνάμεων,
 καὶ πρὸς γε μακρῶ πλειόνων τῶν ἐκ Σερβίας ὄπλων, ἐπὶ τὴν
 10 πόλιν Σερβῶν, αἰρήσειν ἐλπίζων αὐτὴν ἀμαχητὶ, συλλαμβανόν- P. 403
 των ἴσως ἐνδοθεν συγγῶν προδοτῶν, ὅποσοι θερμότερον τούτω
 προσέκειντο, καὶ μάλιστα ῥάδιαν τὴν εἴσοδον κρούφα γράφοντες
 ἐπηγγέλλοντο. ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κἀνταῦθα σαφῶς τοῖς τούτου βου-
 λήμασιν ἀντιπράττοντος, ἄπρακτός τε ἦν ἡ σπουδὴ καὶ μύ-
 15 ταιὸς ὄχλος ἢ πῦσα πυρασκευῆ. πρὶν γὰρ αὐτὸν περιστρατοπε-
 δεύσαντα τῇ πόλει πολεμίους χεῖρας ἐπενεγκεῖν, νόσημά τι θα-
 νάσιμον ἐνσκήπτει τῷ στρατοπέδῳ τῶν Τριβαλλῶν· εἴτε τῆς τῶν B
 σταφυλῶν ἀταμιεύτου καὶ ἀφειδοῦς βρώσεως, εἴτ' ἄλλης ἡγησα-
 μένης αἰτίας, οὐκ οἶδ' ὀπότερον. πάσης οὖν ἀμηχανούσης καὶ
 20 χειρὸς καὶ γνώμης λατρικῆς πρὸς τὸ πάθος, συχνοὶ καθ' ἡμέραν
 ἐκάστην νεκροὶ κατωρῦττοντο· καὶ ἐπειδὴ βραχυτάτων ἐντὸς
 ἡμερῶν ἑπὲρ τοὺς χιλίους ὁ Θάνατος ἐξήνεγκε τοῦ βίου, καὶ
 κλείους ἐπὶ τούτοις ἐξάγειν ἠπελεγέτο τε καὶ ἐπηγγέλλετο, ἄραντες C

posito orsi fuerint, bona evenire; iis vero, qui unde peiora pugnant in-
 ceperint et ab ea parte, qua iniustitia armatur adversus rectum ac veri-
 tatem, iis inquam adversa omnia accidere. Sed et inde revocanda est ora-
 tio nostra. (XI.) Vix triginta dies cum Crale post adventum suum com-
 moratus imperator, abeunte iam illa aestate autumnoque ineunte, vigenti-
 bus vitibus ac vindemiatores clara paene voce advocantibus, venit cum
 copis et suis propriis, et ex Servia longe pluribus, ad Serphas urbem,
 nullo labore captum iri eam a se sperans, conspirantibus intus fortasse
 proditoribus non paucis, iis videlicet, qui isti vehementius studebant, fa-
 cillimumque ingressum missis clam litteris promittebant. Verum Deo illic
 quoque huius voluntati evidenter adversante, conatus ille irritus fuit, et
 inane impedimentum totus belli apparatus exstitit. Ante enim quam infesto
 exercitu propius admoto urbem circumsedisset, morbus quidam lethalis Tri-
 ballorum castris infligitur: sive intemperans et immoderatus uvarum esus,
 sive alia quaecunque causa praecessisset. Utrum certe statuam nescio.
 Cum itaque nihil adversus hoc malum nec manus nec ingenium medicorum
 valeret, frequentes quotidie mortui defodiebantur. Quia igitur mors intra
 paucissimos dies sustulerat ex vita homines plus quam mille, ac plures praeter-
 terea efferre properabat minabaturque; motis quam celerrime castris re-

- A. M. 6851 τὴν ταχίστην ἐπανήκον ἐκεῖθεν ἅπαντες, ἀπαγγέλλοντες τῷ Κράλει
Ind. 11 τὸ χωρὶς ἀνθρωπίνου πολέμου συμπεπτωκὸς δυστύχημα τῷ
στρατῶ.
- V. 327 δ'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, λειδίη καὶ ὁ τοῦ φθινοπώ-
D ρου καιρὸς ἐξῆς ἐτελεύτα, καὶ ῥῆδιον οὐπὼ μανθάνειν τοῖς φί-5
λοις ἦν, ὅπως ἔχει τὰ βασιλείως, ἐν ἄλλοτρίᾳ γῆ συνδιαιωμένου
βαρβάροις καὶ ξένοις ἤθεσι, δέδειχε μὲν δὴ πρῶτος Ἄμωρ ὁ
Πέρσης, ὁ Ἀυδῶν ἀρχηγός, ὅσον ἐν τοῖς καρδίας θαλάμοις
A. C. 1343 ἔθαλπε τὸν τοῦ βασιλέως ἔρωτα. χεμιῶνος γὰρ ἤδη μεσοῦντος,
Imp. Io. Pa- καὶ θαλάσσης ὁμοῦ καὶ ἀέρος πολλὴν ἐχόντων τὴν ἀταξίαν καὶ 10
laeol. 2
- Ἐσόνγυσιν, σὸν πολλῶ τῷ στρατῶ διαβὰς τὸν Ἑλλησποντίαν πορ-
θμὸν ἐξήτει μάλα τὸν φίλον θερμῶς. καὶ λειδίη ῥῆδιον οὐκ
ἦν αὐτῷ μήτ' ὀφθαλμοῖς οἰκείοις ἐκείνον θεύσασθαι, μήτε μα-
θεῖν ἐν οἴαις τύχαις ἐκείνος τηρικαῦτ' ἦν. ἐκώλυε γὰρ τὸ πολὺ
τοῦ ψύχους, καὶ ἅμα χιῶν τηρικαῦτα κατενεχθεῖσα κατὰ δαψι-15
λὲς ἀπόρευτον ἐποιεῖ καὶ ἄβατον τὴν ἐς ἐκείνον ὁδόν. ἐλθὼν
- P. 404 ἤσυχῃ παρεστρατοπέδευσε περὶ τὰ τοῦ Λιδυμοτείχου προύστεια,
καὶ δουλικὴν τινα πεπομφῶς ἐκεῖθεν Εἰρήνην τῇ βασιλίδι προσκῶ-
νησιν, αἰθριος διενυκτέρευέ τε καὶ διημέρευεν ἐγκυρτερῶν τῇ τῆς
χειμερινῆς ὥρας ἐκείνης σκληρότητι, καὶ τὸν φίλον ἀπόντα ζῆ-20
τῶν, κακ μέσης ἀποκλαιόμενος τῆς ψυχῆς· καὶ πολλὰ πρὸς
τῆς βασιλίδος καλούμενος εἰς ὄψιν ἐκείνην τὸ παράπαν ἐλθεῖν
B οὐκ ἠνέλεγο. (B.), „Ποίοις γὰρ” ἔφρασκεν „ἄμμασι βλέψω δακρύων
δακρύουσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ, τοσοῦτον ἀποδημοῦντι χρόνον ἐν
ἄλλοφύλων χερσὶ, καὶ ἦμιστα σαφῶς ἐγνωσμένη γῆ. αὐτὸς τε 25

dere inde omnes, Crali eam nunciaturi cladem, quae exercitui citra ulla
ab hominibus bellum acciderat.

4. Haec cum ita se haberent, et ipsius autumnal tempore mox exeunte,
facile haud esset imperatoris amicis discere, quo loco illius res essent, con-
victum alieno in solo habitans cum hominibus, quorum barbari essent ac pe-
regrini mores; ostendit primus Amurius ille Persa, Lydorum dux, quantum
in intimo corde amorem imperatoris foveret. Media enim iam hieme, cum
esset plurimum tum in mari tum in aëre perturbationis atque confusionis,
magnis cum copiis traiecto Hellepontii freto, amicum suum anxie quaeri-
tabat. Et quia ipsi facile non erat vel eum oculis suis intueri, vel discere,
quae tum eius esset fortuna (nam vis frigoris obstabat, et praeterea ef-
fusae tum largius nives iter ad illum intercludebant atque inivium efficie-
bant), tacite progressus circa Didymotichi suburbia castrametatus est,
et servili quadam inde salutatione ad Irenen imperatricem missa, noctes
dieisque totos manebat sub dio, hibernae asperitatis patiens, et absentem
amicum requirens, atque ex intimo pectore lacrymas ciens; saepiusque
ab Augusta vocatus in illius venire conspectum haud sustinebat. (II.) „Qui-
bus enim,” aiebat, „intuebor oculis flens flentem propter absentiam imperato-
ris, in potestate exterarum gentium et ignotissimo in solo degentis. Enim-

γὰρ διαδραματίζην ἂν πρὸς τὰς παρούσας τύχας ἐκείνης ἰδῶν, καὶ A. C. 1943
 τὰς περισχούσας τὴν βασιλικὴν οἰκίαν τραγωδίας τε καὶ ἀδοκί-^{Imp. Io. Pa-}
 τους φεῦ συμφορὰς· καὶ ἅμα αὐτὴν, ἀντὶ τοῦ παραμυθῆσα-^{lact. 2}
 σθαι, πρὸς μείζους ἀναφλέξω τοὺς θρήνους. οὐ θεωρίας οὖν ὁ
 5 παρῶν καιρὸς οὐδὲ λόγων, ἀλλὰ δακρύων μακρῶν. ἐμβριθεὶς γὰρ C
 τὸ πάθος, καὶ δριμύειας μὲν κομίζειν δοκεῖ μοι τὰς φλεγμονὰς,
 δριμυτέρους δ' ἐπάγειν μου τῇ ψυχῇ τοὺς προσητῆρας· ἐπεὶ τὸν
 ἐντυπωθέντα μου τῇ καρδίᾳ κύλλιστον φίλον βλέπειν οὐκ ἔχω,
 τοῖς βασιλικοῖς στρατοπέδοις περικυκλούμενόν τε καὶ ἐγκαλωπι-
 10 ζόμενον." (Γ.) Καὶ οὐκ ἔλεγε μὲν ταῦτα τῇ γλώττῃ, οὐκ ἔπασχε
 δὲ τὴν ψυχὴν. ἀλλὰ μακρῶ τινι μείζον το πάθος ἔνδον αὐτοῦ D
 τὴν ψυχὴν ἐπυρόλοι καὶ ἔκαιεν, ὡς ἐμφανεστερον πολλαχῇ
 προῖοῦσαν δεῖξεν τὴν ἱστορίαν αὐτὸς ἰσχυρίζομαι. οὕτως οὐ
 βάρβαρον ὁ βάρβαρος εἶχε τὸν τρόπον, ἀλλ' ἡμερον καὶ παιδείας
 15 Ἑλληνικῆς τὸ παράπαν ἐχόμενον. ἡ γὰρ ὁμοιότης τῶν τρόπων, V. 328
 εἰ μὴ τι πλεον, ἀλλ' οὖν Ὀρεσταῖς ἁμοῦ καὶ Πυλάδαῖς σαφῶς
 εἰσποιεῖ· οἱ μὲν γὰρ ὁμόφυλοι, καὶ αἱμάτων συγγενικῶν, καὶ
 νόμων καὶ μαθημάτων μετεσχηκότες ἁμοῦ τῶν αὐτῶν· ὁ δὲ βάρ- E
 βαρον ἔχων τὴν γένεσιν, καὶ βαρβάροις ἦθεσὶ τε καὶ νόμοις συν-
 20 τιθραμμένους, καὶ ἀλλοφύλῳ χρώμενος φωνῇ καὶ γλώττῃ καὶ
 διαίτῃ, καὶ πολλαῖς μὲν θαλάσσαις, πολλοῖς δ' ὄρεσὶ τε καὶ
 φάραξι Καντακουζηνοῦ διίστάμενος, ἄμικτον εἶχε πάντη τὸν
 βίον αὐτῷ καὶ ἀγνώστα καὶ ἀλλόφυλον· φαίην δ' ἂν καὶ ἐν

16. σαφῆς conl. Boiv.

22. φάραξι: em. Boiv. pro φάλαξι.

vero et ipse disrumpar, si praesentem illius fortunam intnear, tragoedias-
 que illas et inopinatas heu calamitates, quae imperatoriam domum undique
 circumstant. Et illam simul tantum aberit ut consoler, ut maiori luctu in-
 cendam. Non igitur visitandi nunc tempus, sed uberrime flendi. Gravis
 enim hic dolor, qui et acres admovere mihi stimulos et violentas animo meo
 facies videtur subiicere; quoniam haud datur eum, cuius impressam gero
 in corde imaginem, amicum intueri pulcherrimum, imperatoris circum-
 septum ornatumque exercitibus." (III.) Nec vero id lingua eius sic dice-
 bat, ut animus non afficeretur. Sed multo maiori intus dolore pectus fla-
 grabat atque incendebatur. Idque affirmare ausim pluribus exemplis de-
 claratum iri evidentiis, procedente hac historia. Adeo non barbaros habebat
 homo barbarus, sed humanos mores, et Graecam plane institutionem redo-
 lentes. Morum enim similitudo, si nil amplius, at Orestas certe Pyladae-
 que inter se conciliat: et erant quidem illi eadem gente oriundi et sanguine
 cognato iuncti, iisdemque et legibus et disciplinis imbuti. Iste autem bar-
 baris parentibus natus, moribus et legibus barbaris a pueritia institutus,
 peregrino et sermone et victu cum uteretur, longo mari, multis et monti-
 bus et vallibus profundis a Cantacuzeno divisus, vitam prorsus disiunctam
 et illi ignotam agebat, qualem quivis alienigena: quin et pro hostili habi-

Nicephorus Gregor. Vol. II.

42

- A. M. 6851 ἐχθρῶν τεταγμένον μοίρα· ὡς μακροῖς τισι διὰ ταῦτα τοῖς μέ-
 Ind. 11 **F**τροις τουτονὶ παρελαύνειν ἑκείνους εἰς λόγον φιλίας, καὶ πολὺ
 τὸ ὑπερβάλλον τῆς θέρμης τὴν τούτου μᾶλλον κεκτῆσθαι σχέσιν,
 ἢ τὴν ἑκείνων. (Δ.) Εἰ δέ τις Καντακουζηνῶ χαριζόμενος τὸ
 πᾶν τῆς βελτιονος αἰτίας τουτωῖ φέρων ἀνατιθεῖη, ἀδικήσειεν 5
 ἂν ἐς τὸ προφανές τὴν ἀλήθειαν. ἀμφοτέροις γὰρ εἴ τις τουτὶ
 παρέχοιτο τᾶγαθόν, οὐδένα ἂν σχολή, ὅστις καὶ μέμφεσθαι βού-
 λοιτο. εἴ τις δ' ἑκείνου καθάπαξ τοῦτ' ἀφαιροίη τᾶγαθόν, ὅτι
 P. 405 βάρβαρον ἔσχε τὸ γένος καὶ ἤκιστα συγγενές, οὐδένα ἂν οἶμαι
 σχολή τῶν πάντων, ὅστις οὐκ ἐπιεικῶς μέμψαιτο. τὴν γὰρ τῆς 10
 ψυχῆς ὁμόνοιάν τε καὶ συγγένειαν οὐχὶ τὸ γένος, ἀλλ' ἢ τῆς
 γνώμης δείκνυσι ταυτότης. ὡς γὰρ ἐν τοῖς μουσικοῖς ὄργάνοις,
 ὅσα ἐν αὐλοῖς καὶ λύραις καὶ κιθάραις καὶ τυμπάνοις, οὐχ ἢ
 τῶν τόπων ἐγγύτης τὴν τῆς ἁρμονίας δημιουργεῖ συμφωνίαν,
 ἀλλ' ἢ τῆς φωνῆς ἐμμελῆς ὁμοιότης, κἂν ἀλλήλων πόρρω που 15
 B τὴν τοπικὴν τύχῳσιν ἔχοντα θέσιν τὰ τῆς φωνῆς τελεσιουργά,
 οὕτω δὴ τὸ παραπλήσιον δείκνυται κἂν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυ-
 χαῖς, κἂν ἀλλοφύλους ἔχοντες τύχῳσι τὰς τοῦ γένους κρηπίδας,
 κἂν μυρίοις ὄροις γῆς καὶ θαλάττης ἀλλήλων ἀπέχωνται. (E.) Βε-
 βαιότερα δ' ἔσται τοῖς εἰρημένοις ἐχέγγνα, ὅποσα προΐοντι τῷ 20
 λόγῳ λελέξεται περὶ τοῦ βαρβάρου τοῦδε τὸ γένος καὶ οὐ τὸν τρό-
 πον ἀνδρός· οἷον δὴ κάκεινο. πλείπτα γὰρ τῆς βασιλίδος Εἰρή-
 C νης ἐκ Διδυμοτείχου πεμπούσης, ὅποσα εἰς τροφὴν ἐπιτήδεια, καὶ
 ὅσα ἐν ἐνδόμασι, καὶ ὅσα νυκτερινῆς σκέπης ἀποπληροῦντα
 χρεῖαν τὴν τοῦ χειμερίου ψύχους ἀπυσοβεῖν ἐδύναντο τηρικαῦτα 25

tam ausim dicere. Eoque fit, ut longo iste intervallo illos ratione amicitiae transierit, et eius magis quam illorum affectus ad summum fervoris gradum pervenerit. (IV.) Quod si quis Cantacuzeno blandiens in eum conferat quidquid melioris causae fuit, veritatem is manifesta iniuria afficiat. Ambobus sane si quis hanc tribuat laudem, carebit reprehensione. Si vero aliquis totam alteri eripiat, eo quod barbarus genere fuerit ac minime nobis affinis, neminem puto omnium fore, qui non illum merito reprehendat. Animorum quippe coniunctio et cognatio non ex genere aestimatur, sed ex eo quod utriusque eadem sit voluntas. Quemadmodum enim in instrumentis musicis, tibiis, lyris, citharis, ac tympanis, non locorum vicinitas musicum efficit concertum, sed sonorum modulata consensus, etiam locis disiuncta sint ea quae soni efficientia sunt, tantundem quoque deprehendere est et in hominum animis, etsi forte ex gentibus diversis generis sui originem ducant, etsi infinitis a se invicem distent terrae ac maris intervallis. (V.) His porro, quae dixi, fides deinde firmior constabit ex iis, quae procedente hoc opere dicentur de homine illo, genere quidem at non moribus barbaro; cuiusmodi est istud. Cum ex Didymoticho imperatrix Irene plurima ei mitteret, quae ad victum aut ad vestitum pertinerent, quaeve nocturnorum tegminum usum explerent, ac saevientem tum temporis

δριμύτητα, οὐδὲν οὐδαμῆ προσεδέξατο· ἀλλ' ἔφησεν εἶναι σα- A. C. 1343
φῶς τῶν ἀτοπιωτάτων, ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ ὑπερορίῳ γῆ σκληρότητι ^{Imp. Io. Pa-}
πλείστη προστετηκότος τοῦ φίλου, διάγειν ἐν εὐπαθείαις αὐτόν. ^{laeol. 2}
καὶ εἰ μὲν ἐνῆν αἵμασι ψυχῆς βύψαντα σκηνῆν ἐν ταύτῃ με D
5 σκηνοβυβατεῖν, ἦν ἂν μοι τοῦτο παραμύθιον εὐγενές πρὸς ἔνδειξιν
τῆς ἐν καρδίᾳ φλογὸς καὶ τοῦ πρὸς τὸν φίλον ζῶντος πόθου.
ἐπεὶ δ' ἀσώματος ἡ ψυχὴ γενομένη κηλίσιν αἱμάτων οὐκ ἀναπέ-
φρται, οὐχ ὄρω τίς μηχανῆ βελτίων γένοιτ' ἂν ἐμοὶ τῶν περι-
σχοσῶν με πῦν ὀδυνῶν ἀπαλλάττουσα. (ς'.) Ἐλύπει γὰρ καὶ
10 κομιδῇ συνετάρατε μὴ μόνον τὸ τοῦ βασιλέως πάθος αὐτόν,
ἀλλ' οὐχ ἤττον καὶ τὰ τῆς βασιλίδος δάκρυα, κατὰ τὰς πολυ- E
πενθεῖς τρυγόνας θρηνησῆς τε καὶ ἀνωμένης μᾶλα πικρῶς περὶ
τοῦ συζύγου καὶ βασιλέως, καὶ σφόδρα ἀθροισμένης, καὶ ἅμα
πανταχόθεν ἐς βύθους ὠθουμένης μακροῦς, τοῦ καθάπαξ καὶ
15 αὐτό γε τὸ ζῆν ἀπογνῶναι. οἱ τε γὰρ ἐκ Βυζαντίου πολέμοι, μέ-
χρι προαυλίων Διδυμοτείχου συχνὰς τὰς ἐφόδους ποιούμενοι, μι-
κροῦ καὶ τειχῆρεις ἐβιάζοντο τούτους καθῆσθαι· ὅ, τε λιμὸς
μετὰ τῶν συνεχῶν καὶ πολυπλόκων ἐπιβουλῶν χαλεπώτερος F
πολλῶ τῶν ἔξωθεν πολέμιος ἦν, ἕτε συνέστιος καὶ ὁμόστεγος V. 329
20 ὑπάρχων αὐτός· οἱ τε φρουροὶ καὶ ἡμεροσκόποι τῶν Βυζαντιῶν,
τὰ ἐνεδρά τε πάντα καὶ τὰς παρόδους διαλαχόντες, ἐμποδῶν ἐγί-
νοντο μᾶλα γε ἐθελούσῃ δι' ὄτωνδῆποτε λάθρα μανθάνειν περὶ
τοῦ βασιλέως. (Ζ.) Παρεμυθεῖτο τοίνυν τοιαύτης τύχης τρα- P. 406

hibernorum frigorum vim arcere possent, nihil unquam accepit; plane ab-
surdum esse dicitans, dum amicus alieno in solo, patriis finibus procul,
fortuna durissima confictaretur, vivere se interea molliuscule. „At saltem
(inquietabat) si liceret animae sanguine tingere tentorium, atque in eo me
spectandum proponere, illustre hoc mihi solatium esset, quo flammam, quae
ardet in corde, vivumque amici desiderium palam ostenderem. Quoniam
autem anima, incorporea cum sit, nulla sanguinis labe respersa est, non
video quam praeterea meliori arte eos dolores, quibus nunc opprimor,
possum levare.” (VI.) Angebant enim eum ac vehementer conturbabant,
non imperatoris duntaxat calamitas, sed et lacrymae imperatricis non mi-
nus. Nempe haec quarularum turturum more lamentabatur et acerbissime
moerebat ob absentiam coniugis imperatoris, de quo erat valde anxia. Tum
eadem simul in maximis periculis versabatur, quae eam sic ex omni parte
circumstabant, ut ipsius quoque vitae spem prorsus abiiceret. Nam et hos-
tes ad ipsum usque Didymotichi limen Byzantio subinde excurrentes moe-
nibus paene clausos sedere istos cogebant: et fames, cum insidiis continuis
et multiplicibus coniuncta, externo hoste longe erat importunior, quippe
domestica et contubernalis. Custodes praeterea ac speculatores Byzan-
tini, omnes et latebras et viarum inter se partiti aditus, obstabant eidem,
quo minus clam per quoscunque de imperatore sciscitaretur; id quod tamen
valde cupiebat. (VII.) Solabatur itaque illam Amurius in talis fortunae

A. M. 6851 γῶδαις συνοῦσαν αὐτήν, καὶ ἐπισχεῖτο πάσῃ ψυχῆς προθυμία
Ind. 11 τὰ κατὰ γνώμην ἄπανθ' ὑπηρετεῖσθαι, κἄν δέῃ καὶ θάνατον
 ὑπομένειν αὐτόν. ἐπεὶ δ' ἡ φορὰ τοῦ χειμῶνος ἐκείνου νίκτωρ καὶ
 μεθ' ἡμέραν ἕλπετο πρὸς τὸ ἀκμαιότερον προὔκοπτε, καὶ ἀνελπι-
 στον τέως ἐτίθει τὸ τοῦ ἄερος μεΐδιμα, καὶ ἕμα πολλὴ καὶ συν-5
 εχῆς τις ἐπενέμετο φορὰ τὸν Περσικὸν στρατὸν, ἦν ἡ τοῦ χει-
B μῶνος ἔτικτεν ἀκμὴ καὶ πρὸς γε τῶν ἀναγκαίων ἡ ἀπορία, καὶ
 μήθ' ἑαυτῷ μήτε τοῖς φίλοις ἐν γε τῷ παρόντι βοηθεῖν αὐτῷ ῥή-
 διον ἦν, ἐμποδῶν ἱσταμένον τρόποις ἀποβροχῆτοις τοῦ θεοῦ βουλή-
 ματος, οἵκαδε τὸν Ἑλλήσποντον διαβὰς ἐπανήει. (H.) Τῆς δὲ ἰ-
 τοιαύτης τοῦ Πέρσου σπονδῆς εἰς τοῦτο τέλους ἐληλυθυίας, δεύ-
 τερος ὁ τὰ πολέμια κράτιστος, καὶ τῶν ἐν Διδυμοτείχῳ κατα-
C λειφθέντων στρατηγῶν (ὡς εἰρήκειμεν) εἷς, Μανουὴλ ὁ Ταρχα-
 νειώτης, ὃς δὲ καθ' αἷμα προσήκων τῷ βασιλεῖ καὶ ἡρωϊκός
 τις ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ τὰ πάντα γενναῖος, καὶ χεῖρα καὶ γνώμην 15
 καὶ σώματος ἀναδρομῆν, καὶ πολλαῖς μὲν ἐναθλήσας μάχαις πο-
 λεμικαῖς, πολλαῖς δ' ἐγκατερήσας πληγαῖς, κράτιστος γέγονε
 τὰ ἐς πείραν πολεμικῆν· δι' αὐτὸν δὲ καὶ στρατηγὸς τῶν ἐν Διδυ-
D μοτείχῳ δυνάμεων πρὸς τοῦ βασιλέως καταλειφθεὶς ψυχὴ τις
 ἦν τοῖς ἐκεῖ τηνικαῦτα καὶ χρηστῶν ἐλπίδων θησαυρός· οὗτος 20
 οὖν μόνος θαυράσας τέως ἐπὶ ζήτησιν ἐξῆι τοῦ βασιλέως,
 πεμφθεὶς ἐκ Διδυμοτείχου πρὸς τῆς βασιλίδος Εἰρήνης· οὗ γὰρ
 ἦν ἡρεμεῖν ἀγνοοῦσιν ὅποι τὸ τῆς βασιλείου τύχης τε καὶ συμφο-
 ρῆς εἰπεῖν τραγωδικῆς ἐκεχωρήκει πρᾶγμα· δι' ὃν πολλοὺς τε

tragoediis, promittebatque, exsequitur se omni studio quidquid illi visum
 foret, etsi mors esset ipsa subeunda. Verum quia hiemis illius vis diu no-
 ctuque vehementius semper ingravescebat ac spem interim serenioris caeli
 intercludebat, simulque exercitum Persicum frequens et continua quaedam
 lues depascebatur, quam et saevissimum frigus pariebat, et ipsa quoque
 rerum ad victum necessariorum penuria; ac neque sibi neque amicis facile
 ille poterat in praesenti opulari, obstante divina voluntate, arcanis nescio
 quibus rationibus, domum traiecto Hellesponto regressus est. (VIII.) Cum
 is fuisset exitus Persicae illius expeditionis; proximus Cantacuzeno rei bel-
 licae gloria ex ducibus Didymotichi relictis unus (ut diximus) Manuel
 Tarchaniotes, imperatoris cognatus, vir heroibus similis ac per omnia
 strenuus; manu, consilio et corporis proceritate praestans; qui bellicis
 laboribus exercitatus, et multa vulnera constantissime perpassus, summam
 in re militari comparaverat experientiam, ideoque ab imperatore praefectus
 iis copiis, quae Didymotichi erant, animae cuiusdam instar ac velut bonae
 spei thesaurus iis esse videbatur: is, inquam, solus tum animo confisus
 quaesitum exivit imperatorem, Didymoticho emissus ab Irene imperatrice.
 Quiescere enim haud poterant, quamdiu ignoraturi essent, quo fortunae ac
 tragicae, ut ita dicam, calamitatis res imperatoris processissent: propter

ἀνηγήκασι μόχθους καὶ βίας καὶ ἔτ' ἀντλεῖν ἔμελλον. διὰ δὲ A. C. 1343
 δόος οὗτος τὴν εὐθείαν καταλιπὼν ἐπὶ τὰ εὐώνυμα ἀνοδαίσι τε Imp. Io. Pa-
 διετέλεσε χρώμενος καὶ πρὸς χωρία παραβαλλόμενος ὑψηλὰ καὶ laeol. 2
 δυσπρόρευτα, ἕως ὑπερβαλὼν τὸ ὄρος τὸν Ἄξιον ἔλαθεν εἰς τὴν
 5 Τριβαλλῶν ἐκπεπτωκὼς γῆν ἀθῶως κακῶν. ἔνθα τὸν βασιλέα
 ζητήσας τε καὶ εὐρῶν, καὶ ὅσα εἰκὸς ὠμιληκῶς, τάχιστα ἐπανῆ-
 κεν εἰς Διδυμότειχον, ἀγγελίας κομίζων τοῖς τε ἄλλοις καὶ μύ-
 λιστα πάντων Εἰρήνῃ τῇ βασιλίδι σφόδρα ἀληθεῖς καὶ ἀκαπη-
 F λήτους, καὶ δόξας ὡσπερ ὑφ' ἡλίῳ μύλα κυομένοις ζέφυρός τις
 10 ἀναψέξῃως. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

ἔ. Ἦρος δ' ἀρχομένου τὰς δυνάμεις αὐτῆς ἀναλαβὼν ὁ P. 407
 βασιλεὺς ἦγεν ἐπὶ τὴν πόλιν Σεβέρων, καὶ ὅσα περίεξι εἰσὶ φρού- V. 330
 ρια καὶ πυργώματα μέχρι Φιλίππων. κάπειδ' ἡ πείραν προσάγων
 ἐν τοῖς ὁμοίοις ἦν ἀτυχήμασιν, ἐμποδῶν ὡς ἔοικεν ἰσταμένου
 15 τοῦ θεῖου βουλήματος, ἔδοξεν αὐτῷ διαβαίνειν εἰ δύνατο μέχρι
 καὶ ἐς Διδυμότειχον, τοὺς μύλα ποθοῦντας ὑψόμενός τε καὶ
 ὀφθησόμενος. ἐπεὶ δὲ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπικούροις τε καὶ συμμά-
 χους Τριβαλλοῖς, ἀκηκούσι πολλὴν εἶναι τὴν ἐφεδρεύουσαν τῶν B
 ἐναντίων δυνάμειν περὶ τὰ πρόσω στενὰ τῆς Χριστουπόλεως, ἀν-
 20 θίστασθαι συνέβαινε πρὸς τὸ δόγμα διὰ δειλίαν καὶ δόος, καὶ
 ἄλλως βλακικωτέροις οὖσι καὶ τὰς ὑπερορίους οὐ σφόδρα ἀγα-
 πῶσιν ἐστρατείας, ὁπίσω ἀπήλλαττεν αὐτῆς ἐς τὰς τῶν Τρι-
 βαλλῶν νομῆς καὶ αὐτὸς, ἄκων τε καὶ μύλα πλείστους ἐπαγόμε-
 νος κατὰ καρδίαν τοὺς τῆς λύπης ἄνθρακας, διὰ τὸ μὴ κατὰ C

quem multos labores, multa gravia et iniqua exhausserant, et adhuc exhausturi erant. Relicto igitur ob metum recto tramite, sinistram versus per avia contendere arduisque ac difficilibus locis applicare se perrexit, donec Haemo monte superato, in Triballorum terram illaesus furtim delapsus est: quaesitumque imperatorem invenit, et cum eo, quantum par erat, colloquutus celerissime inde Didymotichum rediit, habens quae nunciaret tum aliis, tum omnium maxime imperatrici Irenae, vera admodum et minime fucata; ac talis adveniens, qualis iis qui nimio solis ardore torrentur Zephyri aura refrigeratrix. Et haec quidem ita se habuerunt.

5. Vere autem ineunte coactas iterum copias imperator duxit ad Serhas urbem, et quaecumque circum occurrunt Philippos usque castella ac propugnacula. At ubi tentata res est pari infelicitate, obstante nimirum divino numine, visum est ipsi transire, si posset, Didymotichum usque, ut eos a quibus vehementissime desiderabatur videret, et ab iis videretur. Sed quia Triballi, quos secum habebat socios ac foederatos, audientes magnam esse hostium manum in insidiis collocatam apud Christopolitanas fauces, ultra iturus oppositas, eius voluntati obetiterunt timiditate ac metu; cum et alias ignaviores essent et longinquis expeditionibus non admodum gauderent; idcirco regressus est iterum in Triballorum fines, invitus quidem et plurimas doloris faces suo ipse cordi admovens, eo quod minime ei

- A. M. 6851 γνώμην δήπουθεν αὐτῷ τὰ πρῶγματα ἀπαντῆν. πεποίηται μὲν-
 Ind. 11 τοι τὴν ἀναχώρησιν μέχρι καὶ ἐς πόλιν τὴν Στρομμίτζαν, καὶ
 ὄσα ἐπέκεινα χωρία ἦν ἀναπεπταμένα τε καὶ ἰπηλάτα· ἔνθα δὴ
 καὶ τὸν Κράλην Σερβίας τὰς ἐπαύλεις ποιῆσθαι τέως συνέβαιεν.
 (B.) Εἰς δ' ἦν ἡδη τῶν αὐτῷ ἐπομένων καὶ ὁ Ἄσαν Ἰωάννης. 5
 ὃ γὰρ πρὸ βραχέος ἐπιτροπεύων ἦν Μελενίκου φρούριον, ἐντο-
 Δλαις νῦν βασιλικαῖς τῷ Χρέλῃ παραδεδωκὼς πρὸς βασιλεῖα ἀφί-
 κητο, καὶ διετέλει συνῶν αὐτῷ, συσκηνοῦντι τέως τῷ τῶν Τρι-
 βαλλῶν ἡγεμόνι. (Γ.) Ἔτυχε δ' ἀφικμένη τῆνικαῦτα καὶ πό-
 λεως Βεῤῥόλιας πρεσβεία τῷ Κράλῃ, λόγους περὶ ὧν ἀπῆτει κο- 10
 μίζουσα καὶ ζητοῦσα μαθεῖν ἀκριβῶς, ἃ κατὰ γνώμην ἐστίν.
 ἀπῆτει δ' ὑπήκουον τὴν πόλιν τούτῳ γενέσθαι καὶ ὑποχείριον, τῇ
 Εὐάκροπόλει φρουρὰν Τριβαλλῶν ἐμβαλόντι, πρὶν ἂν ἀκουσίων
 αὐτῶν πολέμου νόμοις ἐξανδραποδίσθαι τε καὶ διαρπάσῃ καὶ πό-
 λιν καὶ οἰκίας ἅμα καὶ γυναῖξι καὶ τέκνοις. τοῖς μέντοι πρε- 15
 σβέουσι καταπλαγεῖσι πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐμβρίθειαν καὶ
 ἀποτομίαν ἔδοξε βέλτιον λάθρα κοινολογήσασθαι τῷ βασιλεῖ
 P. 408 Καντακουζηνῷ, καὶ δοῦναι λαμπρὰς τὰς ἐγγύας, εἰ βούλοιο
 τὴν ταχίστην λαθῶν παρῆσελθεῖν καὶ λαβεῖν ἀπονητὶ τὴν πόλιν
 αὐτός. εἶναι γὰρ μανιώδους ψυχῆς καὶ γνώμης, αἰρεῖσθαι πρὸ 20
 τοῦ ἡμέρου τὸ βάρβαρον, καὶ προτιμᾶν τῆς ὁμοφύλου τὴν ἀλλό-
 φυλὸν τε καὶ νόθον ἡγεμονίαν. τούτων οὕτω συσκευασθέντων
 καὶ κυρωθέντων πρὶν αἰσθῆσθαι τοὺς Τριβαλλοὺς, λόγοις ἀπα-
 Βητλοῖς τισι μετεωρίσαντες τὴν τοῦ Κράλη διάνοιαν οἱ ἐκ Βεῤῥόλιας
 πρέσβεις ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν, ἀπαγγέλλοντες τοῖς ἐν Βεῤῥ- 25

ex sententia res succedebant. Rediit tamen retro ad urbem usque Strum-
 mitzam, et quaecunque illac aperta atque equitabilia loca sunt; ubi et
 Crales Serviae tum forte diversabatur. (II.) Iam autem illum sequebatur
 et Ioannes quoque Asanes. Hic enim paulo ante praerat Melenicis castello.
 Mox cum illud imperatoris iussu Chreli tradidisset, contulerat se ad impe-
 ratorem, et ei, Triballorum regis contubernali, comes adhaerebat. (III.)
 Forte eo tempore advenerat ex urbe Berrhoea legatio, actura cum Crale
 de iis rebus, quae ab eo petebantur, et quidnam decrevisset sciscitatura dili-
 genter. Petebat autem ille, ut urbem in sua potestate et manu haberet,
 ac Triballicum praesidium in arcem introduceret, antequam per vim et
 belli iure urbem, domos, mulieres liberosque in servitutum redigeret at-
 que diriperet. At legatis, dictorum duritia et acerbitas percussis, melius
 visum est clam cum Cantacuzeno imperatore colloqui, ac fidem ei suam
 omni cautione adstringere, si in urbem furtim et quam celerrime sese in-
 tromittere eamque ipse nullo labore capere vellet. Esse enim animi ac
 sententiae furentis, barbariem humanitati praeferre, gentilibus externam
 et illegitimam potestatem. His ita compositis, ac priusquam Triballi per-
 ciperent constitutis, Crales animo captiosis quibusdam verbis suspenso, le-
 gati Berrhoeenses domum reversi suis civibus renunciant et dura Crales

ροία τὴν τε τῶν τοῦ Κράλη λόγων βαρύτητα καὶ ὡς ἀναγκα- A. C. 1343
σθέντες αὐτοὶ συνθήκας αὐτοκρατορικὰς πεπολήνται πρὸς βυσι- Imp. Io. Pa-
λέα, τοῦ καιροῦ σχεδιάσαντος τὴν τοιαύτην παραχρῆμα ἐπίνοιαν. laeol. 2

(Δ.) Βραχεῖαι μετὰ τοῦτο παρωχῆκεσαν ἡμέραι, καὶ τὰς οἰκείας V. 331
5 ὁ βασιλεὺς δυνάμεις ἀνυλαβὼν ἐπὶ κωνηγέσια δῆθεν ἐξῆει, καὶ
περιπάτους ἀνέσειός τινος καὶ ῥαστώνης βασιλικῆς. καὶ μὲν δὴ C
σῆπω τρεῖς ἐκεῖθεν ἡμέραι παρῆλθον, καὶ τὴν πορείαν ἐπιταχύ-
νας σφόδρα ὑταλαίπυρον εἶρε τὴν εἰς Βεῤῥοίαν εἴσοδον, σὺν
πάνυ πολλῇ τῇ προθυμίᾳ καὶ ἡδονῇ καὶ ὑπταίς τὸ δὴ λεγόμε-
10 νον ὑποδεξαμένων τῶν Βεῤῥοίῳν χειρῶν. τοῦτο γὰρ ἔν πρῶγμα ὄν
ἀμφοτέροις ὠφελείας μακρῶς καὶ γαλήνης ἄμα γέγονεν αἴτιον,
ἀπαλλαγῆσι τῶν τοῦ Κράλη χειρῶν ἐν ταύτῳ. Θεοῦ δ' ἦν πάν- D
τως τὸ χρῆμα, τοῦ τὰ δυσχερῆ ποιοῦντος ῥήδια, καὶ τοῦναντίον
ὡς ὅποτε βούλοιο, καὶ ὁσισιν ἐθέλοι τρόποις. (Ε.) Ἐπεὶ γὰρ
15 τεθέαται τε καὶ ἔγνω σαφῶς τὸν βασιλέα περιφρονούμενον τε καὶ
ὑβριζόμενον ὑφ' ὧν ἐν ἐλπίσιν ἔκειτο δοχῆς καὶ στοργῆς ἀξιοῦ-
σθαι, μετέθετό τε τὴν γνώμην εὐθὺς καὶ αὐτὸς καὶ δρασμὸν ἐκ
τῆς μνήμης γίνεσθαι ἐκὼν γε εἶναι ἐδίδου τῶν τε μελετηθέντων καὶ
κυρωθέντων ἐν τῷ ἀφανεί τῆς οἰκείας καρδίας βουλευτηρίῳ τοῦ E
20 ἐπίπτος χρόνου πρὸς ἀμοιβὴν δι' αὐτὸν ἀγαθῶν· καὶ πρὸς ἐπι-
βουλὰς τέως ἀψηχόλει τὸν νοῦν, καὶ ὄλος πρὸς Βυζαντίους ἦν
ὑπορήτων, καὶ πρὸς τὰς ἐκεῖθεν ἡρέμα καθελκόμενος ὑποσχέσεις.
(ς.) Ἄλλ' ὡσπερ πανταχοῦ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης μελέτης ἡττώμενα
κίται τοῦ θεοῦ βουλήματος, οὕτως ἐπικρατέστερα κἀνταῦθα νῦν

responsa, et pacta, quae cogente necessitate, cum id consilii ipsa res sta-
tum animo suggestisset, ipsi cum imperatore suapte auctoritate fecerant.
(IV.) Pauci inde effluerant dies, cum imperator suas copias secum du-
cens egreditar, venatum scilicet ambulatumque, regio quodam relaxationis
otisque genere; necdum tribus ex eo diebus elapsis, accelerato itinere, fa-
cillimum ad Berrhoeam urbem aditum offendit, excipientibus eum maximo
studio Berrhoeensibus ac supinis, ut aiunt, manibus. Eadem enim utris-
que res magna simul et utilitatem et tranquillitatem afferebat; quoniam
eadem via utrique manibus Cralis elabebantur. Atque illud sane opus Dei
erat, facilia exhibentis ea quae difficilia sunt, et contrarium quoties iuvat
et quibus vult modis efficientia. (V.) Etenim Crales, cum videret explo-
ratumque haberet, despici et contumeliose haberi imperatorem ab iis, a qui-
bus speraverat se humane ac benigne exceptum iri, mutavit et ipse statim
sententiam, atque e memoria excidere ultro passus est, quae propter illum
bona procedente tempore vicissim sibi in posterum promiserat, et in arcana
cordis curia decreverat: coepitque applicare animum ad parandas insidias
lotusque ad Byzantium vergere, ac promissis, quae illinc veniebant, paula-
tim alluci. (VI.) Sed ut in omni re consilia humana divinae voluntati sub-
iiciuntur, ita tum quoque illic vicere ea quae ab iis, quorum erat pericu-

- A. M. 6851 ἐγεγόνει, ἃ μὴδ' ὄλωσ' οὐδαμῆ προσεδοκᾶτο τοῖς κινδυνεύουσι, μὴδ'
 Ind. 11 F ἐπὶ καρδίαν ἀνέβη θνητῆν. τῷ μὲν γὰρ βασιλεῖ ἡδιστόν τι καὶ
 ἔλευθέριον ἀναπεπνευκέναι ἐπῆλθεν ὄψε', καὶ τῶν κατ' αὐτὸν
 πραγμάτων ἀρχὴν νομίσαι τουτὶ καὶ κατάστασιν πρώτην· τῷ δὲ
 τῶν Τριβαλλῶν ἀρχηγῷ δι' ὀργῆς ποιεῖσθαι τὸ συμβᾶν, καὶ 5
 μεταμέλω μακρῷ τὴν ψυχὴν κατατῆκναι, ὅτ' ἐν χεροῖν ἔχων με-
 θῆκεν ὑπ' ἀβουλίας τὸν μακρῶν θησαυρῶν γενησόμενον αἴτιον,
 P. 409 κατὰ τε πλοῦτον ἀρχῆς ὁμοῦ καὶ χρημύτων καὶ ἀφοβίας τῶν ἐφε-
 ξῆς δαψίλειαν. (Ζ.) Ἐβούλετο μὲν οὖν πόλεμον ἄρασθαι κατ'
 αὐτοῦ, καὶ μάχης ἄρξαι περιφανοῦς. δεδιὼς δ' αὖ, μὴ πρὸς 10
 ἀθέρησιν πρῶτος χωρήσας αὐτὸς τῶν ὁμωμοσμένων ἀντιπράτ-
 τοντι προφανῶς ἐντύχη τῷ θεῷ, κἀντεῦθεν ἤτης ἀγώνισμα
 γένηται μέγα καὶ ἡμῶν τῆς ἐξ ἀνθρώπων χλεύης κληροῦχος εὐθὺς,
 B ἐπέσχεν ἕς γε τὸ παρὸν, σιγῶσι λογισμοῖς δαπανῶν τὴν ψυχὴν.
 ἔφθη γὰρ ἐκατέρων μεταξὺ δι' ὄρκων βεβαιωθείσα συμφωνία, 15
 μηδέτερον μηδέτερω ποτὲ γίνεσθαι κώλυμα πρὸς εὐτυχίαν ἦντι-
 ναοῦν ἀπαλλαγείσιν ἀλλήλων, ἀλλ' ἐμμένειν τοῖς ἀσύλοις ὄροις
 αἰετῆς φιλίας, καὶ συγχωρεῖν ταῖς τῶν Βυζαντιῶν ὑπηκόοις πό-
 λεισιν, ὅτω βούλοιντο προσχωρεῖν ὁπώσποτε, νῦν μὲν καθ' ὁμο-
 λογίαν, νῦν δ' ἐκ πολιορκίας ἐκατέρων ἄλλη ἄλλω, ἐμποδῶν 20
 C οὐδενὸς οὐδενὶ καθεστῶτι. ταύτη τοι καὶ διὰ μυχῶν ἔκρυψε σιω-
 πῆς τὸ συμβᾶν οὐ μᾶλα ἐθέλων.
 V. 332 D ε'. Ἐν δὴ τοῦτοις ἦκεν ἐκ Θεσσαλίας καὶ ὁ τοῦ βασιλέως

15. Ita corr. Boiv. pro βεβαιωθείσαι συμφωνίαι.

lum, nullatenus praevisa fuerant, nec humanam in mentem unquam vene-
 rant. Is quippe eventus fuit, ut imperator quidem suavissime ac libere
 tandem res; iraret, illudque sibi rerum secundarum initium ac primum ve-
 luti fundamentum esse duceret: Triballorum autem rex illud factum irasce-
 retur, ac poenitentia tabesceret, quod quem in manibus habuerat per im-
 prudentiam dimisisset, magnorum emolumentorum occasionem futurum sibi,
 sive imperium et pecuniarios reditus augere, sive securitatem sibi in poste-
 rum plenam parare voluisset. (VII.) Bellum igitur volebat cum eo sus-
 cipere, atque aperto Marte eum invadere. Mox veritus, ne, si iuratum
 foedus prior ipse violaret, in numen infestum aperte incurreret, eoque cla-
 dis magnae exemplum fieret, risuque hominum statim exciperetur, continuit
 se in praesens, et tacitis cogitationibus animum consumpsit. Convenerat
 enim inter utrumque pactione iureiurando confirmata, ne unquam alter al-
 teri obstaret, melioris cuiuscunque fortunae causa discedenti ab altero, sed
 ut intra inviolatos amicitiae fines maneretur semper, iisque urbibus, quae
 Byzantinae ditionis essent, liceret ad utrum vellent se adiungere quomodo-
 cunque, sive voluntaria deditione, sive postquam ab alterutro obsessae fuis-
 sent, ita ut alia alii cederet, neutro alteri obstante. Idcirco ille id quod
 acciderat silentio pressit non libens.

6. Interea ex Thessalia advēnit et imperatoris consobrinus Ioannes

προπεξάδελφος, ἱππίας ἐπαγόμενος Θεσσαλῶν τοὺς ἀρίστους, A. C. 1343
 Ἰωάννης ὁ Ἄγγελος, συνησθησόμενός τε τῷ γεγονότι τοῦ εὐτυ-^{Imp. Io. Pa-}
 χήματος καὶ εἴ τις εἴη χρείας ἔφρασις ἐπικουρήσων τὰ κράτιστα. ^{laeol. 2}
 ἀξιόμαχον γὰρ ἤδη καὶ αὐτὸς ἐκτήσατο δύναμιν, ἀπ' οὗ τῷ τοῦ
 5 βυσιλείως ἐπέμφθη δόγματι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ἔτι τῷ
 Κράτῃ συνόντος ἐν ὄροις τῶν Τριβαλλῶν, ὡς ἀνωτέρω πον διε-
 λύβομεν. (B.) Τύχιστα γὰρ ἀπιὼν ἐκέισε πρὸς αὐξὴν ἤγαγε
 τὰ Θεσσαλῶν πράγματα, διεβρώγόντα καὶ κείμενοντα δι' ἀλλήλων
 ταῖς ἀναρχίαις οὐχ ἔτιτον, ἢ τοῖς ἐκ πολλοῦ κατασχοῦσιν αὐτὰ
 10 Κατελάνοισι. εἰς γὰρ τρυφὴν καὶ πότον ἤδη τῶν ἀπογόνων ἐκκυ-
 λισθέντων, μύλα ἀσθενῶς ἔσχε τὰ κατ' αὐτοὺς, ὡς μηδ' ἀντι-
 πάλους ἔτ' εἶναι δύνασθαι, μὴ ὅτι μεγάλαις δυνάμεσιν, ἀλλ' ἔ-
 σθ' οὐδὲ τοῖς παρασπωμένοις ἡρέμα καὶ διεβρόγγυμένοις οἴκοθεν μέ-
 ρισι. (Γ.) Τοιοῦτοις τοίνυν ὁ Ἄγγελος συμβεβηκῶς πράγμασιν, P. 410
 15 ἀνὴρ δεινὸς τὰ πολέμια, τὰ τε πλείστα τῆς Θεσσαλίας οἰκίαν
 ἔσχεν ἀρχὴν καὶ ἅμα παρεξιὼν Αἰτωλοῦς τε ὑπηγάγετο καὶ
 Λοκροῦς τοὺς Ὀζόλας. εἶλε δ' ὁμοῦ καὶ Ἀκαρνανίαν ἔπασαν τοῦ
 χρόνου χωρὸς οὐκ ὄντος, ἑποχείριον πρότερον σχῶν καὶ τὴν ταύτης
 ἡγεμονίδα Ἄνναν, τὴν τοῦ πρὸ ἐτῶν ἤδη συχρῶν τεθνηκότος
 20 κόντου Κεφαλληνίας σύζυγον, ὡς ἀνωτέρω καὶ περὶ τούτου δια-
 λαβόντες εἰρήκειμεν. ἦν ἀνελεῖν εὐθὺς παρῴξνον ἐνοιό· μηδὲ γὰρ B
 ἡρεμήσειν αὐτῆς τὸ φίλαρχον, διὰ μακρῶν ἤδη τῶν χρόνων ἐν τῇ
 ψυχῇ στηριχθέν· ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωποις ἀχρόοις τισὶν ἐμφωλευόν-

Angelus, secum adductis Thessalorum equitibus lectissimis, felicem illum eventum gratulaturus, et si quid auxilii a se exigeretur, acerrime operam navaturus. Iam enim haud contemnendas et ipse vires sibi comparaverat, ex quo in illam provinciam missus iverat iussu imperatoris, apud Cralem adhuc in Triballorum finibus commorantis; ut alicubi supra tradidimus. (II.) Profectus quippe illuc celerrime Thessalorum rebus incrementum attulit, fractis et laborantibus, non minus per ipsos indigenas principe legitimo carentes, quam per Catalanos, qui iam pridem illic dominabantur. In luxum enim ac potandi licentiam lapsis nepotibus, multum debilitatae erant illorum vires, ita ut contendere iam haud possent, non cum viribus magnis solum, sed ne cum iis quidem partibus, quae domi paulatim ab invicem divellebantur atque distrahebantur. (III.) In hunc rerum statum cum incidisset Ioannes Angelus, vir bellicosissimus, maxima Thessaliae parte potestas fuerat: tum idem statim ultra progressus Aetolos Locrosque Ozolas subegerat. Quin et totam quoque Acarnaniam procedente tempore invaserat, comprehensa prius Acarnanum principe Anna, uxore illius Cephalae comitis, qui multis iam ante annis interierat; ut supra diximus, de ea ipsa re disserentes. Quam quidem foeminam ut statim occideret, nonnulli instigabant: nec enim quieturam esse illam imperandi libidinem, quae tanto iam tempore infixam animo illius: sed quemadmodum ignis in pa-

- A. M. 6851 *τες ἀγνοοῦνται λάθρα τὴν ὕλην ἐσθίοντες, μέχρις ἂν εἰς ὕψος*
 Ind. 11 *ἀναδρόπιώσῃ τὸ μεμηγὸς τῆς φλογός· οὕτω δὲ καὶ αὐτὴν ἐφε-*
δρεύουσιν ἐς αἰὲ ταῖς τῆς ἔξουσίας ἐλπίσι, μέχρις ἂν συνεξετα-
ζομένη τοῖς ζώσιν ἕτερον ὁρᾷ περιζωσμένον τὰ σκῆπτρα τῆς Ἀρ-
 C *χῆς. αὐτὸς δὲ τούτων ἀπάντων τὸ τῆς συγγενείας προτιμήσας 5*
ἀνομοθέτητον δίκαιον τοῦ μὲν ἀναιροῦντος ἐφείσατο ξίφους·
ἐν ἀδέσμῳ δ' οὖν προσέταξε τηρεῖσθαι ταύτην φρουρᾷ· ἵνα
μὴ παραπλήσιον αὐθίς τι δράσῃ, καθάπερ ὅτε πρὸς Ἀνδρονί-
κου τοῦ βασιλέως ἐν Θεσσαλονικῇ μετενεχθεῖσα χρόνῳ ὕστερον
ᾤχετο λάθρα φυγοῦσα εἰς τὴν τῶν Ἀκαρνανῶν αὐθίς ἀρχήν. 10
 D *ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἐξῆς διαρκέστερον ἀφηγησόμεθα. νῦν δ'*
ἐκέισε ἐπάνειμι.
- V. 333 *ζ. Ἀναλαβὼν γὰρ ὁ βασιλεὺς τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις, καὶ*
 E *ἕμα τοὺς ἐκ Βεῤῥόλιας ἑστρατολογημένους, ἦει πρὸς τὰς τῶν*
Θεσσαλονικέων ἐπαγγελίας. κρύφα γὰρ ἐκεῖθεν ἔνιοι τούτῳ διε-
μηγύσαντο, εἰ θᾶπτον ἢ τῶν οὕτω βεβουλευμένων αἰσθῆσθαι
τὸν δῆμον ἴοι ἐπὶ τὰ τεῖχη, ῥαδίαν εὐρεῖν δι' αὐτῶν τὴν ἐς
τὴν πόλιν παράοδον. ἰὼν γε μὴν ἔγνω τὴν ἐπιβουλήν ῥυεῖσαν ἐς
 F *τὰς τοῦ δῆμου φατρίας καὶ πρὸς θυμοδὸς ὀπλομάχους ἀναφλέ-*
ξισαν ἅπαντας κατὰ τε τῶν ἐπιβούλων καὶ αὐτοῦ. διὸ δὲ καὶ 20
ἀπρακτούσας ἀνεληφώς τὰς ἐντεῦθεν ἐλπίδας ἐπὶ Βεῤῥόϊαν εὐ-
 P. 411 *θὺς ἀναχωρεῖν ἐποιεῖτο διὰ σπουδῆς. (B.) Ἐπὶ τούτοις γὰρ*
καὶ ὁ Βυζάντιος κατέπλευσε στόλος ἐς τὸ τῶν Θεσσαλονικέων
ἐπίγειον, ναύαρχον ἔχων Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον καὶ ναυτικὴν

leis abstrusus ignoratur et fomitem latenter exedit, donec furentem flammam sursum ventilet; ita et ipsam in spem dominandi semper intentam fore, quamdiu vivis annumerata alterum duo sceptro ornatum adspectura esset. At ille cognationis ius, quod non lege sed natura nititur, prius hisce omnibus habens, gladium ab eius caede abstinuit, ac ipsam in custodia vinculis liberam servari iussit; ne quid tale iterum committeret, quale iam antea, cum ab Andronico imperatore Thessalonicam translata clam aliquanto post in provinciam suam Acarnaniam rursus aufugit. Sed haec quidem fusius infra exponemus. Nunc vero illuc redeo.

7. Imperator, cum et suas copias et conscriptos Berrhoeae milites cogisset, contulit se Thessalonicam, iis promissis inductus, quae sibi inde afferebantur. Clam enim illinc quidam isti significaverant, si antequam populus ea quae meditati essent persensisset, ad muros ipse progredetur, facilem eorum opera futurum illi in urbem ingressum. At hic cum venisset, accepit manasse ad plebeias factiones huius coniurationis auram, et omnium animos pugnaci quodam furore inflammavisse, tum in coniuratos, tum in Cantacuzenum ipsum. Quamobrem, spe illinc quoque irrita, Berrhoeam diligentissime regressus est. (II.) Statim enim ab his appulit et Byzantina classis ad Thessalonicensem portum, praefectam habens Alexium Apo-

δένταιν μάλα πολλήν. ἦσαν γὰρ Ῥωμαϊκαὶ μὲν νῆες πλείους ἢ A. C. 1343
 πενήκοντα· Περσικαὶ δὲ, κατὰ συμμαχίαν ἐπόμειναι, δύο καὶ Imp. lo. Pa-
 ἑκοσι. τὰ γοῦν κατὰ Θεσσαλονίκην πράγματα διαθέμενος αὐθι- laeol. 2
 μερον ὁ Ἀπόκανκος ὡς ἐβούλετο, καὶ ἅμα καθοπλίσις καὶ παρα-
 5 σκευασάμενος ἐς τὴν ἑσπεράϊαν ἦν τε εὗρεν ἐν Θεσσαλονίκη δὺ-
 νάμιεν στρατιωτικὴν καὶ ἦν ἐπαγόμενος ἤκεν αὐτὸς ὁμόφυλόν τε
 καὶ ἄλλοφυλόν ναυτικὴν, τὴν διὰ γῆς ἐπὶ Βεῤῥόϊαν ἐπιταχόνειν
 ἐνεθυμήθη πορείαν, εἴ πως δυναθείη καταλαβεῖν περὶ τὴν τοῦ
 μεταξὺ Βεῤῥόϊας καὶ Θεσσαλονίκης ῥέοντος ποταμοῦ διάβασιν
 10 τὸν τοῦ βασιλέως στρατόν. ἐνταῦθα γὰρ ἀνύσειν ὤετο μάλιστα
 τὸ μῆκος ἀγώνισμα καὶ τρόπαιον ἔνοπλον, κατακερματισθέντων ἴσως
 τῶν πολεμίων, καὶ τῶν μὲν διαβάντων ἤδη, τῶν δ' ἔτι διαβαί-
 15 νόντων, τῶν δὲ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς διαβάσεως ἐστηκότων.
 (Γ.) Τῷ γε μὴν βασιλεῖ κατεσπουδασμένην ποιουμένῳ τὴν ἀνα-
 κώρησιν οὐδὲ τὴν πρόσω πορείαν ἄμοχθόν τε καὶ ἀταλαίπωρον
 εὐρεῖν ἔξιγένετο. τοῦ γὰρ τοι ποταμοῦ ἤκισθ' ὅποι βουλομένοις
 εἴη τοῖς αἰε διαβαίνειν ἐθελουσι προσηγὲς πανταχῇ καὶ βάσιμον
 παρεχόμενον τὸ ρεῖθρον, ἀλλ' ἐν βραχέσι τόποις, καὶ τούτοις
 οὐκ ἐς προὔπτον κειμένοις ἔτω ἢ εἴη βουλομένῳ παντὶ διαβαί-
 20 νειν, ἀλλ' ἀγνώστοις ὡς τὰ πολλὰ καὶ πολλὴν ἐπικρουσιν ἔχου-
 σιν, οὐ μόνον ἐν χειμῶνός τε καὶ ἤρος ὥραις, ὀπηνίκα σαυιλέ-
 στερον ἔχει τὸ κράτος τῆς τῶν ὑδάτων φύσις, βαπτίζουσά τε καὶ
 κατακλύζουσα τὰ εἰθισμένα μέρη τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ θέρει τε καὶ
 25 φθινοπώρῳ, ἐνέδραν ἐποιήσαντο παρὰ τὰς ἐπὶ θάτερα τοῦ πο-
 ταμοῦ διασχίσιαι που τὸν ἀριθμὸν ὀπλίται τῶν Τριβαλλῶν, ἔνθα

caucum, et navales copias longe maximas. Erant quippe Romanae quidem
 naves plures quam quinquaginta; auxiliares autem ex Perside duae et vi-
 ginti. Rebus igitur Thessalonicensium eo ipso die prout libuit ordinatis,
 postera die Apocaucus, cum et eas quae Thessalonicae invenerat copias,
 et illas quas classe secum adduxerat tam domesticas quam externas, arma-
 set et instruxisset, Berrhoeam terrestri itinere quam celerrime proficisci
 secum constituit, si forte imperatoris exercitum assequi posset in transitu
 eius fluvii, qui Berrhoeam inter ac Thessalonicam fluit. Illic enim maximo
 putabat partem iri sibi audaciae praemium ac tropaeum militare, hostibus
 forte manipulatim dispersis: et his quidem iam traiectis; illis vero adhuc
 traicientibus; aliis denique propter ripas transeundi causa stantibus. (III.)
 Nec vero imperator cum sese inde proriperet, vacuum labore atque diffi-
 cultate iter invenire potuit. Nam cum flumen haud semper nec quacun-
 que transire volentibus facilem ac pervium se exhibeat, sed angustus in locis,
 iisque non cuilibet traicere cupienti obvius, sed ignotis plerisque et ab-
 ditissimis; non solum hieme ac vere, quo tempore maior exuberat aquarum
 vis, easdem solita proluere et inundare terrarum partes; sed et aestate
 autumnoque: in altera fluvii ripa duo circiter millia Triballorum insidias

- A. M. 6851 *μάλιστα δαύβαινειν επίδοξος ἦν ὁ βασιλεὺς κατὰ τὴν ἐπάνοδον*
 Ind. 11 *ἰμοῦ τῷ στρατῷ, ὡς ἂν ἐξαίφνης ἀγνοοῦσι περὶ τὴν διάβασιν*
ἐπεισπεσόντες περιβόητον στήσῳσι τρόπαιον ἐν βραχεῖ. τούτους
γε μὴν οἱ πρόδρομοι τῶν στρατιωτῶν τοῦ βασιλέως πόρρω-
θεν θεασάμενοι αὐτοὶ τε ἀπεγνώκεσαν καὶ μακρὰν τὴν δειλίαν⁵
- V. 334 *ταῖς βασιλικαῖς δυνάμεσιν ἐμβεβλήκεσαν. (Δ.) Καὶ τάχ' ἂν ἐν*
Ἐλείνῳ τῆς ὥρας ἐφθείροντο, μετὰ δὲ δυοῖν στρατῶν πολεμίων ὡς
ἐν δικτύῳ συνελθιμένοι, καὶ ἕνα τοῦ ποταμοῦ τὴν στρατοπε-
δεῖαν καὶ τὴν ὑφειλομένην παρὰ ταξιν κωλύοντος, εἰ μὴ θεὸς ἐκ
τοῦ σχεδὸν ἀπροσδόκητον ἐχαρίσατο τὴν ἐπίκουρον χεῖρα· ὅς τὰ το
μὲν προσδοκώμενα πολλάκις ἔπρακτα τίθησι, τοῖς δὲ μηδαμῇ
προσδοκηθεῖσι δεξιὰν χαρίζεται τὴν λῆξιν. Ἀπόκαυκος μὲν γὰρ
δειλὰ μακρῆ τὴν ὁρμὴν ἀνεχαίτισεν ἑαυτοῦ· ἀνὴρ δὲ τις τῶν
- P. 412 *ἐγγχωρίων, ἄρτι τὴν Τριβαλλῶν διαδρὰς προνομήν, ἤκεν αὐτό-*
μολος τηρικαῦτα τῷ βασιλεῖ, δέδεικεν ἐπαγγελλόμενος ἕτεραν τῆς¹⁵
ἐγνωσμένης διάβασιν, εἰ δαυψιλεστέρους τοὺς μισθοὺς ἀπολάβοι.
ἐπὶ δὲ τοιούτοις τῷ βασιλεῖ τῆς διαβάσεως γενομένης, ἐκπλα-
γέντες ἐκείθεν οἱ Τριβαλλοὶ τὸ τοῦ πράγματος παράδοξον ὄχοντο
τὴν ταχίστην ἀνὰ τὴν χώραν ἄλλος ἄλλοθι διασκεδασθέντες.
- B ἦ. Οὕτω δὲ κακῶν ἀπαθῆ πρὸς Βέρροϊαν διασεῶσθαι τὸν²⁰
βασιλέα Ἀπόκαυκος ἀκηκῶς ἰμοῦ τῷ στρατῷ οὐκ ἐνέβαλεν (ὡς
ἔφημεν) εὐθὺς εἰς τὴν πολεμίαν, ἀλλ' ὑφῆκε τῆς ὁρμῆς. ἐκ γὰρ
τοῦ φανεροῦ πολεμεῖν καὶ συστάδην ποιεῖσθαι τὰς μάχας πρὸς

17. ἐπὶ δὲ corr. Boiv. pro ἐπειδῆ.

ei fecere, qua maxime parte eum cum exercitu redeuntem traiecurum putabant; ut repente in ipsum nec opinantem circa transitum impetu facto, tropaeum illustre brevi constituerent. Hos vero imperatoriorum militum praecursores conspicati procul et ipsi animum desponderant, et pavoris multum exercitui iniecerant. (IV.) Ac fortassis illa ipsa hora profligati fuissent, inter hostiles duos exercitus quasi intra retia comprehensi, flumine ipso obstante, quo minus aut castrametarentur, aut aciem rite instruerent; nisi Deus repente et ex improvise manu illis commodasset adiutricem: Deus inquam, qui et saepe infecta reddit ea, quorum maxima erat expectatio, et iis, quae minime praevisa fuerant, secundos exitus largitur. Nam Apocaucus quidem timiditate summa suum ipse impetum repressit. Vir autem quidam ex illius loci incolis Triballorum praedationibus nuper elapsus ultro tum ad imperatorem transiit, promissaque, indicaturum se ei aliam ab ea quae nota erat per flumen viam, si sibi merces daretur paulo pinguior. His conditionibus transmissio imperatoris exercitu, percussus rei miraculo Triballi inde abeunt celerrime, alii alio per eam regionem dispersi.

8. Ubi Apocaucus illaesum imperatorem Berrhoeam usque evasisse cum exercitu accepit, non statim, ut diximus, irrupit in hosticum, sed impetum remisit. Aperto enim Marte pugnare et comminus cum bellicoso

μάχμον στρατὸν οὐ μάλᾳ ἐθάξῃει, πλήθος μὲν ἔχων μυρίον αὐ- A. C. 1343
 τός, ἀπὸ κώπης δ' ἐς γῆν ὄψῃ μετενηνεγμένον τὸ πλείστον. ὄθεν Imp. Io. Pa-
 ἀπεισतालῶς πρὸς τὸν Κρούλῃν πρῆσβείαν, ἠρεθισμένον ἤδη καὶ laeol. 2
 αὐτὸν (ὡς δεδήλωται) κατὰ βασιλέως, ἐκάθητο μὲν περιμενών C
 5 συμμαχικὸν ἐκείθεν στρατὸν· ἀπέφραττε δὲ καὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ
 στόμα, τριήρεις ἐφιστὰς κατὰ θάλατταν, ὅποι κατιῶν ἀποπτύει
 τὸ ρεῖθρον ἐκείνος, μή που λαθῶν ὁ βασιλεὺς ἀκάτιον ἐκπεμψη
 πρὸς τὸν σατράπην Ἀμοῦρο, συμμαχίαν αὐτῶν. ἔπειτα πέμψας
 ἱρώτα τὸν βασιλέα, ὅ,τι βούλοιο δρῆν περὶ ἑαυτοῦ, συγκεκλει-
 10 σμένους τε οὕτωσι πανταχόθεν καὶ μέλλων ἐς τὴν ὕστεραίαν πο- D
 λιορκῆσθαι. (B.) 'C δ' ἀπεκρίνατο, σύνηθες οὐκ εἶναι πρὸς
 πολεμίους πολεμίους ἐξαγγέλλειν στρατηγικὰ μυστήρια. ὁμως ἐπει-
 δήπερ σοι ἐξ ἁλῶν εἰς τὸ στρατήγιον ἀναξίως πᾶν σαυτοῦ παρε-
 ληλυθῆτι στρατιωτικῆς ἐμπειρίας ὡς πορρωτάτω βαδίζειν ἐπε-
 15 ται, μῦθον ἐμῷ σοι οὐκ ἄμουσον ἔγωγε πρῶτον· ἔπειτα καὶ περὶ
 ὧν ἤρου με τάληθῃ σοι οὐκ ἀποκρύψομαι, ἵνα σαφέστερον εἰ-
 δείης αὐτὸς, ὅσω περιφρονητικῶς ἔσχον ἐγὼ περὶ τὸν ὄγκον τῆς V. 335
 σῆς ὑπερηφανίας, καὶ ὅπως σοι μὲν τὸ σὸν καταλείπειν ἴδιον P. 413
 ἐθέλω κῆνταῦθα, ἐμοὶ δὲ τοῦμόν. ἴδιον δὲ σοὶ μὲν ἄει τὸ χαλ-
 20 ρεῖν τοῖς ψεύδεσιν· ἐμοὶ δὲ τῇ φύσει τῆς ἀληθείας. Ἀνὴρ τις
 τῶν αἰθερίων ὀρνίθων ἑνός ποτε γενόμενος ἐγκρατῆς ἤρετο αὐτὸν,
 ἐνὶ οἷς ἔστι λογισμοῖς. ὁ δ' ἀπεκρίνατο· οὐ τὰ ἐμά σε χρεῶν, ὡ
 ἄνθρωπε, διερευνᾶν ὅπως ἔχει, ἀλλ' ὅπως ἔξει τὰ σά. εἴ τιγὰρ ἐγὼ

22. ἐνὶ οἷς corr. Boiv. pro ἐνίοις.

milite praelium conserere non admodum audebat: multitudinem quidem ille secum infinitam habens, sed quae ab remis maxima ex parte aëro in terram translata fuerat. Missa itaque ad Cralem legatione, qui et ipse iam, ut dictum est, imperatori iratus erat, auxiliares illinc copias quietus expectabat. Verum et fluvii ostia munierat triremibus a mari obiectis, qua parte decurrens amnis aquas in mare evomit; ne forte imperator, cymba ad satrapam Amurium furtim missa, auxilium ab eo peteret. Deinde ad imperatorem misit qui interrogarent, quidnam ipse de se statueret, ita ex omni parte circumventus et postridie obsidionem passurus. (II.) At ille, „non solent”, ait, „hostes hostibus belli vulgare mysteria. Quia tamen a salibus ad summum belli munus homo indignissimus evectus es, eoque fit ut ab experientia militari quam longissime absis, fabulam tibi non illepidam narrabo primum: deinde et ad interrogata tua non dissimulata veritate respondebo, quo clarius ipse intelligas, quam despectus mihi fuerit superbiae tuae fastus, et quomodo velim in eo quoque tuum quidem tibi morem relinquere, meum autem mihi. Est autem mos tuus, ut mendaciao gaudeas; meus, ut veritate. Homo quidam, cum aliquando avem cepisset, sciencibatur ex ea, quaeenam essent eius cogitationes. At illa, non, inquit, necesse est tibi, o homo, explorare meae res quomodo se habeant, sed quomodo se habiturae sint tuae. Nam si divinandi facultate polleo, dicam tibi de me

A. M. 6851

Ind. 11

Βλιστα. τοῖς μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οἰωνοσκοποῖς τέχνην ἀθρο-
 ζειν ἐξ ὀρνίθων ἐπὶ τὸ ἐσόμενον συμβαίνει πολλάκις διὰ τε κα-
 θέδρας αὐτῶν καὶ πτήσεως καὶ κλαγγῆς, οὐκ ἐπίπαν εἰπεῖν
 ἐς τὰσφαλές πανταχοῦ τῆς τούτων διανοίας ἀπὸ στοχασμοῦ δια-
 σῶζειν ἐξικνουμένης τὴν κρίνουσαν ψῆφον. ἐγὼ δ' ὄρνις ὢν οὐκ
 ἀπὸ καθέδρας καὶ πτήσεως καὶ κλαγγῆς ἀνάρθρου τὸ μέλλον
 ἀναγινώσκειν σοι δώσω, πρὸς ἀνάγκας ἀδήλους τε καὶ μὴ πάνυ
Κσαφεῖς συνωθῶν σε, ἀλλὰ φωνήεντα χεῖλη καὶ λόγων ἔναρθρον
 δύναμιν. ἄκουε γοῦν. εἰ μὲν ἀπολύσαι με προθυμηθείης, ὁ παῖς 10
 σοι τεθνήξεται· εἰ δὲ κρατεῖν ἐθέλοις, οὐκ ἂν φθάνοις τεθνη-
 κῦϊαν θρηνῶν τὴν γυναῖκα. ἐπλήγη τὴν ἀκοὴν ὁ ἀνὴρ· καὶ διη-
 πόρει καθ' ἑαυτὸν, μεγίστην ἐκατέρωθεν ὄρων τὴν ἐμβροίθειαν
 τοῦ παρ' ἐλίδα δεινοῦ. ὁμως ἐν ἐκλογῇ δυοῖν γενόμενος ἀφύκτων
 κακῶν τὸ κουφότερον ὁ ταλαιπῶρος εἴλετο, καὶ λύσειν τῷ ἕρ- 15
Δνιδι παρασχὼν εὐθύς ἐθρήνει τὸν παῖδα κείμενον. τοῦ μύθου
 τοίνυν οὕτως ἔχοντος, ἄκουε καὶ δι' ὃν ὁ μῦθος εἴρηται λόγον.
 Ἐπεὶ τῶν στρατιωτικῶν ἐν πείρᾳ γεγένημαι πάσαις πραγμάτων,
 ὡς γε καὶ αὐτὸς οἶσθα, οἶδα καὶ ὄσσην τὴν ἡμερησίον αὐτὸς αἰεὶ
 διαπάνην ποιῆ τῶν χρημάτων περὶ τε τὴν ἐπομένην σοι ναυτικῆν 20
 δύναμιν περὶ τε τὰς πεζικὰς φάλαγγας, καὶ ἐπὶ τούτοις ὅσα τε
Εἀναλλίσκεις καὶ ὅσα ἐς αἰεὶ ἀναλώσεις, συγγὰ περὶ συμμαχίας
 πρεσβευόμενος πρὸς τὸν ἡγεμόνα τῶν Τριβαλλῶν· καὶ μὴ πρὸς
 γε μόνον ἐκείνον ἔχων τοῦ χρέους τὸ βέλαιον δαψιλεστέραν πέμπειν
 τὴν δεξιάν, μὴ δὲ πρὸς γε δήπου μετ' ἐκείνον τὴν ἡγεμονίδα 25

ipsa quidem minime; de te autem verissime. At ex hominibus ii, qui au-
 gures sunt, futurorum scientiam ex avibus saepe colligunt; ex illarum sci-
 licet sede, volatu, atque clangore, ita tamen, ut veritatem coniectura omni-
 no et ubique certa assequi mens eorum haud possit. Ego vero, avis quae
 sum, non tibi ex sede, aut confuso clangore, ea quae futura sunt dabo
 cognoscenda, obscurae et incertae necessitatis legibus te implicans, sed
 vocale os et distinctam articulis orationem adhibebo. Audi igitur. Si me
 dimiseris, tuus morietur filius; sin retinueris, mortuam uxorem statim lu-
 gebis. His homo auditis percussus est; et secum anceps deliberabat, gra-
 vissimam videns utrinque calamitatem praeter spem sibi impendere. Tamen
 cum ex duobus inevitabilibus malis alterum ipsi esset eligendum, illud mi-
 ser elegit, quod erat levius, ac dimissa avi, iacentem subito filium luxit.
 Ac fabula quidem ita se habet. Accipe iam, quorsum fabulae sententia per-
 tineat. Quia rei militaris usum habeo iampridem, ut ipse scis; non ignoro,
 quantos ipse diurnos sumptus facias, tum in copias navales, quae te se-
 quuntur, tum in pedestres legiones: ac praeterea, quantum impendas ac
 semper impensurus sis pecuniae in illis legationibus, quas petendi auxilii
 causa ad Triballorum principem frequentes mittis; coactus non solum mu-
 nera illi pinguiora mittere, atque ipsi deinde reginae eius uxori: sed prae-

οὐζογον, ἀλλ' ἐπὶ τούτοις θωπεύειν ζητεῖν καὶ χρήμασι περιέ- A. C. 1343
 χασθαι τοῖς ἐκάστῳ προσήκουσι τῶν τοῖς ἡγεμόσι παραδυνα- Imp. Io. Pa-
 σιενόντων Τριβαλλῶν· ἃ πάντα σε τὴν ταχίστην ἀπειρηκέναι F laeol. 2
 βιάσονται καὶ μῦλα τοι προθυμούμενον. Τὰ δ' ἐμὰ στρατόπεδα,
 ἢ τε περὶ ἐμὲ διηγεῖς δύναμις καὶ Θετταλία μικροῦ πᾶσι.
 ἀκούειν δ' οἶμαι σε τὴν Θετταλικὴν ἵππον ἤλικη, καὶ ὄσση ἔχει
 τὴν ἐμπειρίαν ὁ στρατὸς ἐκεῖνος πρὸς τὰ πολέμια, καὶ ὅπως μα-
 κρῶν καὶ ποικίλων πολέμων εἶσιν ἀθληταί. ταῦτα δ' οἴκοι κα-
 θῆσθαι προσετέταχεν ἐγὼ μέχρι καὶ ἐς τὸν τῆς χρείας καιρὸν, P. 414
 10 ἵνα δυοῖν οὐδέτερον τῶν οὐ συμφερόντων ὀρῶτο γινόμενον· μήτε
 γὰρ ἐν ἀλλοτρίᾳ τὴν δίαιταν ἀπρακτον τρίβοντας ἐνεῖναι δαπανᾶν
 ἑαυτοὺς ἐν οὐ καιρῷ, μήτε τοὺς ἡμετέρους δηοῦν ἀγροὺς καὶ
 τὰς ἀμπέλους ἐν ἀκμῇ τοῦ καρποῦ καθεστηκυίας ἀρπάζοντας δια-
 σφθίρειν· οἷα φιλεῖ τοῖς στρατοπέδοις συμβαίνειν ὡς τὰ πολλὰ
 15 διὰ τὴν δημοτικὴν ἀναρχίαν. ἣ γὰρ τῶν τοιοῦτων φθορὰ τοῖς
 μὲν ἔχουσι ζημίαν παρέχει καὶ βλάβηται τὰ μέγιστα· τοῖς δ' ἀρ- B
 πάζουσι μικρὰ πολλάκις ἢ οὐδὲν ὠνήσεν, ἀλλ' ὡς ἔπος εἰπεῖν,

Χεῖλα μὲν τ' ἰδίην, ὑπερώην δ' οὐκ ἰδίηνε.

ταῦτ' οὖν ἐμοὶ μὲν, στρατιωτικαῖς ἐμπειρίαις συντεθραμμένῳ,
 20 προειδέναι ἔπεισι· σοὶ δ' οὐ. Διὸ σοὶ μὲν ἐν τοῖς παρέργοις τὴν V. 336
 ὄλην ἰσχὸν περιγίνεται δαπανῶντι τελευτᾶν εἰς ἀμχανίαν, καὶ

2. τοὺς ἐκάστῳ προσήκοντας τῶν τοῖς ἡγεμόσι παρ. conl. Boiv.
 aut aliquid excidisse putat. Ego ad Τριβαλλῶν subintelligo τινάς.
 3. ἃ πάντα σε cod. Vat., ἅπαντά σε apogr. Par. 16. τοῖς δ'
 ἀρπάζουσι pro τοῖς δ' ἀρπάζοντας, ut annot. Boiv.

terea ambitiose adulari, ac pecuniis circumvenire singulos quosque neces-
 sarios et clientes eorum optimatum, qui plurimum possunt apud principes
 Triballorum. Quae omnia te, quamvis promptissimum, cedere ac desistere
 incepto protinus cogent. Exercitus autem mei sunt, primum eae vires, quae
 me perpetuo comitantur, tum etiam tota fere Thessalia. Atqui audiisse te
 opinor, quantus Thessalorum equitatus, quantumque ille in re militari ha-
 beat experientiae, et quomodo sit longis ac multiplicibus bellis exercitatus.
 Eas ego copias domi sedere, quoad necessitas urgeret, imperaveram; ne
 ex duobus, quorum neutrum expediebat, alterum existeret: neque enim par
 esse externo in solo versantes propriis sumptibus victitare, alieno tempore;
 neque ab illis agros nostros vastari, ac deleri vites maturo iam fructu di-
 reptas; ut fieri ab exercitibus solet, populari plerumque licentia. Earum
 quippe rerum direptio dominis quidem damno est ac plurimum nocet: diri-
 pientibus autem parum aut nihil affert utilitatis; immo, ut ita dicam,

Labra rigat: medio sed non rigat ore palatum.

Haec sunt, quae mihi militaris disciplinae alumno praevidere est: tibi au-
 tem minime. Cum igitur totas vires in ea impendas, quae ex re minime
 sunt, reliquam eat, ut in summas tandem angustias adducare, et pecuniarum

A. M. 6851 τὴν τῶν χρημάτων ἀπειρίαν κενοῦν εἰς πράξεις κακοπραγούσας,
 Ind. 11 C δι' ἀπειρίαν τοῦ στρατηγεῖν· ἔμοι δ' ἐμπειρίας συντετραμιμένῳ
 στρατηγικαῖς τὴν τῶν χρημάτων ἔνδειαν πράξεων εὐπορίαν ποιεῖ-
 σθαι χρηστῶν καὶ πλοῦτον κατορθωμάτων τὸ τέλος ἐνδείκνυσθαι.
 τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ἔψεται δὴ σοι λοιπὸν τὸ τοῦ μύθου. 5
 εἰ μὲν γὰρ ἀπιδῶν πρὸς τὸ τῆς δαπάνης πολύχουν μὲν, ἀνόνητον
 δὲ, καὶ ἅμα πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἐκ τῶν πολέμων κινδύνους, πα-
 D λινδρομεῖν τὴν ταχίστην ἐθελήσεως ἐς Βυζάντιον οἴκαδε, συμ-
 ψήφῳ δι' ἀπόγνωσιν τῆ ἀνάγκη χρησάμενος, μακρὸν μὲν ὄφλη-
 σεις τὸν γέλωτα· αἰσχρὸν γὰρ φασὶν Ὀμηρίδαι,

10

δηρὸν τε μένειν κενεὸν τε νέεσθαι.

καὶ πρὸς γε ζημιώσῃ τὰς πόλεις, ὡς ἐπιὼν αὐτὸς ἀπονητὶ κα-
 θέξῃεν ἐλπίζω. εἰ δὲ τὸ μὴ τοιούτοις περιπεπτωκέαι κινδύνους
 ὁμοῦ καὶ ὀνειδεσι φυλαττόμενος παραμένειν ἔτι φιλονεικοῖτης, οὐκ
 E ἂν φθάνοις μετὰ τοῦ γέλωτα ὄφλειν μακρὸν καὶ τὴν κεφαλὴν 15
 ἀφαιρούμενος, καὶ βιαίως οὕτως ἀποβῆγγὺς τὴν ψυχὴν, ἐπει-
 δὴν κυκλωθεῖσα ἡ πόλις, τὸ σὸν νῦν ὀρηγήτριον, ἐκ τε γῆς καὶ
 θαλάττης μετὰ πολλῶν ἐπιόντος ἐμοῦ τῶν δυνάμεων, ἐπὶ τὸν
 αἴτιον τρέψῃται σε τὴν ὀργήν. Μεταπέμφομαι γὰρ οὐ Θετταλι-
 κὴν μόνον ἵππον, καὶ ὅσα ἐκεῖθεν στρατόπεδα, ἀλλὰ σοῦ γε 20
 F εἵνεκα καὶ Περσικὰς ἐξ Ἀσίας δυνάμεις. σὺ γὰρ ἤδη τοῦτ' ἐπε-
 πράξεις πρῶτος, καδ' ὁμοφύλων δι' ἐμὲ Περσικὴν ἐλάσας δύ-
 ναμιν. τὸ δ' ἐκ τῶν ὁμοίων τὸν ἀδικήσαντ' ἀμύνεσθαι, εἰ μὲν

infinitem exhaustas in res male cessuras, propter tuam in re militari im-
 peritiam. Mihi vero, in quo imperandi usus cum aetate adolevit, pecu-
 niarum penuria in rerum bene gerendarum opportunitatem cessura est, ac
 prospera me successibus tandem ditabit. Quae cum ita sint, consequetur
 profecto illud, quod in fabula est. Si enim ad sumptus profusos, at minime
 utiles, simulque ad impendentia ex bellis pericula respexeris, eoque By-
 zantium reverti quam celerrime volueris, auctorem prae desperatione se-
 quitur necessitatem, maximus erit de te risus: turpe enim esse Homeridae
 dictitant,

mansisse diu vacuumque reverti.

Ac praeterea urbes amissurus es, quas ego obeundo nullo ut spero labore
 capturus sum. Si vero, dum caves ne in illa pericula simul ac probra in-
 cidas, pertinaciter adhuc manseris; non poteris facere, quin praeter risum
 de te multum capite etiam plectaris animamque ita violento fato effun-
 das; tum videlicet cum urbs, tuum nunc perfugium, undique circumsessas,
 urgente me magnis cum copiis terra ac mari, in te, qui malorum auctor
 fueris, iram omnem vertet. Arcessam nempe non Thessalicum modo equi-
 tatum, et quidquid illinc copiarum est; sed tui quidem causa et Persicas
 ex Asia vires. Iam enim tu commisisti id primus, qui Persicam manum
 mei causa in cives immisisti. Iniuriam autem simili facto ulcisci, culpa

ἀνεγκλήτων εἶναι κρίνοις αὐτὸς, ἄθῳος ἐγὼ, καὶ πρὸς αὐτῶν A. C. 1343
Imp. Io. Pa-
laeol. 2
τὴν μαρτυρίαν τοῦ συγκεχωρηκότος λαμβάνω τῶν βασικαιόντων.
ἢ δ' εἰς ἐγκλήματος λόγον ἀνάγεις τοῦμὸν πρῶγμα, ὥρα σοι λο-
γίεσθαι, πηλλίκων καὶ ὄσων τῶν ἐγκλημάτων ὑπεύθυνον σὺ σαυ-
5 τὸν ἐπεπράχεις ἐθελοντῆς, κατὰ τε μηδὲν ἀδικοῦντος ὄπλα το- P. 415
σαῦτα κινῶν ἀσεβῶν ἀναμιξ καὶ ὁμοφύλων, καὶ πάντων ἀφειδῶν
χρημάτων, καὶ πᾶσαν Ῥωμαίων γῆν διαφθείρων, καὶ νεῶς κα-
θαιρῶν, καὶ μiasμάτων ἐπιπλάς ἱερὰ, καὶ πολυτρόπως τοῖς
θεοῖς ἐμπαροινῶν, καὶ πάσης πολιῶν εὐγενείας ἐκ μέσου ποιῶν,
10 καὶ πάντα φύρδην ἄνω καὶ κάτω κυκῶν καὶ διαστρέφων· ἵνα τί
γένηται; ἵνα σὺ μόνναρχος καταστής, μελλοσιν ἢ κατὰ σέ καὶ τὴν
τύχην τὴν σὴν ἐπιβάλλων πράγμασι. τῆς ἀπονοίας· ὥσπερ ἂν εἰ B
μηδεὶς τῶν γινομένων ἐπόπτης δίκαιος ἦν, καὶ πάντα διοικῶν
πρὸς τὸ βέλτιον, ἀλλ' ἀκυβέρνητον εἶχε τὸ πῦν καὶ πλημμυελῆ
15 τὴν φορᾶν. Καὶ ταῦτ' οὐδὲ πρὸς τὰς ἐμὰς φυχὰς καὶ τύχας
ἀπιδῶν συνέσεως ὄτιοῦν εἰς δυσώπησιν ἐδυνήθης λαβεῖν, ὅπως
τοὺς μὲν φίλους, καὶ πολλὰς ὀφειλοντας ἔμοιγε χάριτας, ὡς
πολεμίους, ἐξώπλισε κατ' ἐμοῦ τὸ μανιῶδες τῆς γνώμης· τοὺς
δ' ἐχθροὺς καὶ δυσμενεῖς, ὅφ' ὦν μοι προσῆκε πύσχειν μᾶλλον C
20 κακῶς, φίλους αἱ τῆς δίκης πλάστιγγες ἔδειξαν ἀκριβεῖς· καὶ ὃν
ὁ ὑμέτερος κλύδων εἰς πυθμένας κατήνεγκε συμφορῶν, ὑπέρτερον
παραδόξως ὑμῶν ἐπεπράχει θεός. καὶ νῦν, ὡς ὀρθῆς, ἐμοὶ μὲν
ἐξουρίας ἀπαντὰ γε χωρεῖ, καὶ χωρήσει ζύν γε θεῷ. σὺ δ' ὄλους

vicare ipse si iudicas, innocens certe ego, et concessae veniae testimonium accipio ab ipsis obtrectatoribus. Quod si factum illud meum in crimen adducas, iam tibi cogitandum est, quot et quantis criminibus te obnoxium ultro feceris, cum tot in me innocentem infidellum promiscue ac civium arma movisti, cum nulli sumptui pepercisti, cum totam Romanorum ditio-
nem vastavisti, templa evertisti, sacra omni scelere violasti, cum in di-
vina multifariam et petulantissime bacchatus es, cum omnis nobilitatis ven-
nerandam canitiem de medio sustulisti, cum omnia nullo discrimine sursum
deorsum miscuisti atque invertisti; quo consilio? nimirum ut tu solus
rerum potirere, maiora te ac tua conditione affectans. Proh dementia! quasi nullus foret arbiter iustus, a quo adspiceretur quodcumque sit, a quo
omnia quam optime administrarentur; sed universa nullo rectore, nulla
lege irent. Ac ne quidem ad mea exilia measque calamitates cum respice-
res, erudiri ad verecundiam potuisti, cogitando quomodo eos quidem, qui
mibi amici erant ac plurimum mihi debebant, animi sui furor in me tan-
quam hostes armaverit: inimicos autem, et eos, a quibus laedi me aequius
erat, amicos mihi divinae iustitiae lances veros ac certos probaverint; et
quem vester ille aestas in profundos calamitatum fluctus merserat, eum
Deus praeter omnem opinionem vobis altiore effecerit. Est nunc, ut vides,
mibi quidem omnia flatu prospero eunt, et porro ibant Deo iuvante. Tu

A. M. 6851 ἀηλωτικῶς χρημάτων σωροῦς, τῶν τ' ἐμῶν δηλαδὴ μεθ' ὅσα
 Ind. 11 τοῖς βασιλικοῖς ἐτήν προτανείοις καὶ ὅσα πᾶσιν ἐγένετο τα-
 V. 337 μινυόμενα πέπραχας ἔπραγμα ληστρικόν, οὐδὲν πλέον κατορ-
 θοῖς, ἢ τὸν Πηγελοῦτης ὑφαίνεις ἰστόν· ὃν πανημέριον ὑφαινόμε-
 μενον τὸ σκότος ἀνέλθε τῆς κατόπιν νυκτός. δῆλον οὖν ἂν ἐν-5
 τεῦθεν εἶη καὶ τοῖς μικρὰ φρονουσίαι, ὡς ἡμῖν μὲν ἀδικοῦσιν
 ἥμιστα συλλαμβάνειν ἐθέλει τὸ θεῖον· ἀδικουμένῳ δ' ἔμοιγε
 καὶ μάλα μάλιστα. καὶ δεόν ἡμᾶς, ἀφοσιουμένους τῇ ἐκ θεοῦ
 νέμεσιν, τὸ τῆς ὁργῆς ἐπίσχειν ἀταμείντον, ἡμῖν δ' ἡρεμεῖν οὐκ
 E εἰς μνήμην οὐδ' ὄψι τῶν χρόνων ἔρχεται. Ὅμως εἰ μὴ ἐν τῷ αὐ-10
 τῆκα φεύγων αὐτὸς οἰκλήσῃ, κακοδαίμονία δέ τις συνέστιος κατὰ
 χώραν ἄχρι καὶ ἐς ἐβδόμην ἡμέραν διακαρτερεῖν ἀναγκάσει, ἔργα
 λόγων ὅψει πολλῶ κραταιότερα. (Γ.) Ταῦτ' εἰπὼν τοὺς μὲν
 πρέσβεις ἀφῆκε πορεύεσθαι· αὐτὸς δ' ὑκάτιον κατεσκευακῶς
 λάθρα δι' ἀμάξης κατήνεγκεν ἀλλαχόθεν εἰς θάλατταν, στα-15
 F δίους Βεζρόοιαις διέχουσαν ἐξήκοντα καὶ ἑκατὸν, δι' οὗ τὴν καλ-
 σουσαν ἀπεστάλκει πρεσβείαν τὸν τῆς Λυδίας σατραπῆν Ἀμούρ.
 καὶ ἦν ὁ καιρὸς τηρικαῦτα παρὰ τὰς τοῦ κυνοῦς ἐπιτολάς.

A. C. 1343
 Imp. Io. Pa-
 laeol.-3
 P. 416

9'. Ἐπανιόντων δὲ τῶν πρέσβειων ἐκ Βεζρόοιαις, Ἀπόκανκος
 διακηκῶς, „Ἐγὼ δ' οὐκ ἂν ποθ' ὁμολογήσαιμι κόπον εἶναι καὶ 20
 μὴ πάνυ προσῆκον τοῖς στρατηγεῖν αἰρουμένοις (ἔφη) τὸ ψεύδε-
 σθαι, ὅτι μὴ καὶ μάλιστα σφισιν ἀπάντων εἶναι τῶν ἀναγκαιο-
 τάτων. δυοῖν γὰρ ὄντοιν πραγμάτοι, ἀληθείαι καὶ ψεύδους,

vero consumptis pecuniarum acervis, mearum nempe, praeter id omne quod principum aerariis inerat et quidquid apud nobiles omnes repositum latronibus rapiendum dedisti, nihil aliud nisi Penelope's telam texuisti, quam tota die elaboratam sequentis noctis umbra retexebat. Patet itaque inde cuivis etiam mediocris ingenii homini, minime Deum velle adesse vobis iniuriam facientibus; mihi autem, qui iniuria affectus sum, affuturum esse maxime. Et tamen cum oporteat vos, divinam indignationem reveritos, furorem animi impotentem reprimere, nihilo magis vobis venit in mentem, tandem ut aliquando quiescatis. At nisi statim ipse fugitivus abeas, si te sinister aliquis genius, tecum habitans, ad septimam usque diem durare et manere hic cogat, videbis sane graviora multo dictis facta." (III.) Haec loquutus legatos dimisit. Ipse parari naviculam et rhedae impositam clanculum alia de parte in mare deportari curavit, quod Berrhoea distat centum et sexaginta stadiis: atque ita misit legatos, Lydiae satrapam Amurium arcessituros. Erat autem ferme illud tempus, quo Canis oritur.

9. Reverais Berrhoea legatis, Apocauca, ubi renunciata audit, „Ego vero," inquit, „nunquam hoc dederim degeneris animi esse, ac non omnino dignum eo, qui exercitibus praesit, mentiri aliquando. Quin illud pernecessarium esse dixerim, et omnium quidem maxime imperatori. Cum enim duae res sint, veritas et mendacium, unum ex utraque re emolumentum

ἐν ἑξ ἀμφοτέρων πορίζεται κέρδος ὁ στρατηγός, καθ' ὁπότερον A. C. 1343
 ἴδη συνωδοῦσαν τὸ συμφέρον τὴν τῆς χρείας ἀνάγκην. φιλοσό- Imp. Io. Pa-
 φους γὰρ καὶ ὄσοις τὸ μὴ πάντη τοῦ βίου κοινωνικὸν πραγματεύε- laeol. 3
 ται ἴδιον ἂν εἶη τὸ ψεύδους παντὸς ἄμικτόν τε καὶ ἀβαφή τῆν
 10 βγλῶπταν τηρεῖν, οἷς οὐδεμία πρόσεστι βίου φροντίς, παρενητέ-
 χθαι τῆς ἀληθείας πείθοσσα. οἷς δ' ἀληθεύσασι μὲν ἐνίοτε δια-
 κινδυνεύεται πόλεις αὐτάνδρους καὶ στρατόπεδα πάντ' ἀπολέσθαι,
 ψευσαμένοις δ' ὄλην ἀκραιφνῆ χάρισασθαι σωτηρίαν· ποῦ οὐκ
 ἂν ἀτοπίας ἐλαύνοι, πρὸ τοῦ συμφέροντος ψεύδους αἰρεῖσθαι τὸ
 15 τὰ ἔσχατα βλάπτειν τῆς ἀληθείας; ἐγὼ γὰρ μυριάκις ἂν ἐλοίμην, C
 ἔξω μετὰ τοῦ ψεύδεσθαι, σώζειν καὶ πόλεις ὁμοῦ καὶ στρατό-
 πεδα, τοῦ γε ξὺν τῇ ἀληθείᾳ πρὸς βάρβαρον ἀπωλείας ἐλαύνειν
 ἄπανθ' ἐκὼν. ἀνυποστάτου γὰρ ὄντος καὶ ἀνουσίου τοῦ ψεύδους,
 ἀνάγκη τὸν τούτω χρώμενον, ὅποτε χρῶτο, μηδὲν ἄλλο γε δρᾶν,
 15 ἢ σιωπὴν τινα καὶ φειδῶ τῆς ἀληθοῦς οὐσίας πραγματεύεσθαι·
 καθάπερ δῆπον καὶ ὅσα τῶν κειμηλίων πολυτελέστερά τε καὶ τι- D
 μιώτερα τοῖς ἔχουσι νῦν μὲν καλύπτεται τοῦ συμφέροντος εἶ- V. 833
 νεκα, νῦν δ' ὥσπερ ἀνακαλυπτῆρια θύειν τοῖς τῶν ἀνθρώπων
 ὀφθαλμοῖς τὸν ἴσον ἔξεστι τρόπον. ὥστ' οὐ δικαίως ὁ Καντα-
 20 κουζηνὸς τὴν γραφὴν ἐμοὶ τοῦ ψεύδεσθαι, ὡς γε οἶμαι, προστρέ-
 βεται, τοῦ λυσιτελοῦς ὡς μάλιστα ποιουμένῳ τὴν πρόνοιαν. ἐγὼ
 γὰρ ἐλάττωμα ἂν ἠγησάμην, εἰ μὴ τοιοῦτος εἶην· κἀκείνῳ δ'
 αὐτὸ, εἰ στρατηγοῦ ποιεῖν ἐβούλετο πρῶγμα, τότε ἂν με λοιδορεῖν
 ἐχρῆν, ὅτε μὴ οὕτω τοῖς ἀνὰ χεῖρας ἐώρα με πρᾶγμασι προσιόντα. E

tum percipit imperator, prout videt in hanc vel illam partem necessitate
 impellente inclinare utilitatem. Ac philosophorum quidem, et eorum qui
 vitae societati non omnino student, proprium fuerit linguam ab omni men-
 dacio alienam et sinceram servare, cum nulla sit iis vitae cura, quae ut
 recedat a veritate persuadeat. At ii, quibus, si vera dicant, metus est, ne
 universas civitates ac totos exercitus perdant, exercitibus autem spes est
 integram omnium salutem vindicandi, quo non illi amentiae perveniant, si
 perniciosam veritatem utili mendacio priorem habeant? Enimvero ego cen-
 ties maluerim, si possim, mentiendo servare et urbes et exercitus, quam
 servata veritate omnia sponte pessumdare. Cum enim re et substantia ca-
 reat mendacium, hoc qui utatur, cum necesse est, quando utitur, nihil aliud
 nisi id agere, ut substantia veritatis silentio quodam ac parciori usu pre-
 matur; quemadmodum in supellectili, quae sumptuosissima sunt ac pretio-
 sissima, ea a dominis nunc absconduntur, quia ita expedit; nunc hominum
 oculis, velut novae nuptae posito flammulo, possunt eandem ob causam
 spectanda offerri. Non iuste itaque Cantacuzenus crimen mihi mendacii
 (ut quidem puto) inurit: mihi inquam, qui utilitatis potissimam rationem
 habeo. Immo ego me minoris aestimandum putarem, si eiusmodi non essem.
 Iste autem, si id quod imperatoris erat facere voluisset, tunc mihi debuit
 convitiari, cum videbat me non aggredi ea, quae exaequi tam facile et

A. M. 6851 Ἐμὲ δ' ἐκεῖνο μάλιστα πάντων ἑπαίρει θανατάζειν ἐκείνου, πῶς
 Ind. 11 ταῦτ' ἐπείγεται δεῖν, οἷς ὀνειδίζων ἐκτόπως ἐμοὶ λοιδορεῖται,
 P. 417 τὴν βαρβαρικὴν φημι καὶ ἀλλόφυλον συμμαχίαν. εἰ γὰρ ἐν ἄλλο-
 τριοῖς πταίσμασιν ἰδίαν ἀσφάλειαν ἐγκωμίων αὐτὸς ἐπορίσαστο
 καὶ τῷ ὄντι τὰ μοι πεπραγμένα μερίσῃ, ποθεῖν οὐκ ἐχρῆν,⁵
 οὐδὲ μιμεῖσθαι. τὸ γὰρ μιμεῖσθαι φιλοῦντός ἐστιν, οὐ μισοῦν-
 τος, καὶ θανατάζοντος μᾶλλον ἢ ψέγοντος. οὐδεὶς γὰρ ἂ μισεῖ
 Β δεῖν ἐκ ψυχῆς ἐπείγεται, τοῦ βιαζομένου παντὸς ἐκ ποδῶν ἴστα-
 μένου. εἰ δὲ γλώττη μὲν λοιδορεῖται τούτοις οἷς ἐμὲ πρῶτοντα
 βλέπει, ἔργοις δ' οὐχ ὅπως οὐκ ἀποσπεύδει τὴν μίμησιν, ἀλλὰ¹⁰
 καὶ προσεπιδανφιλέεται, δῆλον ὡς οὐχ ὅτι μισῶν λοιδορεῖται,
 ἀλλ' ὅτι μὴ πρῶτος αὐτὸς ἐπεπράχει δυσχεραίνει· ὥστε δυοῖν
 ὀπότερον καθ' ἑτέρου ψηφισθεῖη, καὶ θάτερω τοῦτο δικαίως
 ἀκολουθήσῃ, καὶ ὁμοίως ἀμφοτέροις ἢ τὰ τῆς ἐπιτιμήσεως ἢ τὰ
 C τῆς συγγνώμης ἐφ' ὁμοίοις τοῖς πράγμασιν ἔσεται." (B.) Ἐκεί-¹⁵
 νος μὲν οὖν ταῦτ' ἔλεξε, σφόδρα τῆς ἑαυτοῦ καταψευδόμενος
 φύσεως, καὶ πιθανότητι γλώττης τὴν τῶν πραγμάτων ὑποκλέ-
 πτων ἀλήθειαν. ἔθος γὰρ αὐτῷ διηνεκὲς τουτὶ, καὶ πολλὰκις
 τούτῳ περιφανῶς ἐνεκαλλωπίσαστο, ἕτερα μὲν τῇ γλώττη προσφέ-
 ρειν, ἕτερα δ' ἐν τῇ διανοίᾳ καλύπτειν, καὶ μαχομένην δει-²⁰
 κνύειν τῇ γλώττη τῶν λογισμῶν τὴν μελέτην. πολλὰ μὲν οὖν κἀν-
 ταῦθα τῇ γλώττη θρασυνοόμενος τοῖς ἔργοις ἠλέγητο. αὐτὸς
 μὲν γὰρ διὰ δόλος ἐν Θεσσαλονίκῃ παρέμεινε· τὴν δὲ στρατιὰν

13. τοῦτο et ἀκολουθήσῃ em. Boiv. pro τούτῳ et ἀκολουθήσῃ.

promptum esset. Iam vero eum ut mirer hoc maxime inducor, quod ea fa-
 cere molitur, quae mihi ut probra insolenter obiicit: armorum dico cum
 barbaris et alienigenis societatem. Nam si in alienis ruinis laudum sua-
 rum stabilitatem collocavit, et revera odio illi sunt ea quae gessi, affectare
 atque imitari hand oportebat. Imitari quippe amantis est, non aversantis,
 et eius magis qui admiretur, quam eius qui vituperet. Nemo enim quas
 res odit, eas vere et ex animo, cum omnis vis abest, facere studet. Quod
 si ea, quae per me fieri videt, lingua quidem ille criminatur, re autem ipsa
 non solum non abhorret ab imitando, sed et insuper cumulum addit: evi-
 dens est eum, non quia oderit, criminari; sed quia primus haud fecerit,
 ideo moleste ferre. Utracunque igitur in unum e nobis lex lata fuerit, ea
 in alterum etiam merito cadat necesse est, et ex similibus factis similem
 utrinque consequi reprehensionem aut veniam." (II.) Haec sunt, quae ille
 dixit, de sua indole admodum mentiens, ac sermonis probabilitate rerum ve-
 ritatem obscurans. Mos enim hic illi perpetuus fuit: eoque se palam saepe
 tanquam ornamento aliquo venditavit, quod aliud ore pronuntiaret, aliud
 in animo occultum haberet, et pugnare cum lingua consilia eius et cogita-
 tiones appareret. Multum igitur tum quoque audaciam verbis professus
 factis redarguatur. Nam ipse quidem Thessalonicas mansit praes metu:

τῶν ἐπισήμων ἐνὶ παραδοῦς ἐπὶ Βεῤῥόϊαν ἔπεμψε, παραγγείλας ἄγχι τριῶν ἑκατῶν παραδείξαντας ἑαυτοῦς ἡμερῶν τὴν ταχίστην ἐπανέειναι. οὐ γὰρ δρᾶσοντίς τι γενναῖον σφῶς ἐπεπόμφει· τῶν γὰρ ἀμυγῶν ἔνδρακε τοῦτ' αὐτῶ· ἄλλ' ὅσον μὴ φωραθῆναι 5 τὴν τοῦτου δειλίαν τοῖς πλείστοις. τοῦ γὰρ τοι θράσους ἀνδρὶ καὶ τόλμῃ πολεμικῇ συνοικεῖν οὐδαμῇ δυναμένου, πῶς ἂν αὐτὸς, μακρὸν μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ θράσος ἔχων, μακροτέρων δ' ἐν τῇ ψυχῇ τὴν δειλίαν, γεγυμνωμένοις ξίφεσιν ἢ αὐτὸς ποθ' ὁμιλήσειεν, ἢ πείσειεν ἄλλους; θῦττον μεντὰν τοῦ σώματος 10 ἀποθῆγγυμένην θείσασαι τὴν ψυχὴν, ἢ συθῆγγυμένον πολέμου πάταγον ὄπλων ἀκοῦσειεν. (Γ.) Ἐπεὶ τοίνυν πεπαθῆσθαι μὲν μάχῃ τὸν πολέμιον οὐκ ἐντὴν κατεργάσασθαι, πρὸς τὰς ἐν κρυφῇ συνθήκῃς αὐθις ἔβλαψε μηχανὰς καὶ τοὺς λαθροῦλους δόλους. κἀπειδὴ γε ἠκηκούει τὴν βασιλέως οἰκίαν εἶναι παρὰ τὸ τεῖχος τῆς 15 πόλεως ἔσθον· ἀπ' ἧς ἐξιόντα τὸν βασιλέα περὶ μέσας που νύκτας μεμονωμένον τε καὶ ἀφύλακτον ὡς τὰ πολλὰ περισκοπεῖν ἐκ τῶν ἐπάλλεσων, εἰ ἐπλοῖεν ἔξωθεν αἱ τῶν ἀντιπάλων δυνάμεις καὶ ὅπως ἂν ἐρηγόρσεως ἔχοιεν οἱ τὴν πόλιν ἔνδοθεν φρουροῦντες, ὅσοι τε τὰς κατὰ μέσῃν τὴν πόλιν ἔνοπλοι περιήεσαν ἀγνῆς καὶ 20 ὅσοι πάντα πύργον καὶ πᾶν ἡμιπύργιον διαλαγχάνοντες φωναῖς ἀλλεκαλήλοις τὰ νυκτερινὰ παρεμετροῦντο διαστήματα· πολλοῦ τιος ἐπράτο μισθοῦ τῶν εὐφρῶς ἐχόντων τῆς τοξικῆς ἀσκήσεως ἕνα τινὰ, καὶ τοῦτον εἰς Βεῤῥόϊον πέμψας κατὰ τὸ λεληθὸς

4. μὴ Βοῖν. pro μοι.

expeditum autem uni ex primoribus commissum Berrhoeam misit; praecepitque, postquam se illic per tres dies ostentassent, ut redirent quam celerrime. Non enim ut aliquid praeclari facerent, eos miserat; qui nullo modo fieri id posse existimabat; sed ut ne a plerisque timiditas eius deprehenderetur. Enimvero si nulla esse potest arrogantiae cum fortitudine et bellica magnanimitate societas; quomodo ille, cui tantum in lingua arrogantiae erat, in animo autem timiditatis multo plus, nudatis ensibus aut ipse interfuisset, aut aliis ut interessent persuasisset? Citius profecto erumpentem corpore animam vidisset, quam in belli conflictu sonitum audiasset armorum. (III.) Quia igitur aperto Marte hostem profligare haud poterat, ad suas illas denuo occultas artes et obscuros dolos respexit. Et cum audivisset imperatoris domum iuxta muros sitam in urbe esse, eaque solitum illum egredi circa medias noctes solum, ac plerumque incastoditum, ut circumspiceret e propugnaculis, exploraretque, num extrinsecus hostium copiae ingruerent; et qua vigilantia urbem intus custodirent sive ii, qui per urbem mediam armati obambulabant et vias circumibant, sive ii, qui turrim quamlibet aut turriculam sortiti, crebris clamoribus sese mutuo compellantes, nocturna intervalla sortiebantur; magna mercede quendam conduxit ex iis, qui singularem habent ad tractandum arcum dexteritatem, et

- A. M. 6851 παρήγγειλε νύκτωρ ἔξιόντα τῆς οἰκίας τὸν βασιλέα καιρίαν βαλεῖν
 Ind. 11 B ἐκ τοῦ τείχους, καὶ παραχρῆμα σχοίνῳ διὰ τῶν ἐπάλλξεων διεκπε-
 αόντα πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀπαθῆ τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι.
 τῆς τοίνυν ὥρας ἑλληθυσίας, ἐν ἧ τὸν βασιλέα τῷ εἰωθῶτι χρῆ-
 σθαι γέγονε περιπάτῳ παρὰ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, τρις μὲν εὐ-5
 θῆς ὁ τοξότης ἐκείνος ἐτείνετο τὸ τόξον· τρις δ' ἀτυχῶν περὶ
 τὴν ἀποστολὴν τοῦ βέλους ἤσθάνετο, νάρκης οἰονεῖ τινας ἐμπε-
 C δούσης παραχρῆμα τὴν χεῖρα καὶ κατὰ γῆς νεκρὸν τὸ βέλος
 ῥιπτούσης. τῆς μέντοι τοῦ τόξου νευρῶς ἐν τῇ τρίτῃ ῥαγίσεως
 πείρα, ἐκπλήξει καὶ δέει ληφθέντα τὸν ἄνθρωπον ἕμα ἕρ προσ-10
 εῖναι τε τῷ βασιλεῖ καὶ τὸν τε δόλον ἔξαγγεῖλαι περιπαθῶς
 καὶ ὁ περὶ τὴν τάσιν τοῦ τόξου συμπέπτωκε τέρας. αὐτὸς μὲν
 οὖν συγγνώμης τυχὼν ἐπορεύετο. (A.) Ὁ δ' Ἀπόκαυκος, ὄρων
 D οὐ ταχέϊαν ἰούσαν τὴν ἐκ τῶν Τριβαλλῶν αὐτῷ σύμμαχον δύνα-
 μιν, ἠρέμα πρὸς ἀπογνώσεις ἐχώρει τῇ γνώμῃ. ἐδεδείκε γὰρ, μὴ 15
 αἰφνίδιον ὁ βασιλεὺς τὰ Θετταλικὰ μεταπεμφόμενος ὄπλα πρὸς
 τοὺς ἐσχάτους ὄση κινδύνους αὐτοῦ τὰ στρατεύματα. οὐ μετὰ
 πολλὰς οὖν ἐκέλευε τὰς ἡμέρας ἀναζευγνύειν ἐκέλευε τὰ τε ἄλλα
 καὶ μάλιστα ὅτι καὶ φήμῃ πάντας ἄρτι ἐπεπορεύετο, τὴν τοῦ
 E Περσικοῦ στόλου βαρεῖαν διαγγέλλουσα ἔφοδον, ἣν καὶ παντὸς 20
 ἐνόμιζε θανάτου φοβρωτέραν. διὸ καὶ κομιδῆ βραχείας τῇ Θεσ-
 σαλονικῇ ἐνδιατετριφῶς καὶ αὐτὸς ἡμέρας ᾤχετο σὺν ὀλίγαις
 ναυσὶν ἀποπλεύσας, καὶ ταύταις ταχυναυτούσαις ὡς μάλιστα.
 ἐπωπτευκῶς γὰρ ἦν, καὶ μάλα κατὰ σκοπὸν, ὡς αἰσθήσεως

cum Berrhocam clanculum misit, praecepitque, ut cum domo egressurus esset noctu imperator, ei mortiferum vulnus infligeret; ac statim propugnaculis lapsus per funem ad castra illaesus ac salvus sese reciperet. Cum itaque advenisset hora, atque imperator solitam iuxta moenia ambulacionem repeteret, ter statim sagittarius arcum tetendit; ter sensit in inculando telo aberrasse se, cum illico manus quasi quodam torpore obriguisset telumque in terram velut mortuum profecisset. Ferunt autem cum tertio experiretur, ruptum arcus nervum; stupore deinde ac metu correptum hominem ad imperatorem primo mane accessisse, dolumque ei cum magna animi commotione patefecisse, et quod acciderat in tendendo arcu prodigium. Ipse itaque impetrata venia abiit. (IV.) Apocaucus vero, cum videret non continuo adesse sibi auxiliares a Triballis copias, paulatim ad desperationem animo vergebat. Verebatur enim, ne statim imperator accitis Thessalorum armis in extremum discrimen adduceret ipsius exercitum. Non multis itaque post diebus castra moveri iussit, tum ob alia, tum maxime quia recens ad omnes fama pervenerat, infestissimum nuncians Persicae classis adventum, quem ille peius letho extimescebat. Perpaucis igitur et ipse diebus Thessalonicae consumptis, pauculis cum navibus, et illis quidem expeditissimis, in altum delatus abiit. Etenim suspicatus erat, optima certe coniectura,

γενομένης ἀνὰ τὴν πόλιν τοῦ φόβου τε καὶ τῆς γε τοῦ θρυσμοῦ A. C. 1848
 μελήτης, δυοῖν ἔψεται θάταρον· ἢ γὰρ καθέξειν αὐτὸν τοὺς Imp. Io. Pa-
 Θεσσαλονικίας ἐπίκουρόν τε καὶ κοινωπὸν τῆς προσδοκωμένης laeol. 3
 F πολιορκίας, ἢ βιάσασθαι συναποπλεῖν αὐτῷ τὰς τε τριήρεις πά-
 55σας καὶ ἅμα τὴν σὺν γε αὐτῷ ναυστολήσασαν Περσικὴν δύνα-
 μιν μεθ' ὁμοίας τῆς γνώμης· ὁ μείζων τῶν ἄλλων ἐνόμιζεν εἶναι
 κακῶν ἑαυτῷ, καὶ κινδύνων μειζόνων μεστὸν. τότε γὰρ πλη-
 θος ἐν ταῖς φηγαῖς ἐμπύδιον οὐ μικρόν· καὶ πρὸς γε τὸ δύ-
 ναμιν ἀλλόφυλον ἐπομένην ἔχειν, φεύγοντα δύναμιν ἄλλην,
 10 ἐχθρὰν μὲν αὐτῷ, φίλην δὲ καὶ ὁμόφυλον ταῖς ἐπομέναις αὐτῷ P. 419
 Περσικαῖς ταύταις ναυσίν, ὅμοιον ἐλογίζετο, ὥσπερ ἂν εἴ τις
 τὸν ἔξωθεν ἀνασοβεῖν τῆς οἰκίας ἐπειγόμενος ἐμπρησμὸν ἔνδοθεν
 ἐκὼν αὐτὴν ὑφῆπτεν ἀντὸς, σπουδαιοτέραν τινὰ τὴν ἐπικουρίαν
 οὕτω πως τάλλοτρεφῆ πυρὶ μηχανώμενος. ταῦτ' οὖν ἅπαντ' ἐν
 15 νῶ συλλαβῶν ἔφρατο λάθρα φηγῶν, ὡς ἡμῖν γε δεδήλωται.
 (E.) Ὅσαι μὲν οὖν ἄρπαγαὶ τε καὶ ἀνδραποδισμοὶ τοῖς ἐναπο-
 λειφθεῖσιν ἐγίνοντο Πέρσαις ἐκεῖ κατὰ τῶν ἐσπερῶν, καὶ ὅσαι
 κατὰ τῶν ἱερῶν ὑποπίαι κατὰ τὸ ἀφειδὲς ἐτολμῶντο, ῥάδιον
 σὲκ ἂν εἶη διεξιέναι, βαλομένοις ἐφ' ἕτερα τρέπειν τοῦ λόγου
 20 τὸν δρόμον ἡμῖν. ἴσασι δ' οὖν οἱ παθόντες, καὶ ὅσοι τῶν τοιού-
 των οὐ μάλᾳ πεφύκασιν ἀδαεῖς ἀποσυλῆν εἰκασμοδὸς καὶ ὧν γε
 τεθέλονται ξυμβάλλειν καὶ ἂ μὴ τεθέλονται.

V. 340

ι'. Βραχεῖα παρηλθὼν ἡμέραι καὶ ἡ ναυτικὴ τῶν Περσῶν C

4. βιάσασθαι positum est pro βιάσασθαι, ut observat Boiv.

si semel timere eum ac fugam meditari sensissent ii, qui in urbe erant, duo-
 rum alterum eventurum esse: aut enim ipsam a Thessalonicensibus reten-
 tam iri, propulsatorem ac participem futurum imminentis obsidionis, aut
 cum eo coactum iri migrare tum omnes triremes, tum illam Persarum clas-
 sem, quae ipsam sequuta erat eodem consilio: quod quidem malorum omni-
 um gravissimum ducebat sibi, et maximis periculis plenum. Nam et mul-
 tudo in fuga impedimentum est haud mediocre, et praeterea classem exter-
 nam secum habere cum aliam classem fugeret, sibi quidem inimicam, ami-
 cam autem ei quam secum habebat Persarum classi, atque eiusdem gentis;
 id quidem illi perinde habebatur, ut si quis festinans arcere aedibus exter-
 nam incendium eas ipse introrsum sciens ac prudens incenderet, isto vi-
 delect tanquam praesentiori remedio adversus externum ignem excogitato.
 Haec igitur ille omnia animo complexus clam, ut diximus, aufugit. (V.) At
 Persae ibi relictis quantum grassati sint in Christianos, tum diripiendo,
 tum homines in servitutem redigendo, qua audacia et quam intemperanter
 sacris illuserint, facile haud fuerit nobis commemorare, orationis nostrae
 eorum vertere alio volentibus. Norunt certe ii, qui passi sunt, et quicun-
 que non ita sunt earum rerum rudes, ut coniecturam de his capere, atque
 ex his quae viderint ea quae non viderint colligere haud possint.

10. Paucis diebus interiectis navales Persarum copiae advectae sunt,

- A. M. 6851 κατέπλευσε δύναμις, ἐς ἔγγιστα διακοσίαν νεῶν ἀναφερομένη τὸ
 Ind. 11 πλήρωμα καὶ ναύαρχον ἔχουσα τὸν τῆς Λυδίας σατραπῆν
 Ἀμούρ· ὃς οὐκ εἰς τὸ τῶν Θεσσαλονικίων ἐπίνειον κατᾶραι τὸν
 στόλον ἀφῆκεν, ἀλλ' ἴδιον αὐτὸς ἐποίησατο ναύσταθμον, στα-
 δίους Θεσσαλονίκης ἀπέχον οὐχ ἥττον ἐξήκοντα. οὐ μὴν τοσαύ-5
 τας ἔχων τῆς Ἀσίας ἐξέπλευσεν· ἀλλὰ τριακοσίας μὲν ταῖς πά-
 ροις ἀνήχθη· ναυαγία δὲ χρησάμενος κατὰ τὸν ἀνάπλουον, ἀγριω-
 τέρων τῶν ἀπαρτίων τηρικαῦτα ῥευσάντων πνευμάτων, αὐτὸς
 μὲν σὺν ταῖς εἰρημέναις ἐκτοπισθεῖς ἄκων εἰς Εὐβοίαν ἐξώκειλε,
 καὶ ταύταις ἀπ' ἀλλήλων ὡς τὰ πολλὰ διεσκεδασμέναις· αἱ δ' 10
 ἄλλαι κατ' ἄλλα μέρη διεσώθησαν τῆς Εὐρώπης, ὅσα μῆτ' ἐν
 P. 420 ταῖς ἀκταῖς συνετρίβησαν, μῆτε κύμασι διανανμαχῆσασαι κα-
 τηρέθησαν αὐτανδροί. βουλευομένου δ' ἐκείθεν ἐπὶ συχραῖς ἡμέ-
 ραις ἐξ Εὐβοίας περὶ διὰ Θετταλίας ἵνα εἰς Βεῤῥόϊαν, ἀντόθε
 τὰς ναῦς καταφλέξαντα πρότερον, ἐρῶάσσε μὲν ἢ τῶν κυμάτων 15
 ὕβρις ὄψε· μαλακώτερον δ' ἐξ ἀπογείων προσβαλέειν ἤρξατο τοῖς
 ἰστίοις τὸ πνεῦμα. ὄθεν καὶ ἄφαντες ἐκείθεν ἠθροίσθησαν εἰς
 δν δεδηλώκαμεν ναύσταθμον, τῆς Θεσσαλονικίων πόλεως ἄγ-
 Βηγιστα. (B.) Οἱ μὲν σὺν πλείους, τὴν ἱκανὴν ἀπολιπόντες φρου-
 ρὰν ταῖς ναυσὶν, ἐπὶ λείαν εὐθὺς ὤρμησαν, καὶ τὰ πλείω τῶν 20
 Τριβαλλοῖς ὑπεικόντων χωρίων ἐκάκωσαν μάλιστα, ἀνθρώπους
 καὶ βοσκήματα συναρπάζοντες ἐξ ἀγρῶν, καὶ οἰκίας πυρπολοῦν-
 τες, καὶ πολλοῖς τὸν πολέμιον σίδηρον καταφέροντες ἀνανταγώ-
 νιστον. τῷ γε μὴν ναύαρχῳ τοῦ στόλου κατὰ χώραν μείναντι
 5. ἀπέχον em. Boiv. pro ἀπέχων.

 teretur, qui inter Byzantios genere et splendore fortunae emineret, et im-
 peratori ac patri acceptus foret, Trapezuntisque imperium ex eius senten-
 tia pergeret administrare. Cum igitur legati nondum ex Acarnania rever-
 sum esse imperatorem comperissent, visum est iis subsistere, atque ad eum
 mittere qui suam adventum et adventus rationem nunciarent. (III.) Pro-
 cedente tempore ipse imperator Byzantium advenit, nec multo post vita
 functus est: publicarum autem rerum curam, Annae imperatricis nutu, Ioan-
 nes Comnenus, magnus tum quoque domesticus, sustinere ex eo coepit.
 Atque hic statim imperatrix Irenes petitioni annuere haud potuit; verum
 ad alias curas animum appulit. Cum enim Trapezuntiorum animos vacil-
 lare maxima ex parte animadverteret, non omnibus placere eius mulieris
 consilium intellexit. Lex quippe est apud eos paene inviolabilis, ne ab
 ullo cuiuscunque stirpis homine gubernari se ultro patiantur, nisi qui ab
 Comnenis oriundus sit. Quapropter illius postulatis pro nibilo habitis, re-
 ctorem illic misit Alexii praemortui fratrem, Michaëlem Comnenam, qui
 sextum circiter et quinquagesimum aetatis annum iam attingebat. (IV.) In-

- A. M. 6852 (A.) Τῶν γε μὴν ἐκεῖ συγκλητικῶν οἱ μάλιστα πάντων ἰσχύον-
 Ind. 12
 P. 425 τες διὰ τὴ δόξης ὄγκον καὶ πλοῦτον δύναμιν ἐφ' ἕτερον ἐτρέ-
 ποντο βούλευμα. ἵνα γὰρ αὐτοῖς ἐπ' ἁδείας εἴη τῆς ἀρχῆς κατορ-
 χεῖσθαι καὶ ἄγειν καὶ φέρειν τὰκεῖ πράγματι ὅπῃ τὸ βουλούμενον
 ὑποτίθῃσιν, ἐν ἐκ τῶν νόθων Βασιλείου βρεφῶν προσεποιούντο 5
 ζητεῖν εἰς τὸ τῆς ἡγεμονίας πρόσχημα. ὄθεν εἰς τὸ τῆς Τραπε-
 ζιούντος ἐπένειον καταπεπλευκότα τὸν Κομνηνὸν θεασαμένοις τὰ
 μὲν βεβουλευμένα δρᾶν ἐς προὔπτον εὐθὺς οὐ μάλα ἐδόκει, ἵνα
 μὴ φωραθεῖσιν ἐμποδῶν ὃ δῆμος γένηται, σύμμαχον ἔχων καὶ
 τὴν ἄρτι συγκαταπεπλευκῶν τῷ Κομνηνῷ δυοῖν Λατινικῶν 10
 νεῶν δύναμιν· ἀλλ' ἐν τῷ αὐτίκα ζῶν γε ταῖς ἀνηκούσαις τιμαῖς
 δεξιόμενοι πρὸς τὸ ἐκεῖ ἀρχεῖον ἀνήγαγον. γενομένης δ' ἐσπέ-
 ρας, αὐτὸν μὲν ὡς ἐν εἰρκτῇ τῷ παλατίῳ κατέκλεισαν· τῶν δ'
 C αὐτῷ προσκειμένων ὄχλων, ὅσοι μὴ δρουσῶ διεσώθησαν ἐς τὰς
 τρήρεις, οἷς μὲν κατακεκόφθαι, οἷς δ' ἐς δεσμοτώριον παρα- 15
 πέμφθαι γένηται. αὐτὸν δ' αὖ ἐς τὴν ὑστεραίαν διαπόντιον
 V. 345 τῷ ἔκτομῳ φρουρεῖν ἐπεπόμφεσαν; τῆς τῶν συγκλητικῶν μὲν
 ἐκείνων φατρίας ὑπάρχοντα καὶ αὐτὸν, ἔχοντα δὲ τὴν τῶν οὐτωσί
 πως ὠνομασμένων Λιμνίων τηρικαῦτα ἐπιτροπήν· ὧν διακοσίους
 D ἑγγὺς διέχει σταδίου ἢ Τραπεζουντίων μητρόπολις. τούτων δ' 20
 οὕτω διωπεπραγμένων, ὑπὸ δυοῖν ἢ τριῶν διωκεῖτο συγκλητικῶν
 τὰ ἐκεῖ πράγματα, πλημμελῶς μὲν καὶ λάθρα, τοῦ δήμιου σφίσι
 λοιδορομένου καὶ στίαισι ἐγείρειν διὰ μελέτης ἔχοντος· διω-
 κεῖτο δ' οὖν. (E.) Ἐπεὶ δὲ τοῖς τὸν κίνδυνον διαδραῖσιν ἐκείνον

terim ii ex senatoribus, qui omnium maxime illic et dignitate et opibus pollebant, aliud consilii ceperunt. Ut enim impune summam potestatem ludibrio habere possent, ac res omnes ferre et agere pro libidine, infantem ex spuris Basilii liberis unum expetere se simularunt, cui titulum imperii deferrent. Itaque cum ad portum Trapezuntis appulsam Comneni navim conspicati essent, ea quae decreta fuerant palam quidem et statim exsequi non placuit; ne, si deprehenderentur, populus impedimento esset, auxilium habiturus etiam illam manum, quae duabus Latinis navibus una cum Michaële Comneno advecta fuerat. Sed illum e vestigio (ut par erat) honorifice exceptum in palatium deducunt. Vespere autem eundem in aulam tanquam in carcerem includunt. Ex turba vero, qua erat stipatus, quicunque ad triremes sese haud recepere, ii partim caesi, partim in custodias dati. Ipsum Michaëlem postera die mari impositum Eunucho custodiendum mittunt, qui et ipse cum illis senatoribus societatem coiverat, et his quos Limnios vocant tum temporis praeerat; qui locus Trapezunte distat ducentis fere stadiis. His ita perpetratis, a duobus ibi aut tribus senatoribus respublica administrabatur, perperam quidem et clanculum, populo ipais convitiantes et seditionem meditante; administrabatur tamen. (V.) Postquam vero ii qui ex hoc periculo salvi evaserant (erant autem ex fa-

(γένους δ' ἦσαν τῶν Σχολαρίων) ἐς Βυζάντιον ἐπανιέναι συνέβη, A. C. 1343
καθάπερ ἐκ πελάγους καὶ κλύδωνος ἐς λιμένα τινὰ καὶ γαλήνην, ^{Imp. Io. Pa-}
ἔργον ἦν ὄτρῳ ἂν δυνήθεϊεν τοῖς διώκταις ἐκείνοις ἀμύνασθαι ^{laeol. 8}
τράπω. διὸ τὴν βασιλίδα Ἄνναν λόγοις καὶ ὑποσχέσεσιν ὑπελθόν-
τες παντολοῖς ἐπεισαν δοῦναί σφισιν εἰς τὴν τῶν Τραπεζουν-
τίων ἡγεμονίαν τὸν τοῦ Κομνηνοῦ Μιχαὴλ υἱὸν, εἰκοστὸν τμη-
καῦτα τῆς ἡλικίας ἄγοντα χρόνον. μισθοῦ τοίνυν τρεῖς Λατιν-
κὰς εἰληφότας τριήρεις, καὶ τοῦτον ἐμβεβληκότας, δεκαταλοῦς
ἐς τὸν τῶν Τραπεζουντίων κατᾶραι λιμένα συμπέπτωκεν. ἐπεὶ δὲ ^F
10 πρὸς ὅπλα ἐκχωρήκεσαν ἔνδοθεν οἱ νεωτερίσαντες πρότερον,
σίαισις ἐγεγόνει τοῦ δήμου κατ' αὐτῶν· καὶ ἅμα καὶ ἡ Λατίνων
ἔξωθεν ὀλισσαμένη δύναμις τὰς τε πύλας τῆς πόλεως ἀνεμόχλευ-
σάν τε καὶ ξὺν οὐδενὶ πόνῳ τῶν τε ἀντιπάλων τάχιστα ἐγκρα-
ταῖς ἐγεγόνεισαν καὶ τῶν σφῶν οὐσιῶν ἔστιν ἕς διηρηπάκεισαν.
15 (ζ') Τῆς οὖν ἡγεμονίας οὕτως ἐς τὸν τοῦ Κομνηνοῦ παῖδα
περιεληλυθυίας, καὶ τῶν ἐς τοῦτο ἐσπουδακῶτων Σχολαρίων τὰ
μέγιστα ἤδη δυναμένων, τίσιν τῶν τολμηθέντων πρὶν κατὰ σφῶν ^{P. 426}
λέγετο αὕτη. τῶν μὲν γὰρ αἰτίων οἱ πρῶτοι καὶ δόξη καὶ ἀξιό-
ματι δύο κεφαλαικῆν τε ἔδοσαν τιμωρίαν καὶ τὰς οὐσίας ἀφῆ-
20 ρηται. ὅσοι δ' ἐκείνων δευτέραν καὶ τρίτην εἶχον τὴν τάξιν, τού-
τοις δ' ὑπερόριον σχεῖν κατεψήφιστο δόλαιαν διὰ βίου. (Ζ.) Ἀλλὰ
πρὶν ὅλους τρεῖς ἐξήκειν ἐνιαυτοὺς, τῆς ἀρχῆς καὶ ὁ νέος ἐκβέ-
βληται ἡγεμών. ἐν γὰρ οὐδενὶ ποιησάμενος τὴν τῶν πρεσβυτέρων ^B
ἐκείνων Σχολαρίων παραίνεσιν ἤλιξ ἡλικα ἔτερεπε, καὶ νεωτερί-

3. τοῦς διώκτας ἐκείνους conl. Boiv.

milia Scholariorum) Byzantium reversi sunt, tanquam ex pelago et maris
aesta in portum aliquem ac tranquillam stationem, in id unum incubuerunt,
ut exactores illos quacunque possent ratione ulciscerentur. Annam itaque
imperatricem dictis promissisque omnibus induxere, ut sibi Michaëlis Co-
mneni filium, qui tum aetatis annum vigesimum agebat, Trapezuntis impe-
rio praeficiendum daret. Tribus igitur Latinis trireribus mercede con-
ductis, iuvenem imponunt ac decimo post die ad portam urbis Trapezuntis
appellunt. Tum ad arma euntibus rerum novarum auctoribus, seditio ad-
versus eos facta a populo. Simul foris adveniens Latinorum manus armata
urbis portas perrumpunt, statimque et nullo labore potiuntur adversario-
rum; nonnulla etiam ex eorum bonis diripiunt. (VI.) Sic igitur devoluta
ad Comneni filium potestate, cum Scholarii, qui id navaverant, plurimum
iam auctoritate pollerent, ea quae superiori tempore in eos commissa fue-
rant, in hunc modum vindicata sunt. Inter coniuratos qui duo splendore
fortunae et dignitate eminebant, capitis poenas expenderunt ac bonis spoli-
ati sunt. Qui vero secundum ac tertium ab illis gradum obtinebant, ii
omnes perpetuo exulare iussi. (VII.) Sed et ipse annis nondum totis tri-
bus elapsis exturbatur solio novus princeps. Nihili enim factis seniorum
Scholariorum consiliis, aequalis aequalibus gaudebat; atque ita iuveniliter

- A. M. 6352 ζων οὕτωςι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τρυφαῖς καὶ πότοις ἀδεί-
 Ind. 12 στερον ἐσχόλαζε, καὶ αὐλητρίσι καὶ ὄρχηστρίσι διετέλει συνα-
 σελγαίνων καὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς θησαυροὺς τῶν Τραπεζουντίων
 ἀναλλασκων ἐν τοῖς τοιοῦτοις· ὡς ἀγανακτήσαντας τοὺς Σχολα-
 ρίους μεταπέμψασθαι τε τὸν πατέρα τοῦ νέου ἡγεμόνος ἐκ τῶν 5
 C Λιμνίων Μιχαὴλ τὸν Κομνηνὸν. (ἔτυχε γὰρ καὶ ὁ κατέγων αὐτὸν
 ἐκτομίαις ἐκεῖ προτετελευτηκῶς) καὶ αὐτὸν μὲν τοῖς ἡγεμονικοῖς
 ἐγκαθιδρύσασθαι θρόνους, τὸν δὲ νεωτεριστὴν δέσμιον ἐς τὴν
 τῶν Βυζαντιῶν ἐκπέμψαι φρουράν. (H.) Τὴν γε μὴν ἡγεμο-
 νίαν οὕτω διαζωσόμενος ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ, ἦν πάλαι μὲν ὁ 10
 πατὴρ ἐκ διαδοχῆς εἶχε προγονικῆς, ἐκείνου δ' ἀπαλλάξαντος,
 Ἀλέξιος ὁ τούτου διεδέξατο ἀδελφὸς, καὶ μετ' ἐκείνου, ὡς γε
 D εἰρήκειμεν, διὰ τῶν μεταξὺ δυοῖν μισρακίων εἰς τοῦτον κατελη-
 λυθέναι ξυνέδραμεν, ἐπέβαινον ἐφ' οἷς ὁμιωμόκει. τὰ δὲ ἦν αἰ
 συμφωνίαι καὶ τὰ ὀρκωμοτήρια, ὅσα γε τοῖς Σχολαρίοις, αἰτίαις 15
 ὑπάρξασι τῆς ἡγεμονίας αὐτῶ καὶ δύνάμιν τῶν ἄλλων συγκλη-
 τικῶν κεκτημένοις μείζω καὶ ἡγεμονικῆν, συνέθετο· σχῆμα μὲν
 αὐτὸς διασώζειν ἡγεμονίας· τῶν δ' ὅσα πρύσσεισθαι μέλλοι πάν-
 E τω ἐῖναι προβουλευτὰς καὶ διανομίτας σφῶς, καὶ ῥητῶν καὶ
 V.346 ἀποδρήτων ἐπιγνώμονας καὶ βεβαιωτάς. (Θ.) Τοῦ δὲ χρόνου 20
 ῥέοντος, ἐπειδὴ τὴν σφῶν ἀθάδειαν ὁ, τε δῆμος ἐμίσει καὶ
 τό σφισιν ἀντικείμενον τῶν ἀπολωλότων μέρους εἰς τὸ δύνασθαι
 ἤδη προὐχώρει, τὴν τοῦ δήμου πρὸς ἐκείνους ἀπέχθειαν ἔχον
 ἐπίκουρον, ἑριδῆς τε καὶ στάσεις ἀναφύμεναι μεταξὺ πρὸς

lascivians noctes diesque luxui et comotationibus licentius indulgebat; cum tibicinis et saltatricibus libidinabatur, ac Trapezuntiorum principum aerarium in eos usus exhauriebat. Hinc factum est, ut indignati Scholarii iunioris principis patrem Michaëlem Comnenum ab Limniis arcesserent (quippe et Eunuchus, a quo ille detinebatur, praemortuus erat) eumque in solio imperatorio collocarent; petulantem vero iuvenem in Byzantinam custodiam vinctum ablegarent. (VIII.) At Michaël Comnenus, accepta in hunc modum potestate (quae pridem ad ipsius patrem transmissa a maioribus fuerat, eo autem mortuo pervenerat ad Alexium fratrem; ac tandem ad istum, ut diximus, iuvenulis duobus interiectis, devoluta fuerat), ea quae iuraverat implevit; pactiones dico et sancita iureiurando cum Scholaris foedera, qui ut imperaret effecerant, et maiorem quam caeteri senatores summamque auctoritatem obtinebant. Convenerat porro, ut insignia quidem potestatis ipse retineret; eorum vero omnium, quae in posterum gerenda essent, ipsi praesides ac dispensatores forent, et rerum sive palam sive secreto agitando arbitri atque auctores. (IX.) Procedente autem tempore, quia et populus illorum oderat arrogantiam, et eorum qui perierant factio ipsis contraria potens iam evaserat, adiuvante populi in Scholaris odio, ortae inter utroaque rixae ac dissensiones in eam necessitatem eos adduxerunt, ut Mi-

ἀνάγκας ἦγον ἐκατέρους δεῖσθαι τῆς τοῦ Κομνηνοῦ Μιχαὴλ αὐτο- A. C. 1343
 κρατορικῆς ἔξουσίας· κἀντεῦθεν ξυνέβαινε αὐτὸν ἐν βεβαίῳ κα- Imp. Io. Pa-
 τέχειν τὰ τῆς ἡγεμονίας σκῆπτρα, μηδενὸς ἐμποδῶν τῇ ἔξουσίᾳ F laeol. 3
 τῶν κατὰ γνώμην καθισταμένου. καὶ ταῦτα μὲν τῆδὲ πη ἔσχεν.
 5 β'. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ σπάνις ἐπέβη σίτου Βυζαντίους P. 427 -
 τε καὶ πλείστας τῶν ἐν τῇ Θράκῃ Ῥωμαϊκῶν πόλεων. τῶν γάρ
 τοι Ῥωμαίων τοῖς ἐμφυλλοῖς περιπωμένων πολέμοις, συχνὰς
 ποιοῦμενοι τὰς ἐφόδους οἱ ἐξ Ἀσίας ἀδεῶς μονήρεσι καὶ τριήρεσιν
 ἐς τὴν Θράκην περαιοῦμενοι Τοῦρκοι, καὶ μάλιστα ἐν ἀκμῇ τοῦ
 10 σίτου, τὰς τε χώρας ἐνεπίμπρυσαν καὶ τὰ κτήνη ἤλαυνον, ἄν-
 δρας τε καὶ γυναῖκας ἠνδραποδίζοντο, καὶ πάντ' ἐποιοῦν τὰ γυ-
 λεπώτατα· ὡς ἀοίκητόν τε καὶ ἀγεώργητον ἐντεῦθεν καταλειφθῆ- B
 ναι τὴν γῆν. μίᾳ μὲν οὖν αὕτη πρόφασις Ῥωμαίοις γίνεται τοῦ
 λιμοῦ. δευτέρα δὲ καὶ μεῖζον, ὅτι καὶ ἡ ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόν-
 15 του κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐνιαύσιος κατιοῦσα σιτοπομπία ἐξ αἰτίας
 ἐπαύσατο τῆσδε καὶ αὕτη. (B.) Ἔστι Λατίνων τῶν ἐκ Γεν-
 νοῦας ἄποικος πόλις, ἣ πρὸς τῶν ἐγχωρίων καλεῖται Καφῦς,
 καὶ τοῦ πρὸς τῇ Μαιώτιδι Βοσπόρου τριακοσίου καὶ χιλίου C
 σταδίου διεχούσα, παρὰ τὰ εὐώνυμα τοῦ Εὐξείνου πόντου κει-
 20 μένη πλευρὰ, εἴ τις πρὸς ἄρκτους ποιεῖσθαι τὸν ἀνάπλου ἐθέλοι,
 καὶ τὸν τε βόρειον πόλον καὶ τὴν Ἑλλάκην ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν.
 εἰωθὸς γάρ τοις Λατίνοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ Γεννοῦας, ἐμ-
 πορικῶν τὰ πλείστα καὶ θαλαττίῳ βίῳ προσταλαίπρωεῖσθαι, καὶ
 τὰς τῶν χρημάτων προσόδους τῶν τε κοινῶν καὶ ἰδίων ἐντεῦθεν

chaëlis Comneni potestatem summam esse iis expediret. Eo factum est, ut
 iste imperatoriam auctoritatem firmam et stabilem haberet, neque ei dein-
 cepe quisquam obstaret, quo minus quidvis ex sententia facere posset. At-
 que haec ita ferme se habuerunt.

12. Eadem tempestate Byzantium et pleraeque in Thracia Romano-
 rum urbes rei frumentariae inopia laborabant. Turci enim, dum civilibus
 bellis Romani distringebantur, frequentes ex Asia incursiones faciebant, et
 tam moneribus sive unius remorum ordinis navibus, quam trirēmibus im-
 pante in Thraciam advecti, vigentibus praesertim segetibus, agros incendebant,
 iumenta abigebant, viros mulieresque in servitutem redigebant, omnia
 denique acerbissima perpetrabant; sic ut agri deserti et inculti remanerent.
 Prima haec igitur ratio existit, cur fame Romani urgerentur. Altera autem
 et gravior, quod frumenta illa, quae solebant ab Euxino ponto quotannis
 commeare, haud venerant. Cuius quidem rei causa haec fuit. (H.) Fun-
 data est a Latinis Genuensibus colonia, quam accolae Caphas nuncupant,
 distatque a Maeotico Bosporo mcco stadiis, sita propter sinistrum Euxini
 ponti latus, si quis septentrionem versus navigare ac borealem polum et
 Helicem habere ob oculos velit. Cum enim omnes Latini, ac praesertim
 Genuenses, vitam ut plurimum agant mercaturae et navigationum laboribus
 vexatam, atque inde pecuniam cogant tam publicam quam privatam, com-

- A. M. 6852 πορρῆσθαι, δόγμα τουτὶ κοινὸν ἐκ πολλοῦ κατέστη καὶ ψήφισμα
 Ind. 12 D τῇ σφῶν πολιτείᾳ τὰ μέγιστα ὠφελούην, σπονδὰς καὶ φιλίας συν-
 τίθεσθαι πρὸς τοὺς τῶν παραθαλασσίων πόλεων ἡγεμόνας, ὁπό-
 σασ λιμένες ἀγαθοὶ περικλύζουσι τε καὶ προσκλύζουσι, καὶ ἀνέ-
 μων οὐ δεδίωσι κλύδωνας. ἀναγκαζομένοις γὰρ ἐς τοὺς αὐτόθι⁵
 τόπους καταίρειν, καὶ τὰς ἐμπορικὰς χρείας δίδοναι τε καὶ λαμ-
 βάνειν, οὐ πρότερον ἔδοξε ῥάδιόν σφισιν εἶναι, πρὶν φίλους γί-
 νεσθαι, οἷς τῶν ὀρηκτηρίων ἡγεμόσιν εἶναι συμπέπτωκε. φόρους
 τοίνυν παρέχεσθαι ὑπισχνούμενοι, καθ' ὁπόσῃν καὶ οἷαν τὸ σύν-
 V. 347 θημα γένοιτο ἐκατέρωθεν τάξιν, καὶ χρειωδῶν ἀπανταχόθεν¹⁰
 P. 428 ἀπάντων εἰσκομιζοντας προτιθέναι κατ' ἔξουσίαν ὠνεῖσθαι τοὺς
 βουλομένους, καὶ οὕτως ἐπὶ ῥητοῖς τὸ συγκεχωρηκὸς δεχόμενοι
 καταγῶγια καὶ νομὰς ἐπαύλειον πρὸς τε ἑαυτῶν ἀνεγείρουσι κα-
 θέδρας τε καὶ οἰκήσεις, καὶ ὅσα πρὸς ὑποδοχὴν ἀποχρῶντ' ἀν
 εἶη τῶν ἀγαγίμων. (Γ.) Κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον οὐ πολ-¹⁵
 λοῖς τισιν ἔτεσι πρότερον καὶ ἡ ῥηθεῖσα πόλις ὠκίσθη τοῖς ἐκ
 B Γεννοῦς Λατίνοις, προσεληλυθόσι πρότερον τῷ τῶν Σκυθῶν
 ἡγεμόνι καὶ τὸ ἐνδόσιμον ελληφόσιον ἐκείθεν. ἥμιστ' ἄγε μὴν ὡς
 ἔχει τήμερον τείχους ὁμοῦ καὶ μεγέθους εὐθὺς ἔκτισται ἐξ ἀρχῆς,
 ἀλλὰ τάφρω καὶ σκόλοπι βραχὺν τινα χῶρον ὄρισαντες ἀτείχι-²⁰
 στον ὦκουν αὐτόν· ἡρέμα δ' ἔπειτα καὶ κατὰ βραχὺ προϊόντος
 τοῦ χρόνου λίθους ἐκ τε γῆς καὶ θαλάττης κομιζοντες οἰκίας
 ἐς τε πλάτος καὶ μῆκος ὠκοδόμουν, πρὸς πολὺν τὸν ἄερα τὸν
 C ὄροφον ἀναφέροντες· ὡς ἐν βραχεῖ τῷ χρόνῳ πλείονος ἢ κατὰ

11. τοῖς βουλομένοις conl. Boiv.

muni pridem acito ac decreto eorum reipublicae saluberrimo cautum est, ut foedera et amicitias iungant cum rectoribus earum urbium maritimarum, quascunque commodi et ab accessu ventorum securi portus circumfusis vel allabentibus maris fluctibus alluunt. Nam cum ad ea loca appellere mercesque illic dando accipiendoque mutare eos necesse sit, non prius id facile esse putaverunt, quam si amicos sibi facerent eos principes, quibus opportuna illae stationes propriae obtigissent. Ubi itaque promiserunt, vectigalia se soluturos, quanta et qualia utrinque convenerit, et ea quae usui sint, undecunque advecta, libere emendi copiam cuilibet facturos, atque ita certis legibus datam licentiam acceperunt, diversoria et tabernas aedificant, ubi sedere ipsi possint et habitare, et apothecas capiendis mercibus pares habere. (III.) In hunc modum et illa, quam diximus, urbs ante annos non multos fundata est a Latinis Genuensibus, postquam nempe Scytharum ducem convenissent, et facultatem ab eo acceperunt. Non tamen et muris et magnitudine, ut nunc se habet, ita statim ab initio fundata est. Sed breve quoddam agri spatium fossa et vallo cum definiissent, habitavere illic absque muris. Pedetentim deinde et paulatim, procedente tempore, lapidibus terra ac mari convectis, in latum et longum aedificarunt, tecta ipsa in altum attollentes; sic ut furtim plus spatii quam sibi datum fuerat brevi tem-

τὸν δοθέντα κατὰ τὸ λεληθὸς δράξασθαι τόπου, προφάσει δ' A. C. 1343
οικιῶν πλειόνων ἔτι καὶ μειζόνων, τῆς χρείας δῆθεν τῶν εἰσοκομι- Imp. Io. Pa-
ζομένων ἀναγκαζούσης καὶ τῶν πρὸς τὴν πρᾶσιν καὶ ἀγορὰν laeol. 3
προτιθεμένων ὠνίων, εὐρουχωρότερους ἐτίθειτο τοὺς τῶν σχολό-
5 πων τε καὶ τύφρων ἔλικας, καὶ τειχῶν ὑπετίθουν κρηπίδας,
μειζόνων ἐπιδίων ἐπαγγελίαν ἐχούσας· καὶ οὕτω σμικρὸν ἐπὶ
σμικρῷ τιθέντες πόλιν ἐχυρῶς τοῦ τειχίσματος ἔχουσαν κατε- D
στήσαντο· ὡς ἐν βεβαίῳ τὴν τῶν ἐνοικούντων ἀσφάλειαν ἤδη
κῆσθαι, καὶ μὴ εὐχερῶς ὑφ' ὄτωνδῆποτε ἔχειν πολιορκεῖσθαι.
10 (Δ.) Τῷ δὴ τοιοῦτῳ προτερήματι τοὺς Λατίνους ἐπαρθέντας
πρὸς τὸ ὑπεροπτικώτερον αὐξενὴ συνέβαινε τὴν σφῶν αὐτῶν συ-
γενῆ τῆς αὐθαδείας κηλίδα· ὡς ἐκ τοῦ μελλοῦτος ἤδη καὶ τοῖς κατὰ
συνήθειαν προσιοῦσι Σκύθαις τὰς ἀποκρίσεις διδόναι. ἄρτι τοί-
νων θρασύτερον λόγον ἀποδοὺς ἐνὶ τινὶ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ Σκυθῶν E
15 τις τῶν τὰ ὄνια κεκτημένων Λατίνων μῦθον πέπληκται πρὸς
τοῦ Σκύθου. ὁ δ' εὐθὺς ἀνείλε ἕξαιε τὸν παίσαντα· καὶ θόρυ-
βος ἐντεῦθεν ἀνὰ τὴν ἀγορὰν διεσκέδασται πάνυ τοι πλείστος.
(E.) Τοῦτο πρὸς ὧτα γενόμενον τῷ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγῷ ὀργῆς
ἐκπεράχει πλήρη καὶ θυμοῦ βαρβαρικοῦ μεστόν· περιφρόνησιν
20 γὰρ ἑαυτοῦ τὴν μεγίστην εἶναι τὸ πρᾶγμα ᾗδήθη, πρὸς μέσην F
αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν καὶ ἐπικράτειαν γεγονός· καὶ ἐπίμψας ἀπαλ-
λάττεσθαι τοῦ οικείου τόπου τὴν ταχίστην ἐκέλευε τοὺς Λατί-
νους. οἱ δὲ πρὸς ὄπλα χωρήσαντες, καὶ τὴν πόλιν ἀσφαλισάμε-
νοι, τραχέει λόγοις καὶ ὑπερηφάνοις τοὺς πρέσβεις ἀπέπεμψαν.
25 τοῦτο πρὸς ἐσχάτην ἔξιμηνε τὸν Σκύθην ὀργὴν ἔτι· καὶ μοῖραν

1. τόπου Βοῖν. pro τρέπου. 12. τοῖς Βοῖν. pro τῆς.

pore occupaverint. Plura vero et malora aedificia exstruendi causa (quasi importatae sarcinae et res ad vendendum emendumque propositae exigent atque cogent) fossarum et vallorum ambitum latius porrexerunt, et ea fecerunt murorum fundamenta, quae maius aliquid pollicerentur: atque ita parvis parva incrementa addendo urbem munitionibus firmaverunt; ita ut iam in tuto esset habitantium salus, nec facile ab ullo obsideri possent. (IV.) Hoc successu animi Latinorum sic elati sunt, ut arrogantia, quam illi labem ingenitam alloqui habent, maiorem in modum aucta, iam quasi superiore de loco Scythia de more adeuntibus responsa dederent. Itaque cum insolentius uni eorum Scytharum, qui in foro erant, respondisset unus ex Latinis mercatoribus, eum Scythia stimulo percutit. Ille eum, a quo percussus fuerat, gladio interimit. Tumultus inde plurimus forum pervagatur. (V.) Ea re audita Scytharum princeps ira percitus et spiritu barbarico plenus (nam maximo sui contemptu factum esse duxit, ut in medio suo imperio mediaque ditone facinus illud perpetraretur) ad Latinos mittit, qui lubeant facessere eos quamprimum ab illo loco, utpote suo. At illi ad arma eunt, munitaque urbe legatos asperbe alloquuti dimittunt. Id vero Scytham vehementissima ira denuo efferat. Scytharum itaque par-

- A. M. 6852 ἀπολεξόμενος Σκυθικὴν, καὶ μᾶλα ἄλλην, οὐκ ἀνίει πέμπων
 Ind. 12 ἄλλην ἐπ' ἄλλη συχνὰ πρὸς πολιορκίαν αὐτῶν. (ς'). Ἄλλ' ἐκείνοι
 P. 429 τὰς ἐπάλλξεις ἔνδοθεν κατασφράζαντες ἀνδράσι καὶ ὄπλοις καὶ
 πᾶσι μηχανήμασιν ἐκπηβόλοις πολλὰ τῶν Σκυθικῶν κατεγέλιον
 βελῶν. ἄλλως τε καὶ θαλαττοκρατοῦντες αὐτοὶ, καὶ τὴν τῶν⁵
 ἐπιτηδείων ἀφθονίαν ἐκ θαλάσσης ἐσκομιζόμενοι, περὶ ἐλαχί-
 στου τὰς τῶν Σκυθῶν ἐφόδους τε καὶ περιστρατοπεδεύσεις ἐτί-
 θεντο· καὶ τό γε μείζον, ὅτι τριήρεσι πλείσταις περιπλέοντες τε
 Βκαὶ παραπλέοντες πῦσαν τὴν τῶν Σκυθῶν παραλίαν δύο τὰ
 χαλεπώτατά σφισι προὔξενον· ἐν μὲν, ὅτι μηδαμῆ καταφρεῖν τῶν¹⁰
 φορητῶν ὀγκάδων οὐδ' ἤντιον συνεχώρουν ἀγορᾶς καὶ πρά-
 σεως ἕνεκα· ὁ σφόδρα ἐκείνους ἐλύπει, τό, τε περιττεῦον ἀνό-
 V. 348 νητον ἔχοντας καὶ τὸ ἐνδόν ἀνεπινόητον· δεῦτερον δ', ὅτι καὶ
 τῶν νεῶν ἐκπηδῶντες ἐνόστε καὶ ἐνιαχοῦ πολλὴν ἐκ τῆς Σκυθι-
 κῆς κατῆγον τὴν λείαν ἐς τὰς τριήρεις· ὡς ἀντεστράφθαι τὰ τῆς¹⁵
 Cπολιορκίας καὶ πολιορκεῖσθαι μᾶλλον τοὺς Σκύθας δοκεῖν, ἢ
 πολιορκεῖν. (Ζ.) Ἐν δὴ τοῖς τοιοῦτοις μακροῦ μεταξὺ τριβο-
 μένου τοῦ χρόνου, οἴτου τε σπάνει τὰς Ῥωμαίων πιξέσθαι πό-
 λεις καὶ ὅσα τῶν ταριχευτῶν ἐδωδύμων ἐκ τῆς Μαϊώτιδος καὶ
 τῶν ἕγγιστα ποταμῶν συνηλέθη. ἔξιςτι μέντοι θαυμάζειν, ὅπό-²⁰
 σοις μὴ διασείσεται πῶς τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, ὅπως ἀπο-
 κλεισθείσης οὕτωσι τῆς ἄνωθεν σιτοπομπίας, ἐμέλησεν εὐθὺς
 Dτῆ προνοῖα σιτοπομπίας ἐτέρας ἀνεωγῆναι θύραν. Ἴωνία γὰρ
 καὶ Φρυγία καὶ πρὸς γε Βιθυνία, καὶ ὅσον ἐπέκεινα χώρον

tem legit; tum aliam statim adlungit, nec cessat alios super alios mittere urbem obsessuros. (VI.) At hi munito introrsum vallo viris armisque, ac tormentis cuiusquemodi missilibus, Scythica tela prorsus irridebant. Ad haec, quia maris imperio potiebantur, et rerum necessarium copiam omnem sibi inde comparabant, idcirco Scytharum impetum et circumstantes exercitus minimi faciebant: et quod maius est, triremibus quamplurimis totam Scytharum maritimam oram circum ac praeter vecti, duplicem illis molestiam eamque maximam exhibebant: primo quia nusquam appellere emendi ac vendendi causa patiebantur navem ullam onerantem; quod istos quidem valde angebat, quibus minime utile esset id, quo abundarent, ac minime parabile id, quo egerent: deinde quia navibus exsidentes aliquando et certis in locis multum praedae ex Scythia agebant in triremes; ita ut obsidionis ordo inverteretur et magis obsideri Scythae viderentur, quam obsidere. (VII.) In his cum esset multum tempus consumptum, coepere interim Romanae urbes laborare inopia frumenti et eorum cibariorum, quae sale condita ex Maeotide vicinisque fluviis afferuntur. Caeterum ii, quorum inco-lume iudicium est, mirari possint, quomodo interclusis iis, qui antea fuissent, commeatibus curaverit statim Providentia, ut via alia pateret frumento advehendo. Ionia enim et Phrygia, ac praeterea Bithynia, et agrorum

χαῖρες Περσικαὶ γεωργοῦσι, πολὺν ἐχορήγουν τριηκῆντα τὸν σίτον A. C. 1343
 ταῖς πόλεσι, καὶ ψυχοβράγους ἢ θεῖα πάλιν οὕτως ἀνέβρωσε Imp. Io. Pa-
 χείρ. (H.) Τὴν γε μὴν Λατινικὴν κατὰ Σκυθῶν ἐκείνην αὐθύ- laeol. 8
 δειαν εἰς νοῦν οἱ Τραπεζούντιοι βυλλόμενοι καὶ δέουσιντες, μὴ E
 5 καὶ κατ' αὐτῶν τι νεωτερίσωσιν ὅμοιον καὶ οἱ παρὰ σφῶν προσ-
 οικοῦντες ὁμοίως Λατίνοι, περιστάντες αἰφνίδιον τοὺς μὲν
 πλείους ἔργον ἀπέφθησαν ξίφους· οἷς δὲ περιλειφθῆναι συμπέ-
 πτωκε, τούτοις δὲ ταπεινότερον κερχῆσθαι Τραπεζουντίους δια-
 γέγονε τοῦ λοιποῦ. καὶ ταῦτα μὲν τῆδὲ πη ἔσχεν.

10 γ'. Ὡσπερ δὲ ψηφίσματος κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ P. 430
 κοινοῦ τινος δόγματος ἐκ θεοῦ κατὰ πάσης ὁμοῦ κρωθέντος
 τῆς οἰκουμένης, ἀρχάς τε καὶ ἔξουσίας, καὶ ὕσαι δημοκρατίαι
 καὶ ἀριστοκρατίαι, συγκεχύσθαι στασιασθείσας ἐφ' ἑαυτὰς καὶ
 πρὸς ἐμφυλίους ἀνυδρίπισθείσας μάχας, οὐδὲν οὐδαμῆ σχεδὸν
 15 ἐλλέμπται μέρος, ὃ μὴ τοῦ τοιοῦτου παραπολεαυκεῖ δεινοῦ,
 εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸν ἴσον δῆπουθεν τρόπον, ἔς γε τὸ μείζον καὶ
 ἤττον. κρῖματι γὰρ εἶναι ταῦτα θεοῦ πάντας θνητοῦς λογισμοὺς B
 ὑπερβαίνοντι, εἰ μὴ πού τις ἐξ εἰκασίας τινὸς στοχαζόμενος φά-
 σκε καλαιωθεῖσαν κακίᾳ τὴν γῆν, καὶ δευσοποιοῖς τισι κατηλευ-
 20 θεῖσαν κηλῖσι, καθαρὸν τε καὶ πάσης χαμερποῦς ἐμβριθείας
 ὑπέριον χαρίσασθαι βουληθέντος ταύτῃ πτερόν, ἔν' ἐλευθέ-
 ριον καὶ μετέωρον καὶ εἰρήνης ὑπὲρ ποτε ἀναπνεύση τερπνότητα,
 εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης ἀγομένη κακόσι καὶ στάθμαις. (B.) Καὶ C

8. ταπεινότεροις comi. Boiv.

quidquid ultra eas provincias Persarum manibus colitur, multum frumenti
 urbibus tum suppeditarunt, quas semianimes in hunc modum rursus caele-
 stis dextra erexit ac roboravit. (VIII.) Eam Latinorum contumaciam ad-
 versus Scythas cum Trapezuntii animo reputassent, vererenturque, ne in se
 simile aliquid inceptarent ii Latini, qui et ipsis pariter vicini habitabant,
 circumstant subito, ac plerosque gladiis concidunt. Qui vero superstites
 inde evasere, eos humiliores postea experti sunt Trapezuntii. Et haec
 quidem ita se habuerunt.

13. Quasi autem constitutum esset divinitus eo tempore, et generali
 numinis decreto sancitum adversus omnes pariter gentes, ut et imperia et
 potestates et omnes tam democratiae quam aristocratiae turbarentur, inte-
 stinis seditionibus agitatae ac bellorum civilium quasi flabellis ventilatae;
 nulla pars usquam ferme relicta est, quae illam calamitatem, si non utique
 ex aequo, at plus minusve participaverit. Ea enim Dei decreta sunt, quae
 omnem humanam rationem supergrediuntur; nisi quis forte coniectura ali-
 qua ductus Deum dicat voluisse vitium inveteratis laboranti et maculis qui-
 busdam penitus insidentibus corrupto orbi largiri puriori et omni terrena
 mole altiorem pennam, ut liber excelsusque, et pacis recreatus amoenitate,
 aequitatisque et iustitiae praeceptis ac regulis obtemperans, tandem ali-
 quando respiraret. (II.) Ac primo quidem Latini Genuenses Tuzum illum,

- A. M. 6852 *πρωτον μὲν οἱ ἐν Γεννούσῃ τῇ πόλει Λατίνοι Τούζου ἐκείνον, ὃν*
 Ind. 12 *εἰς δουκὸς ἀνήγαγον ἐκ μακέλλης ἀξίαν πρό γε δυοῖν τοῖν ἐνιαυ-*
τοῖν, συστάντες ἀρτίως ἐξήλασαν, ἐπολεμωθέντων λάθρα κατ'
αὐτοῦ πρὸς τῶν περὶ Σπίνουσαν καὶ Σερτώριον εὐγενῶν· οἱ τῆς
ἐξουσίας ἐπιλημμένου Τούζου, τῆς πόλεως ἐξώσθησαν ἀγεννῶς, 5
 D τῶν δημοτῶν ἅτε ἐπὶ μέγα δυνάμειος ἐλληλυθυσίαν ἰδόντων τῆν
 V. 349 τούτων ἀρχὴν καὶ τυραννικώτερον ἤδη τῶν δημοσιῶν ἀπτομέ-
 νην πραγμάτων. συγχωρηθέντες γὰρ αὐθις ἐντὸς γενέσθαι Γεν-
 νούσας μετριώτερον ἄγοντας βίον, τοῖς δὲ βραχὺ μετριάσαισι
 τάχιστα παλινδρομεῖν ἰδοὺ ἐς τὴν πρὶν ὑπερηφανίαν καὶ τὸν 10
 τυραννικὸν ἐκείνον τύπον. ὅθεν συστάντων ἐπ' αὐτοὺς αὐθις τοῦ
 δήμου, τῆς πόλεως ἀγεννέστερον νῦν ἐξωθοῦνται· καὶ γίνεται
 E δοῦξ ἕτερος, τῷ πρὶν παραπλήσιος, ἐξ εὐτελῶν καὶ αὐτὸς τὰς
 τύχας ἔλκων τοῦ γένους· ὡς ἂν ἐνθύμιον σύντροφον ἔχων αἰ
 τὴν τοῦ γένους κηλῖδα καὶ τὰς ἐκ γενέσεως τύχας φ τῷ μετρία 15
 καὶ προσηνεῖ τοῦ φρονήματος ἐρείδῃ τῶν λογισμῶν τὰς κρηπίδας.
 P. 431 (Γ.) Ἀλλὰ καὶ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων μεταλλάξαντες ἡγεμόνος εἰς
 πολλὰ τὴν ἀρχὴν τοῖς παισὶ διελοῦσι στασιάξιν πολὺν πρὸς ἀλ-
 λήλους ἤδη χρόνον γεγένηται· ὡς καὶ τὰ τῶν Αἰγυπτίων ὑποβ-
 ρεῖν καὶ ἐς τὸ ἀσθενέστερον ἐντεῦθεν αἰ ἐννελαύνεσθαι πράγματα. 20
 (Δ.) Ναὶ μὴν καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄτλαντα τὸν ἐσπέριον Αἰβυλῆς τε
 καὶ Μαυρουσίων οἱ πλείους, Ἀννίβαν ἐκείνον τὸν κάλυ τὸν Καρ-
 B χηδόσιον μιμησόμενοι τέως, πλήθει μεγάλων δυνάμεων τὸν Γα-
 δειραῖον διαπεραιούμενοι τράχηλον τοῖς μὲν Εὐρώπην οὐκ οἰσι
20. καὶ add. Boiv.

quem ab ipso ligone ad Ducis dignitatem duobus ante annis evexerant, con-
 spiratione facta mox eiciunt, nobilibus videlicet in eum clam instigatis a
 Spinula et Sertorio; qui, Tuzo serum potito, eiecti ex urbe per summam
 ignominiam fuerant, ob eam nempe causam, quia populus eorum domina-
 tum pervenisse ad magnam potentiam et publicas res nimis iam tyrannice
 ab iis administrari videret. Porro illi ipsi in urbem rursus intromissi, ea
 lege ut modestius se gererent, mediocritate haud diu servata, ad pristinam
 statim superbiam suumque illum tyrannicum fastum recurrere maluerunt.
 Quapropter conspirante in eos rursus populo, maiore cum ignominia nunc
 quoque e civitate exiguntur, creaturque Dux alter, superiori similis, hu-
 mili et ipse loco natus; ut is domesticam generis labem et natalium suorum
 conditionem animo reputans nihil cogitet, quod non moderatione et animi
 mansuetudine tanquam fundamento nitatur. (III.) Item ex quo Aegyptio-
 rum princeps decessit, eius liberi imperium in multa partiti iampridem
 inter se discordant; eoque fit, ut Aegyptiorum res dilabantur atque inde
 ruant in peius. (IV.) Quin et ii Libyas populi, qui circa occiduum Atlan-
 tem habitant, et plerique Maurorum, veterem illum Hannibalem Carthagi-
 niensem hac in re imitati, magnis cum copiis Gaditanum fretum traiecere;

γίνεσι τῶν Ἰσπανῶν διὰ μάχης γίνονται, καὶ πολέμοις πολέμοις A. C. 1343
 συνάπτοντες ἐπὶ μελζους βαδίζουσι μάχας αἰέ. (E.) Καὶ Βρετ-^{Imp. Io. Pa-}
 τανοὶ δ' ὁμοίως, ναυτικαῖς δυνάμεσι διαβαίνοντες ἐς τὴν Κελτῶν ^{laeol. 3}
 ἤπειρον, μεγάλους συγκροτοῦσι πολέμους. (ς'.) Ἔτι μὴν τὸ
 5 Σκυθικὸν ἐκεῖνο γένος, οἳ τὴν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Περ- C
 σῶν, καὶ ὅσα ἐπέκεινα τῶν ἔθνῶν, πάσαι πολλὴν ἤδη χρόνον κα-
 τίσχον γῆν καὶ τὸ τῆς αὐθεντίας ἅπαν ἐκείνων κράτος, νῦν εἰς
 διαφόρους διαλυθέντες ἀρχὰς συχνὰ κατ' ἀλλήλων ὀπλίζονται,
 καὶ μὲγα καπνοῦ καὶ φλογὸς ἐγερεῖν ἢ τούτων ἕρις ὑπισχεῖται
 10 τὸν ἐκ τῆς μάχης φόνον. (Z.) Ἄρτι δὲ καὶ συνδρομὴν τὰ τῶν
 διαφόρων Λατίνων ποιησόμενοι γένη κατὰ τῶν Περσικῶν ἐξή- D
 εσαν νεῶν, ὅσαι πειρατικὸν τινα βίον καὶ ληστρικὸν ἀναμετροῦν-
 τες ληΐζονται τὰς ἐκείνων ὀγκάδας τε καὶ τριήρεις, ὅσαι κατ'
 ἐμπορίαν ἀνιοῦσαι τε καὶ κατιοῦσαι τὴν θάλατταν ἅπασαν τὰς
 15 ἐμπορικὰς κομίζονται χρείας. τῶν γε μὴν εἰρημένων νεῶν εἰς
 ἐπὶ καὶ εἴκοσιν ἦν ὁ ἀριθμὸς ἀνιῶν. Κύπριοι δ' ἦσαν αὐταὶ
 καὶ Ῥόδιοι, Σαλαμίνιοι τε καὶ Οὐνετιῶν, καὶ ὅσαι πρὸς τε Πάππα
 καὶ Γεννοῦας συνήεσαν. πᾶσαι δ' ὁμοῦ παρὰ τὸν τῆς Σμύρνης E
 ἐξαιρέτης καταπεπλευκνῆσαι λιμένα εἶλον ἐξ ἐφόδου καὶ ὁ παρὰ
 20 τὸν λιμένα φρούριον ἦν Περσικόν. καὶ σφισι μὲν ἦν κατὰ γνώ-
 μην, ὡς ἐξ ἀσφαλοῦς ὀρηκτηρίου συχνὰ ἐπεκδέουσιν ἐκεῖθεν
 ἐς τὴν μεσόγειον ἀναθεῖν ἐκ τῶν παραλλίων ἠρέμα τὸ βύρβαρον
 πῦν. τὰ γε μὴν πράγματα ἤκιστα κατὰ γνώμην ἦν προχωροῦντα.

et nunc cum Hispanis Europam incolentibus praeliantur, atque alia ex alia
 bella noctentes in maiora quotidie certamina descendunt. (V.) Britanni
 quoque similiter navalibus copiis in Galliam traiccentes bella conflant, ea-
 que ingentia. (VI.) Ad haec Scytharum illud genus, quod Assyriorem,
 Medorum, Persarum et ulteriorum gentium ditionem iam pridem occupavit
 et omne auctoritatis robur apud eosdem obtinet, nunc in multa imperia dis-
 tracti, arma in se invicem quotidie movent; minaturque eorum discordia
 magna caedes, magnum belli incendium, fumum videlicet et flammam late
 sparsurum. (VII.) Nuper denique concursus factio diversa Latinorum ge-
 nera adversus Persarum naves processerunt; eorum inquam Persarum, qui
 piraticam et latronum vitam sequuti diripiunt onerarias illorum naves ac tri-
 remes; quotquot nempe mercandi causa per totum mare eundo ac redeundo
 venalia quaeque advehunt. Illorum porro, quos dixi, Latinorum classis
 navibus septem et viginti constabat: erantque illae Rhediae, Cypriae, Sa-
 laminiacae et Venetae; praeter eas, quae a Papa et a Gouenisibus instructae
 convenerant. Hae cum ad portum Smyrnaeorum derepente omnes simul
 appulsaee essent, primo impetu castellum Persicum ceperunt, quod est iuxta
 portum. Et ipsis quidem in animo erat inde, tanquam ab statione tutissima,
 crebras facere excursions, ac paulatim ab ora maritima retro in mediter-
 raneum compellere quidquid illic esset barbarorum. Res vero ipsae minime
 ex sententia succedebant.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΔ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Cantacuzenus, cum Amurio Christopolitanas fauces transgressus, opida sollicitare constituit. Perithorio frustra oppugnato, Didymotichum abit. Ibi se et suos reficit. Irenae uxori gratias agit ob res praeclare gestas. Eius mulieris strenuitas et solertia. Byzantii Amurio pecuniam offerunt, ut domum redeat. Hic, re cum Cantacuzeno communicata, pecuniam accipit. In Asiam traicit, brevi rediturus (Cap. 1). Terrae et maris agitatio violenta. Clades ex grandine: item ex terrae motu. De exundatione. De terrae motu iterum. Aerei Angeli caput inclinatum. Urbis simulacrum escussum e manu statucae imperatoriae. Quid ea res portendere visa sit. Templum S. Sophiae orientem versus dehiscit (2). Apo-caucus, rebus suis diffusus, patriarcham et Ioannem Gabalam sibi mansipare statuit. Patriarchae familiam numerosam ornat et ditat. Ipsum, ut infulam, calceos et subscribendi morem mutet, hortatur. De Novae Romae privilegii disserit: item de auctoritate patriarchali, quam ait maximam nunc esse. Patriarcha rubros calceos recusat. Caetera admittit; ambitiosus et imprudens. Sacerdotii et imperii diversae functiones. Utriusque potestatis habitus dispar. Altera alteram quatuor invet. Ioannes patriarcha se et imperium perdidit. Christum imitari pontifex debet. Laudata ab Alexandro Magno Diogenis modestia. Fructus ambitionis. Apo-caucus Ioanni Gabalae filiam suam desponsurum se promittit; quid vicissim ab eo pactus. Rerum administrationem eidem committit. Ipse cum patriarcha et iunioris imperatore Perinthum abit. Scelus maximum meditatatur. Annae imperatricis mens caeca. Spes inanes (3). Cantacuzenus Comotenam et Gratianopolin in deditionem accipit. Momitilae genus et varia fortuna. Ut per latrocinia metuendus evaserit. Societas ab eo inita cum Cantacuzeno. Viribus maiorem in modum auctis despoticae dignitatis insignia a Byzantiis oblata accipit. Cantacuzeno inasidiatur. Hic vere novo Comotenorum urbe egressus apud Mosinopolin castrametatur. Obdormiscit amoenissimo in loco: ubi res visu et auditu mirabiles ei oblatae. Momitilus impuratum opprimere festinat. Cantacuzenus cum suis in ma-

gnas angustias adductus. Tumultuariam et iniquam pugnam committit. Armigeri beneficio salvus evadit. Hostibus tandem coactis recedere, Didymotichum abit (4). Apocaucus, opportunam occasionem nactus opprimendi Cantacuzeni, bellum apparat. Didymotichum exercitu infesto petit. Pythium castellum obsidet. Cantacuzenum multi e suis deserunt. Reliquorum intempestiva postulata. Ipsius responsa. Andronicus Palaeologus, Apocauci gener, fluvium tranando submergitur. Apocaucus a Ioanne Gabala apud imperatricem Annam accusatur. Byzantium redit. Imperatricem placat. Urbis muros reficit (5). Clades ex grandine. De natura grandinis. Grando furoris divini instrumentum (6). Ecclesiae mala omnium gravissima. De Massalianis et Bogomitis in monte Atho comprehensis. Fius montis amoenitates. Athos ferociam Xerae domuit. Uni virtuti favet. Deprehensorum illic haeticorum nomina. Eorundem dogmata impura Tomo Synodico comprehensa. Piorum monachorum diligentia et zelus. Haeticis variis poenis coërciti. Quidam fuga elapsi recipiunt se in magnas urbes. Picos Martios imitantur (7). Quando et cur Gregoras ab aula secesserit. Zenonis philosophi apophthegma. Imperii et ecclesiae perturbatio maxima. Veteres philosophi non risabantur inter se, nisi pacis tempore. Byzantini theologi nec in ipso belli aestu altercari desinunt. Hariolis et eius generis hominibus fides habita. Gallus astrologus imperatrici placencia praedicit. Gregoras arcessitur, ut cum eo disputet. Astrologorum praedictiones vanas esse arguit ex Ptolemaeo et S. Basilio: item ex Chaldaeorum versibus. Fatum tollit. Providentiam agnoscit. Hariolo refutato, Augustae odium in se movet. Ad rem redit (8). Gabalas, metu Apocauci, monasticum habitum induit. S. Sophiae templum, asylum olim inviolatum; a Gabala et a patriarcha temeratum. Amurius, in Thraciam reversus, Byzantium usque cum Cantacuzeno progreditur. Urbis adspectu obstupescit. Pauci murorum custodes. Apocauci diffidentia. Cantacuzenus et Amurius Momitilam debellatum eunt, Romanas urbes invadentem. Iuxta Perithorium castrametantur. Momitilae audacia. Eiusdem circumventi consternatio. Acris pugna. Cedit Momitilas. Fius milites omnes fere caesi (9). Apocauci caedes quando, ubi, et a quibus perpetrata sit. Illius anxietas; stipatores; immoderata ambitio. Carcer ab eo aedificatus; quem ad finem. Reorum desperatio. Consilium audax. Apocaucus imprudens, stipatoribus in atrio relictis, arcem ingressus. A Raüle et ab aliis nobilibus interimitur. Documenta ex eo eventu capienda. Interempti caput abscissum; summo muri fastigio imponitur. Caedis auctores, aliique vinculis soluti, partium inter se custodiam arcis. Rebus ad tolerandam obsidionem necessariis destituuntur. Cibaria accipiunt a Galataeis, qui et promissis eos confirmant. Imperatrix Galataeos aditu arcis prohibet. Obsessi, in maximas angustias adducti, de pace agunt. Apocauci uxor vidua Gasmulos armat Augustae permisit. Hi arcem expugnant. Obvios quosque iugulant. Spectaculum miserabile. Arae ipsae sanguine respersae. Contigui monasterii direptio. Caesorum capita per urbem circumlata. Sicariorum et ipsius Augustae inhumanitas. Cadavera sepelire vix tandem permissum. Mortui Apocauci filius Thessalonicam tradere Cantacuzeno statuit. Arcem occupat. Impetu plebis opprimitur (10). Batatzes ignobilis genere; ut ad opulentiam pervenerit. Thessalonicae praescitur: deinde, Apocauco filium suum ei subrogante, ciicitur. Ad Cantacuzenum deficit. Solymani generi armis adiuvatur. Mortuo Apocauco cum Anna imperatrice reconciliatus maioris copias ex Asia arcessit. In Cantacuzenianos saevit. Persae, praeda et viatico defraudati, eum occidunt. Ad Cantacuzenum transeunt (11).

A. M. 6852

Ind. 12

A. C. 1344

Imp. Io. Pa-

laeol. 3

P. 432

V. 350

α'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐν τοῖς προσήκουσι τόποις
 λελέξεται διαρκέστερον. νῦν δ' ἐπανίημι ἡμῖν ἀναγκαῖον ἂν εἶη,
 σαμεν λόγον. ἦν δ' ἡ περὶ τὰ τῆς Χριστουπόλεως στενὰ τοῦ Καν-
 τακουζηνοῦ διάβασις ὁμοῦ τῷ Ἀμοδρ, τῷ τῶν Περσῶν ἐκείνῳ
 σατράπῃ. διαβάντι γὰρ ἔδοξε πείραν προσύγειν ταῖς πόλεσι, καὶ
 οἷς μὲν καθ' ὁμολογίαν παραδιδόναι οἱ σφῆς αὐτοὺς ἐθελοντῶν
 Β πρὸς βουλήσεως εἶη τῇ ἐκείνου χειρὶ, τῶν προσηκόντων γερωῶν
 ἀξιοῦν· οἷς δὲ τοῦναντίον, τούτοις δὲ τοῦναντίον. (B.) Μιθ'
 ἡμέρας οὖν ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις ἦγεν ἐπὶ τὴν πόλιν, ἧ Περι-
 θόριον ὄνομα. ἦν δὲ καὶ περιστρατοπεδεύσαντες, ἐπεὶ κἀκεῖνοι
 πολεμῆν ἔγνωσαν, ἐπολιόρχουν. ἐπεὶ δ' ἐπὶ πολλαῖς κάμοντες
 C ταῖς ἡμέραις ἐπέβαινον οὐδέν, ὑπρακτος λοιπὸν ἀναζεύξας ἐκεί-
 θεν οὐδὲ μιᾷ τῶν ἄλλων ἔτι προσάγειν βεβούληται· ἀλλ' ὅλας
 ἡνίκαις ἤλαυνεν ἐπὶ Διδυμότειχον, οὐκ ἀγαθὸν κὰν ταῖς ἄλλαις εἰ-
 ναι κρίνας οἰωνὸν τὴν ἀποτυχίαν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐκείνης τῆς
 πόλεως. (Γ.) Αὐτόθεν τοίνυν λαμπρῶς ἀυλιζόμενοι, καὶ τῆς
 μακρᾶς ἐκείνης καὶ ἐπιπόνου διαίτης τὴν ἀνάλογον ἀλλαττόμενοι
 D θνημθίαν τε καὶ ῥαστώνην, φρουρούς τε ἐκείνους Διδυμοτείχου
 τῆς πόλεως καὶ ἅμα στρατιώτας καὶ στρατηγούς ταῖς προσηκού-
 σαις ἡμεῖβετο δεξιώσεσι καὶ φιλοφροσύναις· καὶ πρό γε πάντων
 Εἰρήνη τῇ βασιλίδι πολλοὺς ἀπὸ γλώττης τοὺς ἐκ ψυχῆς ἀπεδίδου
 χαριστηρίους, ὧν τε ἐκαρτέρησε μακρῶν ὁμοῦ καὶ ποικίλων ἀνια-

14. ἔτι cod. Vat., ὅτι apogr. Par.

1. Sed haec quidem infra suis quaeque locis fusiùs exponentur. Nobis vero nunc necesse est illuc regredi, unde ad haec digressi sumus, et ubi superioris narrationis cursum interrupimus. Erat autem nobis sermo de Cantacuzeni et Persici illius satrapae Amurii transitu per Christopolitanas angustias. Transgresso igitur imperatori visum est oppida sollicitare; et ea quidem, quae voluntaria deditio in illius manum concedere ultro malent, meritis praemiis afficere: quae autem secus factura essent, cum iis secus agere. (II.) Quamobrem post aliquot dies coactas copias ad urbem ducit, cui Perithorio nomen est. Eam primo circumsidet: mox illis ad bellum sese accingentibus, oppugnat. Sed quia multis ibi diebus exactis labore assiduo nil profecerat, motis inde castris deinceps nihil egit, nec caeterarum urbium ullam aggredi voluit, sed Didymotichum laxis habenis contendit, etiam in aliis ratus augurii esse non boni, quod ab illa urbe primo statim conatu repulsus foret. (III.) Confestim itaque splendide hospitio excipiuntur: diuturnam illam et molestam vitae austeritatem pari hilaritate et iucunda animi relaxatione mutant: Didymotichi urbis custodibus, item militibus et ducibus, qua par est comitate et humanitate, Cantacuzenus gratum se exhibet: in primis Irenae imperatrici maximas gratias lingua et ex animo persolvit, quod diuturnas et multiplices aerumnas in illis qui inter-

ρῶν ἐν τῷ τῶν μεταξὺ μεγάλων ἐκείνων πραγμάτων κλώδασι καὶ A. C. 1644
 ὡν ἐνεδέξατο γενναίων ἀγώνων, ἐν τε βουλαῖς καὶ δώροις παρ- Imp. Io. Pa-
 τοίοις καὶ μελιχίοις λόγοις, δι' ὧν ὁμοῦ στρατηγούς τε καὶ P. 433
 στρατιώτας ἀνεφρόωννέ τε καὶ πρὸς τὸ ἐπισηχότερον διανίστασθαι
 5 παρεσκεύαζε· πῆ μὲν θωπεύουσα, πῆ δ' ἐλλήχουσα· καὶ πῆ μὲν
 ταῖς δευδρόποις τῶν πραγμάτων ἐκείνων ποικίλαις μεταβολαῖς
 τῆν τῆς οἰκείας ἀντιτιθεῖσα διανοίας δεξότητα, πῆ δ' οἰκονομ-
 κῶς ἀντιπράττουσα ταῖς ἐκ Βυζαντίου λάθρα καὶ συχνὰ προσιού- B
 σαις ἄλλοι' ἄλλοις τῶν ἐς Διδυμότειχον στρατιωτῶν ὁμοῦ καὶ V. 851
 10 στρατηγῶν ἔποσχέσεσί τε καὶ δολεροῖς μηχανήμασι, καὶ λαμ-
 πρῶς ἀνωτῶσα κινδυνεύοντα πίπτειν φρονήματα. μάλιστα δὲ
 τοῦ δραστηρίου καὶ τῆς ἀγχινοίας αὐτὴν ὁ σατράπης Ἄμοϋρ ἐξε-
 πλάγη τεθυμακῶς, ἐπειδὴ γε ἐμεμαθήκει ταύτην οὔσαν αἰτιω-
 τάτην, ἀνθρῶπίνως εἰπεῖν, τῆς διαμονῆς καὶ συστάσεως τοῦ τε
 15 στρατοῦ καὶ Διδυμοτείχου τῆς πόλεως καὶ δι' αὐτῶν τῆς τῶν C
 ὄλων τῷ βασιλεῖ πραγμάτων ἐν ἀσφαλεῖ καταστάσεως. καὶ ταῦτα
 μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον· καὶ ὁ χειμῶν ἐν τούτοις ἐτελεύτα.
 (Δ.) Ἦρος δ' ἀρχομένου οἱ μὲν Βυζάντιοι τῶν ληστρικῶν
 κατὰ Διδυμοτείχου πολέμων καὶ λόγων ἀποστάντες, δεῖν τῆς ἐκεῖ
 20 Περσικῆς δυνάμεως, πρὸς ἕτερα πάλιν ἐχώρουν βουλευόμενα.
 καὶ δὴ βέλτιον ἔδοξεν εἶναι σφίσι, χρημάτων ἀφθονία κρύφα D
 περιεληλυθόσιν Ἄμοϋρ, τὸν σατράπην καὶ ἡγεμόνα τῆς Περσικῆς
 δυνάμεως, πείσαι καταλιπόντα Θράκην καὶ φιλῶν ἔρωτας οἰ-
 καδὲ πρὸς Ἀσίαν τάχιστα ἐπανήκειν. (Ε.) Τὰς δὲ τοιαύτας ἔπο-

cessissent magnorum negotiorum fluctibus constantissime pertulisset; quod
 fortem animum praestitisset rebus difficilibus; deliberando scilicet; omnis
 generis dona largiendo; mollibus dictis confirmando atque in meliorem spem
 erigendo duces paleriter et milites; ac nunc quidem blandiendo, nunc incre-
 pando; nunc celeribus et variis temporum illorum vicissitudinibus ingenii
 sui vividam vim opponendo; nunc sapienter occurrendo machinationibus
 dolosis et pollicitationibus, quae ad tentandos Didymotichi milites et duces
 alias alios Byzantio clam et crebro venissent: denique animos vacillantes
 egregie relevando. Maxime autem eius strenuitatem et solertiam stupuit
 atque admiratus est Amurius, postquam accepit unam hanc, quantum hu-
 manis viribus praestari posset, effecisse, ut et milites et ipsa urbs Didymo-
 tichum constantes in fide manerent, eademque opera ut imperatori negotia
 omnia in tuto essent collocata. Et haec quidem ita se habuerunt: atque
 interea hiems abiit. (IV.) Vere ineunte Byzantii ab oppugnando per la-
 trocinia et insidias Didymoticho abstinentes, metu Persicarum virum, quae
 illic erant, ad alia se consilia converterunt. Et hoc quidem optimum illis
 visum est, magna pecuniae vi clam circumvenire Amurium, satrapam et du-
 cem Persici exercitus, eique persuadere, ut relictis Thracia, amicisque et
 amoribus dimissis, in Asiam abiret quamprimum ac domum revertetur.

A. M. 6852 *σχέσεις ἐκέλευον δείξαντος Καντακουζηνῶ, ἔδοξε τὰς τοιαύτας ἐπι-
Ind. 12 νοίας ἐτέραις κατασοφίσασθαι βαθυτέραις. „χρήματα γὰρ εἰς δέ-
Εκυ,” φησὶ, „χιλιάδων ἐπέκεινα ἀριθμὸν ἀνόντα τοῖς Βυζαντιοῖς
ἐκδεδωκόσιν, σφίσι μὲν ζημία μεγίστη γίνεται καὶ ἀσθένεια πρὸς
τὰ πολεμικὰ ἡμῶν δὲ λαβοῦσιν ἰσχυρὸς προστίθεται μῦλα κρατιστῆς
πρὸς τὸ τῆς κοινῆς ταυτησὶ μάχης κλυδώνιον.” τούτων τοίνυν εἰς
τοῦτο μελέτης ἰόντων καὶ πρὸς γε μειζόνων ἐπὶ τούτοις ἐτέρων,
καὶ ἄμα προστιθεμένης καὶ τῆς τοῦ Περσικοῦ ταλαιπωρίας στρα-
τοῦ, ὅποια καὶ ὄση διάγουσιν ἐν ἄλλοτρίᾳ γῆ, καὶ μηδὲν εἰς αὐ-
Fτάρηκη τοσοῦτου στρατοῦ κεκτημένην δάιταν, ὄχετο διαβῆς εἰς 10
Ἀσίαν ὁ σατράπης Ἀμοῦρ μετὰ τῆς δυνάμεως, ἐπαγγειλάμενος
ὀλίγω ὕστερον ἐπίκουρος ἰσχυρότερος Καντακουζηνῶ ἐπατήξιν.*

P. 434 β'. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἐξαισιολοί τινες ἀνεξήγησαν
κατὰ Βυζαντιῶν καὶ τῶν αὐτοῦ προαστείων σεισμοὶ καὶ βρασμὸι
θαλάττιοι, καὶ ὡς ἐκ πετροβόλου θυμοῦ πλήρους ἐξῆλθον κατὰ 15
τῶν τῆς γῆς καρπῶν χάλαζαι· ὡς ἐκεῖνα τῆς γραφῆς συμπεσιῖν
ψεύσασθαι ἔργον ἐλαίας, καὶ τὰ πεδία μὴ ποιῆσαι βρώσιν· σ-
κῆν τε μὴ καρποφορῆσαι καὶ γεννήματα ἐν ταῖς ἀμπέλοις οὐκ
εἶναι· ἐκλιπεῖν τε ἀπὸ βρώσεως πρόβατα καὶ μὴ ὑπάρξαι βόας
B ἐπὶ φάτνας. ἄρξασθαι μέντοι συνέβη τοὺς τοιοῦτους σεισμοὺς 20
καὶ κλόνους τῆς γῆς ἐν μέσῳ που τῷ φθινοπώρῳ, ἄρτι τοῦ ἡλίου
τὰ τοῦ σκορπίου προοίμια παραλλάττοντος. καὶ τὴν μὲν πρώτην
ἡμέραν δις ἐτίναξε τὴν γῆν ὁ θεός· οὕτω γε μὴν ἐμβριθῶς, ὡς
ἀπογγῶναι τοὺς πλείστους τὸ ἔξιν ὑπὸ δέους· οἰκίας τε κατακτι-

(V.) Quas ille pollicitationes quum Cantacuzeno indicasset, placuit machinationem illam occultiori machinatione eludera. „Etenim,” inquit, „si Byzantii supra decem millium summam numeraverint, damnum erit illud ipsis maximum, et minus multo virium ad bellum gerendum supererit. Nobis autem, si acceperimus, vires longe maximae accedent ad sustinendum communis huius belli aestum.” In hanc illi cogitationem cum venissent, ac maiora insuper alia reputassent, accedentibus simul Persici exercitus aerumnis, quales et quantas ii patiuntur, qui externo in solo degunt; praesertim ubi nihil inest, quo ali possit tanta multitudo: abiit satrapa Amurius et in Asiam cum copiis traiecit, pollicitus Cantacuzeno rediturum se brevi validioribus cum auxiliis.

2. Per illud tempus sinistri quidam proruperunt in Byzantium et in Byzantii suburbia terrae motus ac maris effervescentis aestus, ruitque, tanquam ex balista violentissima, grandinis imber in fructus terrae; ita ut illud Scripturae apte caderet: mentitum esse opus olivae, et arva non fecisse escam, ficum non attulisse fructum, et non fuisse germina in vineis: defecisse ab esca oves, et non fuisse boves in praesepibus. Accidere autem primum illi terrae motus et illae agitationes autumno fere medio, cum sol initia Scorpii praetergrederetur. Ac primo quidem die bis Deus terram agitavit; idque tanta violentia, ut plerique prae metu salutem desperarent.

οἰὲν ἐγεῖναι καὶ τὰ πλεῖστα τῶν τοῦ Βυζαντίου τευχῶν. ἀμπέ- A. C. 1844
λων δὲ φραγμοὺς καὶ κήπων περιβόλους οὐδὲ μινῆσθαι χρή. Imp. Io. Pa-
πάντες γὰρ μικροῦ κατεβόλησαν ἄχρι κρηπίδων· ὡς δυσπερσο- laeol. 3
σον γίνεσθαι πῦσαν ἀγνιὰν τοῖς παριοῦσι, σωρηδὸν ἐβόρμιμένων C
5 τῶν ἐντεῦθεν ἰρειπίων. (B.) Ἐκκέχνηται δ' ὁμαῦ καὶ τὸ τῆς θα- V. 352
λάττης ῥόδιον ὡς ποβῶντάτω τῆς χέρσου· καὶ μάλισθ' ὄπη πε-
διὰς καὶ ἰππήλατος ἦν ἡ γῆ, μέχρι καὶ ἐς δέκω σταδίου. συνεξ-
ήλασε δ' ἔνια καὶ ἐνιαχοῦ τῶν ἀκατίων, ὅσα πρὸς τοῖς λιμέσι
καὶ τοῖς ἄλλοις παραλοῖς, καὶ συνέτριψεν ἐν τῇ μεσογείῳ· καὶ D
10 πλείστας δὲ κατέκλυσε χώρας, αὐτοῖς ἀνδράσι καὶ πομνίοις καὶ
ζεύγεσι. παλινδρομοῦντός γε μὴν τοῦ ῥοδίου μεθ' ἱκανὸν πρὸς
τὰς συνήθεις καὶ τετυγμένους εὐνάς, ἦν ἰδεῖν ἰλύος τὰ πάντα με-
στὰ καὶ ἰχθύων νεκρῶν. (Γ.) Αἰσθησιν μέντοι τοῦ τοιοῦτου
γενέσθαι φασὶ τιναγμοῦ καὶ σεισμοῦ μέχρι Λυσιμαχίας, καὶ βραχὺ
15 τι Χερσόνησου ἐπέκεινα· ἤκιστα δ' οὖν τὸν ἴσον γε τρόπον·
ἀλλ' ὡσπερ ἐξ ὄρητηρίου καὶ ἔλξης τινὸς ἀρξάμενον τοῦ Βυζαν- E
τίου ἤρεμα καὶ κατὰ βραχὺ προϊόντα τε ἐνδιδόναι καὶ ὑφειμέ-
τως βαδίζουσαν κατὰ τὸ ἀνύλογον αἰεταῖς ἐφεξῆς παραπέμπειν
χώρας καὶ πόλεσι τὴν τοῦ κλόνου συνάφειαν· παραμεῖναι δ'
20 ἄχρι καὶ αὐτοῦ γε τοῦ θέρους ἐφ' ἡμέρα καὶ νυκτὶ, μείζω τε καὶ
ἐλάττω τὴν αἰσθησιν παρεχόμενον. (Δ.) Κατὰ μέντοι περίοδον P. 435
χρονηκτὴν τοῦ κατόπιν βαδίζοντος φθινοπώρου ἐκ τῆς αὐτῆς
ῥαυτῆς ἡμέρας ὅμοιοι πάλιν ἀρξάμενοι τὴν γῆν συνετάραττον
τε καὶ ἐθορύβουν σεισμοί· ὡς ἐκ τῆς τῶν τοιοῦτων σεισμῶν συν-

Sed et domus ceciderunt, et maxima pars murorum Byzantinorum. Vinearum autem macerias et hortorum septa ne quidem commemorari oportet. Ea enim ferme omnia a fundamentis proruta sunt; ita ut praetereuntibus viae omnes aditu difficiles existerent, ruderibus inde evulsis acervatim iacentibus. (II.) Tum etiam simul maris fluctus in terram procul effusus est, illac maxime, qua planum et equitabile solum erat, ad decem usque stadia; et secum alicunde propulit parva navigia, quae scilicet in portibus erant aliisque oris maritimis, confregitque in mediterraneo; ac plurimos cum ipsis tam hominibus quam gregibus. et iumentis agros submerait. Recurrente autem fluctu aliquanto post ad solitum definitumque alveum, omnia videre erat limo plena et piscibus mortuis. (III.) Et eius quidem tremoris ac terrae motus sensum ad Lysimachiam usque dicunt pervenisse, et paulo ultra Cheroneseum: ab nequaquam eundem in modum. Sed a Byzantio tanquam ab sua sede et radice cum incepisset, sensim ac paulatim progrediendo remissio, et lenius usque proportionem euntem agitationis suae tenorem ad regiones urbesque ultteriores transmissio; ita autem durasse ad ipsam usque aestatem diu noctuque, ut modo maiorem modo minorem sui sensum praerberet. (IV.) Enimvero revoluto insequentis autumnus tempore, eadem pariter die iterum exorti similes tremores terram concusserunt ac turbaverunt; adeo ut continua illa agitatione ea, quae columnas lateritiae imposita

- A. M. 6852 *εχειας τον τ' ἐπὶ τοῦ πλινθωτοῦ κίβνος ἐν ἀγγελικῷ τῷ σχήματι*
 Ind. 12 *χαλκοῦν ἀνδριάντα καὶ ἕμα τὸν τοῦ προβεβασιλευκότος Πα-*
λαιολόγου τῇ βίᾳ καταγωνισθέντας τῷ μὲν ἐπὶ θατέρου τῶν
 Βῶμων *κεκλισθαι τὴν κεφαλὴν, τῷ δὲ πρὸ ποδῶν ἐρῶρῆθαι τὸν ἐν*
χειοῖν τῆς πόλεως σχηματισμόν· ὡς εἰκασμοῖς τιοι·ν ἐντεῦθεν ἐν-5
νοίας τινὰς ἀναλεξαμένοις ἐνλοῖς ἀποπεφάνθαι, μὴ εἰς μακρὰν
τῆς τῶν Παλαιολόγων αὐτοκρατορίας ἕσεισθαι τὴν καταστροφὴν.
 (E.) *Κἀπὶ τούτοις τὸ προπεπονθὸς τῆς ἐψίας ἀψίδος τοῦ τῆς τοῦ*
 Θεοῦ *Σοφίας νεὼ καταπονόμενον ἡσυχῇ παρερῶρηγντο μᾶλλον*
 C *ἀεὶ, καὶ πολλὰς ἐκείθεν ψηφίδων καὶ πλινθῶν κατέρριπτε, μέχρι 10*
τῆς παντελοῦς πτώσεως· περὶ ἧς ἡμῖν κατὰ χώραν ἰούσιν ἀπο-
χρώντως λελέξεται. νῦν δ' ἐπανακτέον τὸν λόγον καὶ διηγητέον,
ὅσα ἐν τῷδε τοῦ χρόνου ἰδίᾳ συνεπεπτώκει γενέσθαι τοῖς Βυ-
 ζαντίοις.
- V. 353 *γ'. Ἐπεὶ γὰρ Ἀποκαύκη τὰ κατὰ γνώμην οὐκ εὔδοα κατὰ τοῦ 15*
 D *βασιλέως ἐβάδιζεν· ἀλλ' ἐκείνω μὲν ἐκ τοῦ τῆς ἀπογνώσεως βυ-*
θου δεξιῶς ἀνέβαινεν ἠρέμα τὰ πράγματα καὶ ἀνερῶνντο πρὸς
τὸ εὐθαρσέστερον· τούτῳ δ' οὔτε τὰ κατὰ θάλατταν ἐλπίδας
παρεῖχε θαρρόσους, οὔτε τοῖς κατ' ἡπειρον δεξιόν τι καθίστατο
σύμβολον· ἐφ' ἐτέρας ἐτρέπετο μηχανάς. ἔγνω γὰρ προβεβασμοῖς 20
 E *γερωῶν καὶ προσόδων πόροις ὑπελθεῖν τὸν τε πατριάρχην καὶ ἕμα*
τὸν Γαβαλᾶν Ἰωάννην· ὃς γλωττοδαίδαλόν τινα πρὸς τῆς φύ-
 P. 436 *σεως κτησάμενος εὐστομίαν μάλα τοι πιθανὸς ἐδόκει τοῖς ἀκού-*
ουσι, τοῖς τε ἄλλοις καὶ ὅσοι τὴν βασιλειον συνεχρότουν σὺγ-

est, statua aerea angelico habitu, nec non simulacrum illius Palaeologi, qui novissime imperaverat, violentiae cesserint, et illi quidem caput in alterum humerum inclinatum sit; huic autem ad pedes provoluta sit ea, quam habebat in manibus, figura urbis. Nonnulli itaque coniectantes et quaedam inde praesagia capientes non longo post eversum iri dixere Palaeologorum imperatoriam auctoritatem. (V.) Ad haec ea, quae ad orientem vergit, templi sanctae Sophiae testudo, laborans ea parte qua iam affecta erat, paulatim iam magis ac magis fatiscebat; atque inde calculi et laterculi frequentes decidebant, quoad tota tandem procubuit: qua de re infra abunde suo loco dicturi sumus. Nunc autem revocanda inde oratio, et quidquid per illud tempus Byzantiis seorsim acciderit, narrandum.

- V. 402 πραγμάτων και ἀνωμάτων ὄντων. (Ζ.) Τοσοῦτον γὰρ ἀπέσχετο τοῦ μηδεὶν δι' ὄχλον γενέσθαι τῶν ὄσοις, τῷ καιρῷ πρὸς ἄρπυγὴν χερσαμένοις συμμάχῳ, διανεμάσθαι ξυνεπετώκει τὰ τε αὐτοῦ και τὰ τῶν ἀκολουθησάντων αὐτῷ πράγματα, οἰκίας τε και ἀγροὺς δηλαδὴ, και ὄσα χρυσὸς και μύργαρος και λίθοι 20
- C πολυτελεῖς συνοικοδομοῦσι και συνυφαίνουσι· ὥστε και δφείλων ἀποδοῦναι πρὸς τῶν ἡρπυκῶτων ἀνειληφῶτα μὲν τὸ οἰκεῖον ἅπαν πρότερον τοῖς μυρίους ὑπομεμενηκόσι δι' αὐτὸν κινδύνους, προσ-αποδοῦναι δ' αὖ και τὰ τοῖς πόνοις ἀνάλογα ἔπαθλά σφισιν, ὁ
7. & add. Boiv.

namenta imperii conflantur: pertinere enim pecuniae rationem ad quemlibet statum; maxime vero ad principatus conservandos, ad quos ita se habet, ut ad animantem compactio et coagmentatio nervorum. (VI.) Offendit itaque Cantacuzenus thesauros imperatorum omnes omnino exhaustos, nihilque in iis praeter inane et pulverem et Epicureas (ut ita dicam) atomos. Cum igitur quaerere et accipere oporteret partim ab imperatrice Anna, ad necessarias functionum imperatoriarum impensas, partim ab iis, qui rempublicam depeculati fuissent, et magna sibi inde opum vi parata ex inopibus ditissimi statim evasisent; ille silentio omnia praeteribat: sive, ut mihi videtur, suam illam ingenitam coalitamque lenitatem in eo quoque retineret; sive, ut plerique dictitabant, timidus moribus praepediretur, naturali quadam animi humilitate; et quia, turbidis adhuc rebus et nondum ordinatis, improvisam aliquam seditionem extimesceret. (VII.) Tantum nempe aberat, ut molestus esset ulli eorum, qui tempore usi ad rapiendum opportuno partiti inter se fuissent cum ipsius proprias facultates, tum eorum, qui eum sequuti erant; domos nempe et praedia, et quaecunq; auro ac margaritis pretiosissime lapidibus seu compinguntur, seu contextuntur; ut immo, cum deberet, primo quidem rem omnem familiarem, ab iis qui diripuisent repetitam, restituere iis, qui pericula pro se infinita obliissent, deinde et praemia

δὲ οὐδ' ὅποι καταλύσειεν ἐκείνων ἕκαστος ἐσπέρας, ἦν πεφρον- A. C. 1347
 τικῶς· ἀλλὰ καὶ ἀπαιτοῦσιν ἐπετίμα, καὶ καταβουῶσιν ἤχθειο, Imp. Io. Pa-
 καὶ διανυκτερεύοντας ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ πλανωμένους ἐς ἀλ- laeol. 6
 λοτριᾶς θύρας ὑπερέωρα, ὑπόδειγμα τιθεῖς, ὡς ἔφασκε, σφίσι δ
 5 αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς τῶν παθημάτων ταυτότητος, ὡσπερ τις
 βραβευτῆς καὶ ζυγοστάτης μέσος ἰστάμενος καὶ νέμων ἐπίσης
 ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν τοῦ βίου ῥοπήν καὶ τὴν τῶν ὕβριων
 πρόφασιν· ῥίζοθεν οὕτως ἐκτέμνων καὶ ἀποφράττων κακῶς τὰς
 τὸ δίκαιον σοφίζομένους τῆς κρίσεως γλώττας. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ
 10 εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως τὰ τοιαῦτα τῷ Καντακουζηνῷ ἐψηφίσθαι τε Ε
 καὶ πεπράχθαι κρίνειν παρήμει τοῖς τῆδε τῇ ἱστορίᾳ κατὰ τὸ
 εἰκὸς ἐντυγχάνουσι, καὶ συνάπτειν εὐφρῶς δυναμένους ταῖς ἄρ-
 χαῖς τῶν πραγμάτων τὰ τέλη, καὶ παρεξετάζειν, ὡσπερ ἐφ' ἑνός
 τινος σώματος, τὴν ἀλληλουχίαν καὶ συστοιχίαν τῶν κατὰ μέρος
 15 καὶ καθ' ἕκαστα πεπραγμένων τε καὶ λελεγμένων. ἐγὼ δ' ἐκέισε
 ἐπάνειμι. (H.) Ἐβδόμη γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν καὶ στεφηφο- F
 ρίαν ἐκείνην ἡμέρα παρήν· καὶ ὁ αὐτὸς ἐν Βλαχέρναις εἶχε θεῖος
 ναὸς μετὰ τοῦ βήματος καὶ τῶν δίφρων ἐκείνων τοὺς τε βα-
 σιλῆας ὁμοῦ καὶ τὰς βασιλίδας· καὶ τὰ νόμιμα τῆς τῶν νέων βασι-
 20 λῶν προετελεῖτο συζυγίας, Ἰωάννου φημὶ καὶ Ἑλένης, τοῦ μὲν
 ἐξκαιδεκαέτους ὄντος, τῆς δὲ δυοῖν ὑποβεβηκυίας ἐτῶν ἐκείνου.

ιβ'. Ἐπεὶ δὲ στρατὸς καὶ δῆμος ἄπας ἠσχαλλέ τε καὶ τὰ P. 498
 μίλλοντα μᾶλλον ἢ τὰ παρόντα ἐδεδίει δικαιοτήρια, διὰ τὸ ἐκ-

1. πεφροντικῶς Boiv. corr. pro πεφρονικῶς. 8. τὰς κακῶς τὸ
 conii. Boiv.

pro laboribus digna persolvere; ne curaret quidem, ubi illorum unusquisque
 vesperi diversaturus esset: sed et repositos increparet, et clamitantibus
 indignaretur, et pernoctantes sub dio ac circum alienas fores errabundos
 negligeret. Nimirum iis sese ille tanquam exemplar proponebat, qui eadem
 et ipse pateretur; velut aliquis dispensator aut libripens, qui stans medius
 ex aequo sibi et aliis fortunam seu prosperam seu iniquam distribuat, prae-
 cisis ita radicibus et oclusis iis lingua, quae examinis iusti aequitatem per-
 peram interpretentur. Sed utrum illa recte necne Cantacuzenus statuerit
 atque fecerit, illis relinquo iudicandum, qui hanc historiam eo modo legunt,
 quo oportet; quique initia rerum cum extremis commode componere, et,
 tanquam in uno corpore, rerum particulatim ac sigillatim gestarum dicta-
 rumve cohaerentiam et seriem facta comparatione observare possunt. Ego
 vero illic redeo. (VIII.) Septimo post celebrationem illam et solennem dia-
 dematis impositionem die, templum idem Blachernense, eodem suggestu et
 iis quae diximus sedilibus, imperatores simul et imperatrices excepit; atque
 ibi iuniorum principum coniunctio rite perfecta est, Ioannis inquam et He-
 lenae: illius quidem sedecim annos nati; huius autem biennio iunioris.

12. Sed quia omnis et exercitus et populus molestia afficiebantur, ac
 futura magis quam praesentia verebantur iudicia, eo quod a Ioanne, ante-

- A. M. 6855 κεκόφθαι καὶ ἀφωρίσθαι τῆς τῶν Χριστιανῶν κοινωνίας πρὸς τοῦ
 Ind. 15· πατριαρχεύσαντος Ἰωάννου, τῆς ἑμφυλίου στάσεως ἄρτι καθι-
 στυμένης, εἴ τις τε Καντακουζηνὸν ὡς βασιλεὺς καὶ εἴ τις Πα-
 λαμῶν μετὰ τῆς πατρίας εἰς κοινωνίαν προσέειπαι βούλοιο, ἔγ-
 γραφον ὁ πατριαρχεύων τέως Ἰσιδώρος, ἐπ' ἄμβωνος ἀναβεβη-5
 Βκῶς, διεξῆλθε συγχώρησιν, ἣ καὶ ἦν τῶν ἀπάντων οὐδεὶς ᾧ
 ἤρθεστέ τε καὶ προσεδέδεκτο· ἀλλ' ὑπηνέμια παμπάσιον ἐδόκει,
 καὶ ἀμυδροτέρα πάσης σκῆς, καὶ χλεύης καὶ μυκτῆρος ἄξια μα-
 V. 403 κροῦ, καὶ μικροῦ δέω λέγειν, ἦν οὐδεὶς ᾧ μὴ γέλως τὰ λεγόμενα
 ἦν, καὶ ὅμοια ὡσπερ ἂν εἴ τις ἄμφω τὰς ὄψεις τελῶς ἀσπρη-10
 μένος τοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον πεπηρωμένους ἰατρῶν
 Κύπριον. τοῖς γε μὴν σμυνοτέροις ταῦτα δὴ τὰ τοῦ εὐαγγελίου
 διὰ γλώττης ἦν, „ἔξελε (φάσκουσι) πρῶτον, ὑποκριτὰ, τὴν δοκὸν
 ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ
 ἀδελφοῦ σου”· καὶ αὖ ἐπὶ τούτοις ὅποσα γε τούτοις ὁμόστοιχα. 15
 „δέον γὰρ αὐτὸν (ἔφασκον) συγγνώμην ἑαυτῷ τὴν μεῖζον ζητεῖν
 ἐπὶ διπλοῖς καὶ πολλαπλοῖς τοῖς ἐγκλήμασιν, ὁ δὲ τοὺς οὐδὲν αὐ-
 τοῦ δεομένους ἀναιδῶς οὕτως θεραπεύειν ἤξιον, τοὺς μὴ πάν-
 D λεπρῶς, εἰπεῖν, ὁ πάνυ λεπρῶς, καὶ τοὺς μικρῶς δεομένους κα-
 θάρσεως ὁ ῥύπου καὶ πηλοῦ μεστὸς, κατὰ τοὺς χοίρους, οἳ τῷ 20
 βορβόρῳ ἐγκαλινδοῦνται.” τοιούτοις μὲν δὴ καὶ μεῖζον τούτων αἰ
 πολλαὶ καὶ διάφοροι γλῶσσαι τῶν τηρικαῦτα παρόντων ἐκεῖ πρὸς
 αὐτὸν ἐπετόξεον σκώμμασι· καὶ σύνδυο καὶ σύντριες ἐκ διαστή-
 ματος ἀθροίζόμενοι διηπόρον ἄλλήλοισι τί γε τοιαῦτα κοινού-
 μενοι καὶ τὴν ἀναίδειαν λαιδοροῦντες ἐκείνου λάθρα καὶ ὑπ' 25

hac patriarcha, paulo post accensum civile bellum, abscissus esset et exclu-
 sus Christiana communione, quisquis sive Cantacuzenum ut imperatorem es-
 set agnitus, sive Palamam et ipsius sectatores in communionem esset ad-
 missurus; ideo Isidorus, qui tum patriarcha erat, amboe conscenso, scrip-
 ptam recitavit absolutionem; quam nemo omnium fuit qui probaret et ad-
 mitteret: sed inania prorsus ea, et umbra quavis futilliora, risuque et sana
 dignissima videbantur. Quin illud paene dixerim, neminem fuisse, cui ea
 quae dicebantur risum non moverint, perindeque habita sint, ac si quis,
 utroque oculo penitus orbatus, eos qui altero capti essent sanatorium se pro-
 mitteret. Gravioribus certe viris illa evangelii in ore erant: „Eiice primum,
 hypocrita, trabem de oculo tuo: et tunc festucam, quae est in oculo fratris
 tui”: aliaque addebantur his affinia. „Qui enim (aiebant illi) duplicis et
 multiplicis criminis reus eget ipse ampliori absolutione, is ita impudens est,
 ut eos, qui nihil ipso indigent, curandos suscipiat, non omnino leprosus, ut
 ita dicam, omnino ipse leprosus, et eos, qui parvo labore possint purgari,
 sordibus ipse et luto coopertus, porcorum instar, qui in coeno volutantur.”
 Talibus eum, immo et acerbioribus, diceris multae et variae eorum qui
 tum aderant linguae incessebant; binique et terni ex intervallo coeuntes de
 his inter se ambebant et colloquebantur, istius impudentiam clanculum et

δόδοντα. (B.) Ἦσαν δ' οἱ καὶ ἐκκεκαλυμμένως ἐς προὔπτον ἔλοι—A. C. 1947
 δοροῦντο τάνδρῳ, μηδὲν ὄγιές μῆτε δρῶντι, μῆτε λαλοῦντι, μῆτ' ^{Imp. Io. Pa-}
 ἐν τῷ τότε παρόντι τῆς ὥρας, μῆτ' ἐς τοῦπιόν τοῦ χρόνου. μετὰ E
 γὰρ βραχὺν τινα χρόνον, διὰ τὸ τῆς αὐτοῦ ῥαγῆναι κοινωνίας
 5 τοὺς πλείους τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, πληθὸς ἀγοραῖον
 ἑαυτῷ θιασώτας ἀθροίσας τοιούτων τὴν ἐκκλησίαν ἀντὶ τῶν P. 499
 ῥαγέντων ἐνέπλησεν, ἐπισκόπους σχεδιάσας καὶ πρεσβυτέρους ἐτέ-
 ρους, ὡσπερ οἱ μῦθοι πάλαι τοὺς σπαρτοὺς καὶ αὐθήμερινοὺς
 γίγαντας, καὶ οὕτω κατὰ τῆς εὐσεβείας ἀμαθῶν λογίων ὕπλισας
 10 πλείστα συνέδρια. (Γ.) Ἐπειτα θεραπεύειν ἤξιον λυπούμενον τῆς
 τῶν πατριαρχικῶν ἀποτυχίας θρόνων τὸν Παλαμᾶν, διδάσκαλόν
 τε ὄντα τοῦ θιάσου καὶ τῆς φατρίας καὶ οἱ τῶν ἀξιομάτων αἵ-
 τιον· καὶ τοῦτον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ Θεσσαλονικέων· οἱ καὶ B
 ὑπίοντα μῆτε τινὸς τετυχηκέαι ξενίας πρὸς τῶν ἐκεῖ ζυμπέ-
 15 πικαι πολιτῶν, καὶ ἅμα τὴν ἀπὸ Σκυθῶν πόρρωθεν εἰληφότα
 ῥῆσιν, εἰπεῖν, καθάπερ τι Κυλώνειον ἄγος ἐξ αὐτῶν εὐθὺς ἐπα-
 ρίεαι ἐλληλαμένον τῶν τῆς πόλεως ἀγρῶν καὶ προαστείων, πρὶν ἐν-
 τὸς γενέσθαι πυλῶν καὶ πρὶν ἐγγὺς ἐληλυθῆναι τείχους. (Δ.) Ἀλλὰ
 20 ταυτὶ μὲν ἑτέροις καταλελοιπότης ἡμῶς, οἱ πραγματεῖαν εἰς μῆ-
 ρος ἰδίαν πεποίηται πάνθ' ὁπόσα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συμβέ- C
 βηκε τότε δόγμασιν, χρεῶν, ἃ τῇ ἱστορίᾳ κεφαλαιώδως πως εἰ-
 ρῆσθαι προσῆκον, ἥδη διεξιέναι κατὰ τὸν ἄνω που περὶ αὐλεμι-
 μόν εἰρημῶν.

13. οἱ em. Boiv. pro ei.

mussitando convitiis insectantes. (II.) Erant etiam qui aperte et propalam homini convitia facerent, nihil aut facienti aut dicenti, quod sani hominis esset, sive tunc sive postea. Nempe is paulo post, quia plerique episcoporum ab eo divulsi defecerant, plebeiam colluviem thiaso suo adscribendam coegit; et istiusmodi homines in eorum, qui defecerant, locum suffecit. Ita ecclesiam factis ex tempore episcopis et sacerdotibus novis implevit; quales fabulantur fuisse satos illos et unius diei Gigantas; et Doctorum indoctorum coetus quamplurimos in religionem armavit. (III.) Solari deinde Palamam statuit, moestum et patriarchali sede exclusum se dolentem; solari, inquam, voluit gregis et sodalitiū magistrum suaeque dignitatis auctorem. Eum itaque Thessalonicensem episcopum eligit. At hic profectus illuc nec hospitio quidem ab eius urbis civibus excipitur: sed e longinquo Scythicum, ut aiunt, responsum accipit, et tanquam Cyloneum aliquod piaculum ab ipsis statim eiusdem urbis agris suburbiisque, nondum portas ingressus, et antequam ad ipsos muros propius accessisset, eiectus redit. (IV.) Verum haec nos aliis relinquere oportet; iis videlicet, qui ea omnia, quae tum ad doctrinam ecclesiasticam pertinentia acciderunt, delegere sibi fusius tractanda. Quae autem summatim dici historiae conveniens est, ea iam percurrenda sunt, et series, quam nos supra interrupimus, continuanda.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΣ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Cantacuzenus totam Thraciam, Medea excepta, Triballus omnem fere Macedoniam iam tum possidebat: ipsam Berrhoeam paulo post cepit. Thessalonica neutri parebat. Huius urbis status perturbatissimus. Zeltarum licentia. Medeae urbis situs. Ut a Cantacuzeno oboessa et ad de- ditionem compulsa sit. Ioannes et Manuel Asanes creantur sebastocrato- res. Prior uxorem ducit Alexii Apocauci filiam, Andronico Palaeologo primum nuptam. Socru suspectus domum cum uxore dimittitur. Gra- vis pestilentia. Andronicus, Cantacuzeni liberorum natu minimus, mori- tur (Cap. 1). Matthaeus, Cantacuzeni filius natu maximus, Thraciae ur- bibus a patre praefectus, ab Asane avunculo privatim convenitur. As- ncs sua et fratris merita erga Cantacuzenum iactat: quem suorum saluti non consulere queritur. Matthaeum ad defectionem hortatur. Matthaeus respondet, id ipsum cupere se. Imminentium periculorum metu, et patri exemplo, futuram defectionem excusat. Avunculo adiutore rem aggredi- tur. Orestiadis arcem occupat. Animos sibi conciliat (2). Cantacuzenus anxius et consilii inops. Uxorem Irenen ad filium legat. Hic obviam matri procedit. Irene eum frustrata Orestiadem clam ingreditur. Mat- thaeus eo reverens matrem salutat. Obsequium pollicetur. Rogat, ut se metu liberet. Matris oratio. Quantam apud filium vim habuerit. Irene Byzantium redit. Filii Andronici mortem luget (3). Cantacuzenus Didy- motichum proficiscitur, ut motus componat ab uxore iam sopitos. Ioannes patriarcha, ne rebus novis faveat, Byzantium inde transfertur. Moritur non longo post. Eius elogium. Provincia Matthaeo Cantacuzeno assi- gnata a patre. Cantacuzeni imperatoris oratio ad filium. Reditus in ur- bem (4). Gregoras, de se ipso dicturus, docet quamobrem id nunc faciat. Ea dicere, quae principibus haud placeant, periculosum est. Quorundam aures veritate offenduntur. Idcirco ait se multa omisurum. De Cantacuzeno, antequam is rerum potiretur, praeclaras spes conceperat. Eun- dem, sua spe deceptus, errore liberare statuit. Dicendi libertas quantum et quibus in rebus silentio praestet. Ea multum valet, si et opportunitas

adit, et amicitia antecesserit. Cantacuzeni et Gregorae crebra colloquia. Patrum dogmata quo studio quibus verbis ab hoc defensa. Contraria factio Cantacuzenum in Gregoram instigat. Hic imperatorem confidentius arguit, non ideo irascentem, sed lenitate Hadriano similem. Irenen adit, filii morte afflictam. Eam mortem poenam corruptorum dogmatum esse affirmat et persuadet. Ita partes suas Augustae patrocinio roborat. Isidorus et alii Palamitae Irenen a Gregora conantur alienare. Ab ea male accepti Cantacuzenum arcessunt. Cantacuzenus, tumultum veritus, Byzantium statim venit. Gregoram hortatur, ut sileat. Idem etiam suadet Isidorus. Quem Gregoras variorum errorum accusat. Isidori canones musici seu hymnodiae igni damnantur. Loquendi libertas reddita iis, quibus adempta fuerat. Concordia sumptuoso convivio sancita. Palamas, Didymoticho accitus, lites renovat, Cantacuzeno adiuvante. Negat Gregoras nova disputatione opus esse. Palamam redarguit. Item Cantacuzenum. Assentatorem quendam obiurgat. Scripta testimonia proferri a Palama non sinit. Concilium dimittitur (5). Cantacuzenus Cralem officii admet. Non auditur. Bellum parat. Amurius, cum copiis mare transmissurus, Smyrnaeam Latinorum arcem ite expugnatum. Missili telo occisus cadit. Cantacuzenum a suscepto bello tres causae deterrent: nempe mors Amurii; renum morbus; et Galatacorum rebellio (6). Persae praedones in Thraciam ex Asia traiciunt. Equites circumiecta Bizynae urbi loca incursant. Pedites ulterius pergunt. Matthaeus Cantacuzenus cum parva manu his occurrit. Barbari Romanos conspicati quid egerint. Acris pugna. Matthaei strenuitas. Eiusdem in hostes temere inveciti periculum. Barbari internecione delati. Praeclaras spes ex illustri victoria. Equestre praedonum agmen ab ipso imperatore partim caesum, partim praeda crepta furtum et dispersum (7).

α'. Τῶν μὲν οὖν Θρακικῶν πόλεων οὐδεμία, πλὴν τῆς πα- A. M. 6855
 ραλοῦ Μηδείας, ἐλλείπτο, τοῦ μὴ ἐς ὑποταγὴν καταστῆναι τῷ Ind. 15
 Καντακουζηνῷ μετὰ τὴν ἐς Βυζάντιον εἰσοδὸν τε καὶ τὸ τῆς A. C. 1347
 αὐτοκρατορικῆς ἀναγορεύσεως ἐντελής. ἐν δὲ Μακεδονίᾳ, τῶν Imp. Io. Can-
 5 ἄλλων ὑπηκουσῶν τῷ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνι, Βιζύροια μὲν καὶ tacuz. 1
 αὐτῇ μετ' ὀλίγον τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ ἐγεγόνει, συμμαχίας ἄνευ D
 ἐπὶ μακρὸν ἀντέχειν οὐ δυναμένη πρὸς βαρβαρικὴν καὶ ἐπιμόνον V. 404
 μάχην, φυγάδος ἐκείθεν μεταξὺ γενομένου τοῦ τηνικαῦτα ἐπιτρο-
 πεύοντος Μανουῆλ, τοῦ τοῦ βασιλέως υἱοῦ. Θεσσαλονίκῃ δ' οὐκ P. 500
 10 ἤρρεσκεν οὐδενὶ προσρῆναι, μήτε τῷ Καντακουζηνῷ, μήτε μὴν
 τῷ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνι. (B.) Στάσις γὰρ ἐκ πολλοῦ κατεῖ-

1. Urbium Thraciae, excepta Medea, quae maritima est, nulla iam erat, quae Cantacuzeno non pareret, ex quo Byzantia ingressus et ritu solenniore imperator declaratus fuerat. In Macedonia autem cum caeterae iam subactae a Triballorum principe erant, tum ipsa quoque Berrhoea paulo post in eius ditionem concessit. Auxiliis enim destituta non poterat diu barbaricae et pertinaci oppugnationi resistere. Atque interea fugitivus inde cessit is, qui tum temporis praefecti munere fungebatur, Manuel, imperatoris filius. Thessalonicae vero neutrum placebat, neque Cantacuzeno submittere se, neque Triballorum principi. (II.) Nempe eam urbem seditio iampridem

A. M. 6855 γεν αὐτήν· καὶ Ζηλωτῶν οὐτωςὶ πως ὠνομασμένων ἄθροισμα
 Ind. 15 τῶν ἄλλων ἐπρώτετε· καὶ ἦν· πρὸς οὐδεμίαν τῶν πολιτειῶν τὴν
 Βμῆμῃσιν ἀναφέρουσα. οὔτε γὰρ ἀριστοκρατικὴ τις ἦν, ὅποιαν
 τοῖς πάλαι Λοκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἀνύειν προσετετάχε· οὔτε
 τις δημοκρατικὴ, καθάπερ τῶν Ἀθηναίων ἡ πρώτη τε καὶ ἦν⁵
 ἐκ τετραφύλων εἰς δεκαφύλους ἐπεπράχε Κλεισθένης· οὔθ' ἦν
 τε Ζάλευκος τοῖς Ἐπιζυφριοῖς Λοκοῖς ἐβράβευσε καὶ ἦν τοῖς
 ἐν Σικελίᾳ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος· οὔτε τις ὑπὸ δυοῖν ἢ πλειό-
 Cνων εἰς ἓν τι κραθεῖσα καινότερον εἶδος, ὅποιαί τινες ἦσαν ἢ τε
 Κυπρίων καὶ ἦν ἐν τῇ πάλαι Ρώμῃ τὸν δῆμον, κατὰ τῶν ὑπατι-¹⁰
 κῶν ἀνδρῶν στασιάσαντας, καταστήσασθαι λέγεται· ἀλλ' ὄγλο-
 κρατία ξένη τις καὶ οἷαν φέροι ἂν καὶ ἄγοι τὸ αὐτόματον. Θρα-
 σύτεροι γὰρ τινες, εἰς αὐτοχειροτόνητον αὐθεντίας ἄθροισμα συλ-
 λεγόντες, πᾶσαν ἐκεῖ κατατρέχουσιν ἡλικίαν, τῆς τε πόλεως ἐκ-
 Dδμημαγωγοῦντες τὸν ὄχλον πρὸς τὸ βουλόμενον καὶ τῶν πλουτοῦν-¹⁵
 των ἀφαιρούμενοι τὰς οὐσίας, τρυφῶντές τε αὐτοὶ καὶ μηδεὶ
 τῶν ἔξωθεν ὑπέιξαι κελεύοντες ἡγεμόνων, ἀλλὰ τοῦτ' εἶναι κα-
 νόνα καὶ νόμον τοῖς ἄλλοις, ὑπερ ἂν ἐκείνοις δόξειεν. (Γ.) Ἡ γε
 μὴν Θρακικὴ Μήδεια, ἡ δυτικώτεραν τε ἔχει Βυζαντίου τὴν θέ-
 σιν καὶ πρὸς τῷ ἄκρῳ τοῦ Εὐξείνου κειμένη πόντου σταδίων²⁰
 Εὐντεῦθεν ἀπέχει μικρὸν τι τετρακοσίων ἐπέκεινα, πρὸς ὄλιγον ἀπο-
 V. 405στατήσασα, καὶ καθ' ἑαυτὴν γενομένη, πολλὰ μὲν ἔδρασε κατὰ
 Βυζαντίων δεινὰ, πλεῖστα δ' ἐπεπόνθει· τέλος δὲ πολιορκηθεῖσα

occupaverat, et eorum, qui Zelotae nominabantur, factio caeteris praeerat: isque erat status, qui ad nullam referri posset reipublicae formam. Nec enim aristocraticus is erat, qualem Lycurgus olim apud Lacedaemonios constituit; neque democraticus, qualis Athenis primum fuerat, et deinde exstitit, postquam Clisthenes ex quatuor tribubus decem effecit; nec similis ei, cuius auctor Zaleucus apud Locros Epizephyrus; neque ei, cuius in Sicilia Charondas Catanaeus; neque una aliqua reipublicae forma recentior, conflata ex duabus aut pluribus inter se commixtis, qualis fuit et apud Cyprios, et ea quam in veteri Roma dicitur plebs constituisse, seditione adversus consulares viros mota; sed inusitatus quidam penes multitudinem dominatus et is, quem casus temere ferret ageretur. Quidam enim audaciores, cum societatem potestatis privata auctoritate coivissent, in omnem ibi aetatem grassabantur, plebem quidem, quaecunque erat in civitate, mancipatam libidini suae habentes; eos autem, qui opulentiores essent, fortunam spoliantes; simulque et ipsi licentia exultabant, et aliis auctores erant, ut externorum principum nulli se submitterent, sed ea omnes lege ac regula uterentur, quae ipsis placuisset. (III.) At Medea, urbs Thraciae, quae magis quam Byzantium ad occidentem vergit, et Ponti Euxini extremitati adiacet, stadiisque hinc distat paulo plus quadringentis, cum haud diu rebellasset, et seorsum sola stetit, multa gravia adversus Byzantios pertravit; plurima item perpressa est. Obsessa demum Cantacuzeno se ex

προῦδωκεν ἑαυτὴν *Καντακουζηνῷ* καθ' ὁμολογίαν. καὶ ταῦτα A. C. 1347
 μὲν τῆδε πη ἔαχε. (Δ.) Σεβαστοκράτορες δ' ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τοῦ Imp. Io. Cantacuz. 1
 βασιλέως οἱ δύο τῆς βασιλίδος *Εἰρήνης* χειροτονῶνται ἀδελφοί,
Ἰωάννης καὶ *Μανουήλ*, καὶ τοῖς τῷ τοιοῦτῳ προσήκουσιν ἀξιώ- F
 5ματι παρασήμοις, ἔν τε καλύπτραις καὶ ὑποδήμασιν ἑμα, κε-
 κόσμηται. ὧν ἄτερος, ὁ *Ἰωάννης*, ὀλίγω ὕστερον ἐς τὰ τῶν
Ἐπιβατῶν ἀπιὼν φρούριον τῆ *Ἀλεξίου* τοῦ *Ἀποκαύκου* θυγατρὶ
 συνεζύγη· ἧ συνωκῆκει πρότερον ὁ *Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος*, ὃν
 πνεῖναι κατὰ τὸν περὶ *Διδυμότειχον* καὶ *Ἀδριανούπολιν* ποταμῶν
 10 ἀνωτέρω που δεδηλώκαμεν. βραχὺν δ' ἔκει διατετριφότεα χρόνον
 ἔπειθ' ἐκόντα προῦπεμπε τὸν *Ἰωάννην* σὺν γε τῇ νέᾳ συζύγῳ P.501
 λαμπρῶς ἢ πενθερὰ ἐς τὸ τῆς *Τραιϊνουπόλεως* ἔγγιστα φρούριον,
 τὴν τῶν *Ἀθήλων* λέγω μόνην. ἐνθα τὰς τῶν οἰκίσεων ἐπαύλεις
 καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐκ πολλοῦ πρὸς *Καντακουζηνοῦ* κεκλήρωται τοῦ
 15 βασιλέως. ἐδεδίει γὰρ ἐκείνη, μὴ χειρωσάμενος ἐκεῖνος τὸ τῶν
Ἐπιβατῶν φρούριον μετὰ τῶν χρημάτων ἐκεῖθεν ἐξόριστον ταύ-
 τη ποιήσῃται. (Ε.) Κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν χρόνον νόσημα B
 τοῖς ἀνθρώποις ἐνέσκηψε βαρὺ καὶ λοιμῶδες, ἀρξάμενον ἀπὸ
Σκυθῶν καὶ *Μαιώτιδος* καὶ τῶν τοῦ *Ταναΐδος* ἐκβολῶν ἤρος
 20 ἄρτι καθισταμένου, καὶ διήρκεσεν ἅπαντα τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον,
 μεταβαῖνον καὶ διασφθείρον ὡσαύτως μόνην ἐς τὰκριβὲς τὴν παρά-
 λιον οἰκουμένην, πόλεις ὁμοῦ καὶ χώρας, τὰς τε ἡμετέρας καὶ
 ὅσαι κατὰ τὸ συνεχὲς διήκουσιν ἄχρι *Γαδείρων* τε καὶ *στηλῶν*
Ἡοακλείων. δευτέρου δ' ἐπιόντος ἔτους μετέβη καὶ ἐς τὰς τοῦ C
 25 *Αἰγαίου* νήσους. ἔπειτα καὶ *Ροδίων* ἤψατο, καὶ *Κυπρίων* ὁμοίως,

pactione dedit. Et haec quidem ita ferme se habuerunt. (IV.) Creantur deinde ab imperatore sebastocratores duo Irenes imperatricis fratres, Ioannes et Manuel, et illius dignitatis insignibus, capitis tegmine simul et calcis, decorantur. Horum alter, Ioannes videlicet, paulo post ad castellum Epibatarum profectus Alexii Apocauci filiam uxorem ducit, Andronico Palaeologo antehac nuptam, quem in eo fluuio, qui Didymotichum et Hadrianopolin praeterfluit, suffocatum esse supra diximus. Ibi Ioannes aliquantisper commoratus est. Mox eum socrus volentem inde, cum nova nupta, ad proximum Traianopoli castellum magnifice prosequuta est; ad monasterium nempe Adolorum, ubi et domos et agros ei iampridem Cantacuzenus imperator assignauerat. Verebatur quippe illa, ne Epibatarum castello simul et pecuniis potius gener eam inde exulare cogeret. (V.) Ea tempestate morbus quidam gravis et pestilens homines inuasit; ducto ab Scythiis et Maetide Tanaidisque ostiis initio, recente adhuc vere, annumque illum perpetuum duravit, pervadens et corrumpens solam praecise maritimam terrae oram, urbes simul et agros, tum nostros, tum eos omnes, qui continenti tractu ad Gades usque et Herculis columnas pertinent. Anno autem sequente etiam ad Aegaei maris insulas transiit. Deinde et Rhodios atti-

A. M. 6855 καὶ ὅσοι τὰς ἄλλας νέμονται νήσους. ἐπενέμετο δὲ τὸ πάθος ἐπί-
 Ind. 15 σης ἄνδρας καὶ γυναῖκας, πλουσίους καὶ πένητας, γηραιούς καὶ
 νέους, καὶ ἄπλως εἰπεῖν, οὐδεμιᾶς οὐδ' ἡλικίας οὔτε τύχης ἐφεί-
 δετο. ἐκνεκρῶντο δ' οἰκίαι πλεῖσται καθάπαξ τῶν οἰκητόρων ἀπάν-
 των μῆς ἡμέρας, ἢ καὶ δυοῖν ἐνίοτε, μηδενὸς μηδενὶ βοθηθῆναι
 Δδυναμένου, μήτε δὴ τῶν γειτονούντων, μήτε μὴν τῶν κατὰ γί-
 νος καὶ καθ' αἷμα προσηκόντων οὐδενός. οὐ μόνους γε μὴν ἄν-
 θρώπους τὸ πάθος οὕτως διετελεῖ μαστίζων· ἀλλὰ καὶ εἴ τι κατ'
 οἶκον ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκεῖνοις συνέλξη τε καὶ συνή-
 κει τῶν ἄλλων ζώων· κύνους φημί καὶ ἵππους καὶ ὀρνίθων¹⁰
 παντοῖα γένη, καὶ εἴ τινες ἐν τοῖς τῶν οἴκων τοίχοις οἰκοῦντες
 ἔτυχον μύες. σημεῖα δὲ τοῦ τοιοῦδε νοσήματος ἦν ἔξανθοῦντα,
 E καὶ τοῦ ἀθρόου πρόδρομα θανάτου ἐκείνου, ὀγκώδης τε ἔκφρασις
 τις περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν μηρῶν καὶ τῶν βραχιόνων καὶ ἅμα αἰ-
 ματώδης φθόη· ἃ τοὺς συσχεθέντας αὐθημερὸν ἐνίοτε, κα-¹⁵
 θημένους ἢ βαδίζοντας, τοῦ παρόντος ἀπήγε τάχιστα βλου. ὅτε δὴ
 καὶ Ἀνδρόνικος, ὁ τῶν νείων τοῦ βασιλέως νεώτερος, ἐτεθνήκει.

P. 502 β'. Τῶν μέντοι πραγμάτων ἐν τούτοις ὄντων, ἔδοξε τῷ
 V. 406 Ἀσάν Ἰωάννη, τοῖς περὶ τὴν Ἀδριανούπολιν χωρίοις ἄρτι τὰς
 διατριβὰς ποιουμένῳ, τὸν ἀδελφιδοῦν ἰδίᾳ παρεληφότι Ματ-²⁰
 θαῖον (ὃς καθ' ἡλικίαν προὔχων τῶν βασιλέως παίδων τῶν τε
 ἐν Θυμῆκ πόλεων τὴν ἐπιτροπὴν πρὸς τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως
 ἐκληρώσατο τηλικαῦτα, καὶ οἱ συμβέβηκεν ἐν ταυτῷ ξυνίεναι τῷ
 θεῷ, καὶ κνηγεσιόις χρήσασθαι τοῖς αὐτοῖς) ὡν αἱ καρδίας αὐ-

git, et Cyprios, et quicumque caeteras insulas colunt. Absumebat autem
 tabes illa viros aequae et mulieres, opulentos et inopes, seniores et iuniores;
 uno verbo, nulli nec aetati nec conditioni parcebat. Domus pleraeque ha-
 bitatoribus omnino exhauriebantur uno die, interdum biduo; cum nemo cui-
 quam afferre auxilium posset, sive vicinus, sive genere et sanguine con-
 iunctus. Nec vero homines solos morbus ille usque flagellabat; sed et si
 qua alia animalia cum hominibus plerumque degerent et habitarent; canes,
 inquam, et equos, et cuiusquemodi avium genera; ipsos etiam mures, si qui
 forte in domorum parietibus latitabant. Signa autem mali eminentia, et
 subitae mortis praenuncia, haec erant: tumor circa crurum brachiorumque
 extrema enascens, et sanguinolenta simul tabes; quae eos, qui correpti
 erant, ea ipsa nonnunquam die, sedentes aut ambulantes e vivis statim ef-
 ferebant. Eo tempore et Andronicus, imperatoris liberorum natu minimus,
 mortuus est.

2. Is erat rerum status, cum Ioanni Asani, qui tum in agris Hadriaso-
 poli circumiectis versabatur, Matthaeum nepotem suum libuit privatim co-
 venire. Hic imperatoris liberorum natu maximus urbibus Thraciae prae-
 fectus a patre tum fuerat. Casu autem accidit, ut in eundem cum avun-
 culo locum deveniret, et iisdem uterque venationibus uterentur. Libuit in-

λακες θαλαμειούσι λογισμῶν ἐκείνῳ κοινώσασθαι· και ἀρξόμενος A. C. 1347
 ἔλεξε τοιαύδε. (B.) „Εἰ μὲν τύχη”, φησίν, „τινά και τυραννοῦσαν ^{Imp. Io. Can-}
 πεπρωμένην τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα πρυτανεύειν οἴσθαι B ^{tacuz. 1}
 ἔπεισο σοι, ἢ τῷ αὐτομάτῳ δεδωκυῖαν τὴν τῶν πραγμάτων ὀδό-
 57ην ἀτέμαρτον τινά και ἀκυβέρνητον φέρεσθαι πλοῦν, σιωπᾶν
 τε ἄμεινον και τὸν τῆς πεπρωμένης ἄδηλον περιμένειν μίτον. εἰ
 δὲ προαιρέσει και βουλῇ τὰ ἐφ’ ἡμῖν ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον διοικεῖ-
 σθαι δέδοται, τοῦ χάριν, παρὸν ἡμᾶς ἐκ τοῦ ῥήστου καρποῦ-
 σθαι τὸ ζῆν ἀκινδύνως, ἐθέλοντάς ἡμῖν αὐτοῖς παντοδαπῶν C
 10 περιπλέκειν δίκτυα φόβων; οἴσθαι γὰρ, ὡς μυρλοῦς ἐν τῇ ὑπερο-
 ρίῳ διητηγήκαμεν μόχθους μετὰ μακρῶν και παντοδαπῶν τῶν
 κινδύνων, ὅποσοι θανάτου γείτονες ἐπεφύκεσαν, τῷ σῶ πατρὶ
 περιποιούμενοι τὸ ἀκίνδυνον· ὡς δεύτερα εἶναι τὰ Διοσκούρων
 ἐγκώμια, και εἴ τινες Ὀρέσται και Πυλῦδαι τὸν μακρὸν ἐμπεπλη-
 15 κότες αἰῶνα φιλαδελφίας ὑποδειγμάτων, εἴ τις τὰ ἡμέτερα τοῖς D
 ἐκείνων ἀντεξετάζειν ἐθέλει. και ἦν ἡ τοῦς τοιούτους αἰε κατά
 τοῦ σοῦ μηχανωμένη πατρὸς διωγμοὺς και θανάτους Ἄννα ἡ βα-
 σιλίς, πρόσωπον ἀληθείας ἔχουσαν οὐδ’ ἠντινοῦν προβάλλεσθαι
 δυναμένη πρόφρασιν κατ’ αὐτοῦ. παρ’ ἧς ἐγὼ τε και οὐμὸς ἀδελ-
 20 φὸς Μανουῆλ πολλὰς ἐδεξάμεθα λάθρα μεθ’ ὄρκων παντοίων
 γραφὰς, ἡμῖν τε κτημάτων ὁμοῦ και χρημάτων προσόδους ἐπαγ-
 γελλομένης και ἅμα τοῖς καθειργμένοις γονεῦσιν ἐλεύθερον ἦλιον. E
 ἀλλ’ ἡμεῖς γε, τοῦς τῆς δίκης σέβειν ἐθέλοντες θρόνους, ἐν ἀσα-
 λῆτοις ἔχειν ὄροις ζῆρησιμένους τοῦς πόδας ἐκρίναμεν δεῖν, και
 25 μὴ διὰ φανλότερον ἀγαθὸν διηνεκεῖς τινὰς τῷ συνειδότι μᾶστι-

quam Asani, arcana animi cogitata cum hoc communicare. Prior itaque exorsus hanc orationem habuit. (II.) „Si fortunam aliquam ac tyrannicam fati legem esse statuis, quae vel prudenter hominum res gubernet, vel, permisis fortuito casui habentis, incerto quodam et temerario cursu feratur, silere certe satius est, et ignotum fatalis necessitatis decretum expectare. Sin res nostrae voluntate et consilio plerumque administrantur, quorsum nos, quibus facillimum est vitam agere omnis periculi expertem, ultro ipsi nobis multiplices metus, veluti retia quaedam, nectimus? Scis quippe nos infinitos labores, cum magnis multaque et proximis morti periculis coniunctos, exhausisse, ut patri tuo securitatem redimeremus. Itaque et gemellorum Jovis liberorum, et quotquot unquam Orestae et Pyladae caritatis fraternae exemplis longas saeculorum aetates impleverunt, minor profecto laus fuerit, si quis velit cum illorum rebus nostras conferre. Haec patri tuo pericula, has mortes Anna imperatrix, nullo colore, nullo probabili praetextu ei infensa, perpetuo usque conflabat. Ego vero et frater meus Manuel multas ab ea litteras clam accepimus; per quas illa, quovis iureiurando interposito, possessiones nobis pecuniariasque redditus, parentibus vero vinculis libertatem pollicebatur. Sed nos Iustitiae tribunal reve-

- A. M. 6855 γὰρ προξενεῖν. τὸ γὰρ διὰ τὴν ἑμαντοῦ σωτηρίαν σε μετὰ τοῦ
 Ind. 15 σου προδιδόναι πατρὸς (ἐγὼ γὰρ τὴν ἄλλην ἐνταῦθα λέγειν συγγέ-
 P. 503 νειαν, ἣ τῶν κινδύνων ξυμμετέχειν τε καὶ παραπολαύειν ξυμβαι-
 νεν) ὅμοιον ἦν, ὡπερ ἂν εἰ ἑμαντὸν ἀντ' ἑμαντοῦ προεδίδουν,
 καὶ τοῦμὸν ἐκὼν παρεῖχον αἷμα κατὰ γῆς κενοῦσθαι διὰ τοῦμὸν
 εἰπεῖν αἷμα. οὕτως εἰς αἰνίγματος λόγον τὴν ἐντεῦθεν ἀνέφειρον
 ἔννοιαν, καὶ λύσιν οὐχ εὔρισκον οὐδεμίαν, ὥστε καθ' ἐν γέ τι
 Β παραλογίσασθαι τὰς τῶν τότε λογισμῶν κρηπίδας. ἂ γοῦν οὕτωςί
 πως ἐφυλαξάμην αὐτὸς ἐν τῷ τότε παρόντι μὴ δρᾶν, νῦν τὸν πα-
 τέρα τὸν σὸν κατὰ σοῦ καὶ τῆς σῆς ὁμοῦ συγγενείας ἀπάσης ὁρῶ 10
- V. 407 δεδρακότα· ναὶ μὴν καὶ κατὰ πάντων, ἀπλῶς εἰπεῖν, ὁπόσους
 τοὺς μακροὺς ἐκείνους τετύχηκεν ἄθλους δραμεῖν, στρατιώταις
 καὶ στρατηγοῖς, οἷς μὲν τοὺς ὑπερορίους ἐκείνους, οἷς δὲ τοὺς
 κατ' οἶκον, καὶ οἷς τὰς ἐν δεσμοωτηρίοις κακώσεις. οὐ γὰρ ἀ-
 πλοῦν ὑπῆρχεν ὁ τοῖς ταλαιπώροις τότε ξυνηχέθη πάθος, οὐ δ' 15
- C ἐπὶ βραχύν τινα τὸν χρόνον, ὅτι μὴ πικροδοπιὸν καὶ ποικίλον,
 καὶ μὴ μακροῖς ἐντεταμένον τοῦ χρόνου τοῖς ὄροις. οὕτω χαλεπὰ
 μὲν, οἷς ἐθέλοντας ἡμεῖς ἑαυτοὺς καθήκαμεν πάθεισι τότε· χαλε-
 πώτερα δ' οἷς ἄκοντες νῦν πρὸς τοῦ σοῦ πατρὸς ὑπεβλήθημεν
 ἀναξίως ἡμῶν. ὑπὲρ γὰρ ἑλευθερίας εὐδαίμονος τρέχοντες δου- 20
 λείαν ἐλάθομεν ἀλλαξάμενοι κακοδαίμονα τῶν μακρῶν ἐκείνων
 πόνων καὶ δρόμων. οὐς γὰρ ὡς ἐπιβούλους σφοδρὸς τῆς ἡμετέ-
 ρας ἐφεύγομεν ζωῆς, τούτους δεσπότας μάλα τοι ἄσμενος ἡμῖν
 ὁ σὸς ἐκεχειροτονῆκει πατήρ· ὡπερ ἂν εἰ ἐπίτηδες οὕτω τοὺς
 πολλοὺς ἡμεῖς ὑπέμενομεν πόνους, ἵνα τὰ τῶν διωκόντων ξίφη 25

emolumentum gratia perpetuos conscientiae stimulos admoveo. Enimvero salutis meae causa teque et patrem tuum prodeo (ut hoc loco sileam et aliam cognationem, quae periculis socia et particeps erat) perinde illud fuit, ac si mei causa me ipsum prodidisset, et sanguinis mei conservandi studio meum sanguinem ultro effudissem. Adeo eiusmodi cogitationem aenigmati similem esse statuebam; adeo nulla a me solutio reperiret, quae consiliorum meorum firmas rationes vel minimum labefactaret. At ea, quae per illud tempus cavi ego ne admitterem, ea ipsa nunc in te et in totam cognationem tuam video a patre tuo admissa esse: immo et in omnes prorsus milites ac duces, qui magnos illos labores sive foris sive domi decurrerunt; atque in eos ipsos, qui carceris aerumnas pertulerunt. Non enim simplex fuit ea, quae tum incidit miseris calamitas, neque in breve tempus duravit; sed multiplex et varia, et in longum temporis spatium diffusa. Quamobrem etsi gravia fuere ea mala, quibus ipsi nos ultro tum iniicimus, graviora tamen illa sunt, quibus nunc invitè a parente tuo et indigni subiicimur. Nam qui beata pro libertate certabamus, miseram servitutem diutinis illis laboribus cursibusque imprudentes permutavimus. Quos nempe ut salutis nostrae insidiatores acerrimos vitabamus, eos nobis parens tuus dominos volens et libens destinaverat. Quasi vero nos tot labores consulto pertulissimus, ut eorum, qui nos persequantur, gladios iugulis nostris citius quam illi vel-

ἄντων ἢ κατὰ τὴν ἐκείνων βούλησιν τοῖς ἡμετέροις λαιμοῖς A. C. 1347
 προσαρξάσωμεν, καὶ ἵνα παρὰ τοσούτων μικρότερα τῶν διωγμῶν Imp. Io. Can-
 τὰ τῶν ἀμοιβῶν καρπωσώμεθα τέλη, παρόσον τότε μὲν ἐλπίδες tacz. 1
 εὐδαίμονες ἡμῶν τὸ ἡδόμενον ἔβροσκον· νῦν δὲ καὶ τὰς τῶν ἐλπί-
 5 δων γλυκείας αὔρας ὁ σὸς ἡμῶν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀφῆρηται πα-
 τήρ. εἶναι γὰρ τῶν ἀπάντων οἶμαι μηδένα, ὃς ἂν ἐνέχυρα παρέ-
 χεσθαι δύναιτο, μὴ θάνατον εἶναι ταχύπου ἐθῶς τὰ πάντων
 ἡμῶν ἐπιτίμια πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης, οἷς δῆπουθεν ἐξέσται
 10 ἕξιν μετὰ γε τὴν τοῦ σοῦ πατρὸς ἀπαλλαγὴν. φέρε τοίνυν, ἕως
 ἡμῶν αὐτῶν ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, γενναῖόν τι δρᾶσαι προθυμή-
 θητι, ταῖς ἐμαῖς ὑπὲρ σοῦ καὶ ἡμῶν πειθόμενος συμβουλαῖς, ἵν'
 οὐτως πῶς τὸν αἰσχρὸν καὶ ἀκλεῦ κίνδυνον ἀποκρούσασθαι δυ-
 15 νηθῶμεν. μέρος γὰρ τῆς ὅλης ἀρχῆς ὑπελόμενος οικεῖαν σουτῶ
 περιποίησασθαι προθυμήθητι βασιλείαν, ζῶντι μὲν ὑπήκουσαν
 20 τῷ σοῦ πατρὶ, τελευτῶντι δὲ, ἰδιότροπον ἐσομένην σοι τοῦ ζῆν
 καταγῆγιον ἀσφαλές. δυοῖν γὰρ ἐντεῦθεν ἡμῖν ἔσται θάτερον, ἢ
 τὴν σώζουσαν ἐκ ἀσφαλοῦς κατακτεῖσασθαι τύχην, ἢ τῶν τοῦ
 παρόντος ἀπηλλάχθαι τὴν ταχίστην βίον δυσχερῶν· οἷς συνεῖη-
 25 κέναι, μόνοις εἶναι φορητὸν ἐκείνοις οἶμαι, οἷς οὐκ ἄχαρι φαίνε-
 ται οὐδὲ σφόδρα κακόδαιμον, μάρτυρας τῆς αἰσχύνης διὰ βίον
 τὰς τοῦ ἡλίου κεκτησθαι ἀγίας.² ἄλλ' ὁ μὲν Ἀσὺν Ἰωάννης τοιάν-
 δε τινα διεξῆκει τὴν συμβουλήν πρὸς τὸν ἀδελφιδοῦν Ματθαῖον,
 ἑαυτῷ τε κακέινω καὶ συγγενεῖσι καὶ φίλοις προμνόμενος τὸ ἀκίνδυ-
 νον. (Γ.) Πρὸς δὲ τὸ ἀδελφιδοῦς Ματθαῖος ἡμείβετο τάδε. „καγῶ

2. προσαρξάσωμεν Boiv. pro prosarháξ.

lent admoventem, atque ut eam perciperemus demum mercedem, quae ipsis
 fugae aerumnis eo esset acerbior, quod illis quidem temporibus praeclaras
 spes cupiditatem nostram alebant; nunc vero ipsam quoque spei suavissimam
 auram tuus nobis pater aperte eripuit. Neminem enim puto esse, qui
 pignoribus firmis cavere nobis possit, non curaturam esse Annam impera-
 tricem, ut omnes cita morte statim puniamur, qui parenti tuo superstites
 futuri sumus. Age igitur, quamdiu sumus nostri iuris, praeclarum facinus
 concipe, meisque tui et mei causa consiliis obsequere, quo nos turpe et igno-
 bile periculum sic propulsemus. Totius imperii parte ablata, proprium tibi
 parare imperium enitare, quod parenti quidem tuo, dum is victurus est,
 subiciatur; eo autem mortuo, peculiare sit et firmum tibi salutis praesi-
 dium. Duorum enim alterum nobis inde futurum est, ut aut securi saluta-
 rem fortunam consequamur, aut praesentis vitae calamitatibus quam celer-
 rime liberemur; quibus interesse tolerabile iis duntaxat esse existimo, qui
 non ingratum illud et miserrimum putant, solem habere ignominiae suae te-
 stem perpetuum.² Haec Ioannes Asanes Matthaео sororis suae filio in hunc
 fere modum suavit, sui et illius, item cognatorum et amicorum securitati
 prospiciens. (III.) Matthaеus vero ex sorore nepos his illum excepit: „li-

- A. M. 6855 τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ περιστοιχίζομαι φόβοις νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέρας,
 Ind. 15 ὃ βέλτιστε· καὶ ὡσπερ τῶν Περσῶν ἐκείνων αἱ ναυτικαὶ δυνάμεις
 B Ἐρετρίαν πάλαι καὶ Ἀρτεμίσιον περιεληλυθῆσαι συνέχον, οὕτω
 τὴν ἐμὴν καρδίαν παντοδαποὶ κυκλοῦσιν ἀεὶ χοροὶ λογισμῶν,
 ὡσπερ νῆσον φορτίδες τινές καὶ τριήρεις, φόβων γέμουσαι καὶ 5
 φροκτίδων μακρῶν, αἱ τῆς μελλούσης ἡμῖν, ὡσπερ ἔξ ἐφόδου
 ληστρικής, κατάγουσαι φέρουσι μνήμας προφανοῦς κακοδαμο-
 C νίας. ἔξ ὧν ὠδίννας μὲν ἔχειν ἔνεστι, καὶ τὰς ἐντεῦθεν ὑπομένειν
 ἀλλαγδόνας· τίκτειν δ' ἤκιστα ἔνεστι, καὶ ἀποσκευάζεσθαι πως
 τὸ λυποῦν, ὑφορωμένῳ τοὺς πατέρας τῆς γενέσεως νόμους, οἷ 10
 μηδ' ἐς τὰ προφανῆ συγχωροῦσι δίκαια πατράσιν υἱίας ἀντινομο-
 θετεῖν. καὶ σοι πολλῶν ἐγὼ τὸ ἀπρόβητον βουλευθεὶς ἔξιπῶν
 τὴν μαιευσομένην ὅμως οὐκ εἶχον γλῶτταν. ἀρχομένη γὰρ πρὸς
 V. 408 φῶς ἐξάγειν τὸ τῆς καρδίας ἔμβρυον τοὺς τόνους εὐθύς παρε-
 D λύετο τῆς ὀρθῆς, καθάπερ ὑπὸ νάρκης τινὸς ἐνδυναστευούσης 15
 σφοδρῶς πεδουμένη, τῆς τοῦ πατρὸς αἰδοῦς δηλαδὴ· καὶ μοι
 τὰ τῆς γνώμης ἐς τὸ μηδὲν αὐθις ἐχώρει, καὶ κατεστρέφετο ῥᾶ-
 στα. εἰ οὖν περὶ ἄλλων ὀτωνδῆποτε πραγμάτων ὁ λόγος ἦν, καὶ
 ἤκιστον περὶ τὸ ζῆν ὁ πᾶς ἡμῖν ἐκινδυνεύετο φόβος, παρὰ τοσοῦτον
 ἡμέλησα ἂν, παρόσον μὴ ὅτι τῶν πολλῶν οὐδὲν αὐτὸς διαφέρειν 20
 οἶομαι, ἀλλ' εἰ καὶ σύνεσιν εἶχον ἐκ φύσεως οὕτως κεκορηγημέ-
 E νην, ὡς διὰ μέγεθος αἰθερίων ψαύειν δοκεῖν ἀντόγων, καὶ οὐ-
 ρανίας τισὶ ξενοδοχεῖσθαι σκηναῖς, ῥῆστα ἂν ἔγωγε φέρων ἐπέ-
 ζευξα ταύτην τοῖς τῶν τοῦ πατρὸς βουλευμάτων ποσί. νῦν δ' οὖν,

dem et me semper circumstant metus noctu pariter et interdium, o bone; et quemadmodum illae Persarum navales copiae Eretriam olim Artemisiumque circumsidebant, ita animum meum multa diversaque cogitationum agmina undique obsident, quasi insulam onerarias aliquae naves ac triremes terrorum plenae et curarum gravissimarum, quae piratico veluti impetu appulsa advehant nobis praesagia evidentis infelicitatis. Parturio itaque, et eos qui inde oriuntur dolores perfero; parere autem, et id quod angit excutere haud possum, patrias reveritus naturae leges, quae nec in iis quidem, quae sunt manifesto iusta, filios parentibus adversari sinunt. Ac tibi quidem saepe numero arcanum illud aperire volui: obsecundantem vero linguam minime habui. Et enim illa, statim atque cordis foetum educere in lucem inceperat, nervis quasi resolutis impetum remittebat, cum eam patris reverentia, veluti torpor aliquis praevalens, graviter constrictam haberet. Atque ita mihi, quae animo agitaveram, ad nihilum rursus recidebant, et facillime subvertebantur. Quod si de aliis quibuscunque rebus ageretur, ac non totum illud periculum, in quo sumus, ad vitam pertineret, eo illud magis neglexissem, quod non solum a caeteris plerisque nihil distare me existimem; sed etsi intelligentiam a natura ita comparatam haberem, ut magnitudine sua aethereos axes attingere et caelestibus tabernaculis hospes excipi videretur, facillime eam ego paternae auctoritatis pedibus subiecissem.

ἵνα καὶ αὐτὸς πλατυτέρῳ χρήσωμαι λόγῳ, σοῦ καθάπερ τινὰ θύ- A. C. 1847
 ραν ἡμῖν ἀνοξάντος, ὃς καὶ δευτέραν μοι σώζεις τάξιν πατρὸς, Imp. Io. Can-
 ἐπειδὴ πᾶσι φίλον ἀνθρώποις τὸ ζῆν, καὶ πολλοὶ πολλακίς, ὑπὸ tacuz. 1
 τῶν ἀθρόων περιστάσεων κινδύνων, τὴν βασιλειον, ὡσπερ τινὰ F
 5 φρουρὰν, περιεξέσωσαν δύναμιν, ἄκοντες μὲν, ἀναγκαίως δὲ,
 οὐκ οὐκ αἰτιώμενος ἔμοιγέ τις ξὺν δίκῃ πάντως αἰτιώτο ἂν, εἰ καὶ
 αὐτὸς, ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἐλαυνόμενος φόβῳ, ἐς τὴν τῶν ἐρυθρῶν
 ἐποδημάτων ἀντιλήψην καταφεύγοιμι. ὅμοιον γὰρ ἂν ποιοίη τις
 ἐπαιθοῖ, τὰ τοιαῦτ' εὐλαβούμενος, ὡσπερ ἂν εἰ χειμῶνι μεγ- P. 505
 10 στῶ περιπεσὼν ἐν πελάγει μέσῳ καὶ κύμασιν, ἐν οἷς τῆς ὀλκάδος
 συμβᾶν οὕτωςί πως ῥαγείσης ξὺν αὐτῷ σανίδος ἐπειλημμένον
 τινὸς διαπονήτους μὲν ἔχειν κινδύνους, ἔχειν δ' ὁμοίως ὁμοῦ καὶ
 τὰς ἐλπίδας τοῦ ζῆν αἰωρουμένης, ὡσπερ ἀπὸ λεπτοῦ τινος καὶ
 ἀραχνώδους ὑφάσματος, ὃ δ' ἀφειδῶν παντάπασιν ἑαυτοῦ πυ-
 15 θμῶν ὑποβρυχίοις ὑδάτων ἐθειλοντὴς ἑαυτὸν παραπέμπη. τοῦτο
 δὲ παραπληξίως ἔγγιστ' ἂν εἶναι δόξῃε τοῖς ὅσοι καλῶς τὰ τοιαῦτα B
 βούλοιντο κρίνειν. τὰ γὰρ ἐξ ἀφανοῦς τινος ἀνάγκης ἐπιόντα
 δευὰ συγγνώμην σαφῆ τοῖς πύσχοισι νέμει. οἷς δ' ἀπὸ γνώμης
 ἰδίας εἰς τὰς τῶν δεινῶν ἐμπέπτειν ἔπεται λαβυρίθους, μεγάλη
 20 τις χορηγεῖται νέμεισις, παρ' οἷς σχολῆ τὰ τοιαῦτα φιλοτιμότερον
 σκέπτεσθαι. Ἐγὼ δ' ἵνα τι καὶ βαθύτερον φθῆξωμαι, οὐδὲ τῆς
 πατρικῆς ὑπερόριον γνώμης ὃν εὐρίσκω τουτί. αὐτὸς γάρ μοι τοὺς
 τοιούτους προεξωγράφησε τρόπους ἐν ἑαυτῷ, ὁπότε συνελαιθεῖς C
 καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν περιστάσεων κινδύνων εἰς τοῦτο προήχθη

At nunc, ut et ipse planiori utar oratione, quadam veluti porta a te, qui
 secundum a patre locum apud me obtines, patefacta, quoniam vita omnibus
 hominibus cara est, et multi saepe, subitis periculis circumstantibus, su-
 premam induerunt potestatem, quasi salutis praesidium; nolentes quidem
 illi, sed cogente necessitate: non iure omnino succenseat mihi aliquis, si et
 ipse, similibus actus terroribus, ad purpureos calceos capeasendos confu-
 gero. Nam qui hoc rerum statu nolit id committere, perinde is faciat, ac
 si medio in mari tempestate maxima fluctibusque circumventus, fracta etiam
 haec inter casu aliquo navi, cum praesto ei sit tabula, qua arripita maris
 quidem pericula patiatur, at spem salutis, velut tenui aliquo araneae filo
 pendente, retineat, suae tamen omnino salutis oblitus in profundos aqua-
 rum gurgites ultro se immittat; quod quidem aquis rerum aestimatoribus
 insaniae proximum esse videatur. Quae enim calamitates occulta quadam
 necessitatis vi invehuntur, eae illis, qui patiuntur, excusationem certam tri-
 bunt. Qui vero in mala, tanquam in labyrinthos, sciens prudensque incl-
 derit, eum gravis manet reprehensio apud illos, quibus ista studiosius va-
 cat expendere. Mihi vero, ut et aliquid dicam solidius, non multum id a
 paterno instituto videtur abhorrere. Ipse enim mihi hunc morem in se prae-
 scripsit, tum cum is quoque, circumstantibus periculis compulsus, ad illa

A. M. 6855 τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, ὡσπερ εἰς ἀσφαλείας ἀκρόπολιν· ὡς
 Ind. 15 ἦν γε δυοῖν θάτερον ἐλλείπειν ἕσεισθαι μοι πρὸς τοῦ πατρὸς ἔφε-
 ται· ἢ γὰρ, ὡς μμησόμενον τὴν ἐν ἀπόροις εὐπορίαν αὐτοῦ, τὸν
 υἱὸν ἐπαινέσειεν ἂν πως ἐμέ· ἢ εἰ λοιδορεῖσθαι μοι ἐπιχειροῆ,
 D λάθοι ἂν αὐτὸς ἐαυτῷ περιφανῶς λοιδορούμενος ἢ ἐμοί· ὡς μὴδ' 5
 ἔχειν παρ' οὐδέσιν Ἑλληνοδικαῖς τὸ συγκεχωρηκὸς ἐμοὶ τῆς ἐγ-
 χειρήσεως ἐπεξίεναι." (A.) Ταῦτ' εἰπὼν καὶ αὐτὸς τὸν μὲν
 Θεῖον ξυνδιαφέρειν παρήγγειλε τὴν ἐγχείρησιν, καὶ τοῖς ἑκασταχοῦ
 στρατιώταις ὁμιλεῖν τὰ εἰκότα· αὐτὸς δὲ τὴν τῆς Ὁρεστιάδος
 κατειληφῶς ἀκρόπολιν ὄλην ἐκεῖθεν ὠχύρου τὴν πόλιν, καὶ πρὸς 10
 ἔργα παρεσκευάζετο, ἐκδημαγωγῶν τε καὶ μαλακοῖς τισι λόγοις
 ἐξιδιούμενος τὰ στρατόπεδα.

P. 506 γ'. Ταῦτ' οὐκ ἦν ἀκούοντι ἡρεμεῖν τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἀθυ-
 V. 409 μίαις ἀνασχολεῖν, καὶ συντήκειν συγῶ τὸ θυμούμενον τῆς ψυ-
 χῆς, πάλαι διανεμαμένῳ τοῖς μὲν υἱέσι τὰς ἀνελευθέρους τοῦ 15
 βίου τύχας, τῷ δὲ γαμβρῷ Παλαιολόγῳ τὰς τοῦ βασιλείου κρά-
 τούς διαδοχάς. διὸ καὶ ἀθήμερον ἐξίεναι πᾶν τοι προθυμού-
 μενος, ὅμως ἐπιῆγεν ἔτι, καὶ ἐνεκαρτέρει τῷ τῆς γνώμης βουλευ-
 τηρίῳ. καὶ μέντοι καὶ ἤμιστα μάλα τοι ἀρεστὸν ἰδόκει, δυοῖν
 B ἔν γέ τοι δρᾶν ἐκ τοῦ παραχρήμα. οὔτε γὰρ ἄνευ ὀπλων ἐκ Βο- 20
 ζαντίου πρὸς γνώμην ἰέναι ἐθάρρει, ταῖς τῆς φιλοτιμίας ἄρτι δια-
 νηχομένην ἀκμαῖς· οὔτε μεθ' ὀπλων αὖ ἐκεῖ διαβαίνειν καὶ στρα-
 τοπέδων. ἐκμῆναι γὰρ ἂν οὕτωσι μᾶλλον πρὸς αἰθερίους φλόγας
 ὡς ἐν σποδιᾷ καθευδούσας ἔτι τὰς ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ νεανίσκου κι-

5. λοιδορ. ἢ ἐμοί] μᾶλλον deest, ut observat Boiv.

imperii insignia, tanquam ad fortunae perfrugium processit. Quamobrem duorum alterum licet mihi sperare a patre. Aut enim, ut suae in expedien- dis rebus difficillimis solertias imitatore filium fortasse ille me laudave- rit; aut si ad convitiandum aggrediatur, sibi ipse palam imprudens magis convitiabitur quam mihi; nec quia id ausus fuerim, licebit ei apud illum iustum iudicem poenas a me expetere." (IV.) Haec loquutus avunculo prae- cipit, ut secum huic molitioni struendae incumbat, et cum militibus, qua- cunque occurrerint, ac prout par fuerit, colloquatur. Ipse Orestiadis arce occupata, totam inde urbem munit; tum captando benevolentiam, et blandis verbis exercitus sibi devinciendo, ad opus se accingit.

3. His pater auditis nequaquam quiescere, sed totum se moerori dare; idemque iram suam subinde comprimere et concoquere ea ratione, quod li- beris suis servilem fortunae conditionem, genero autem Palaeologo imperii successionem iampridem assignasset. Itaque ea ipsa die egredi valde ca- piens tamen se continuit, et secum tacite deliberare perstitit. Neutrum certe ei placebat statim facere. Neque enim sine armis Byzantio exire, et in ipso ambitionis aestu fluctuantem animum adoriri; nec rursus cum armis exercitibusque illuc conferre se audebat. Ita enim sopitos adhuc, et velut sub cinere latentes, in animo adolescentis motus furiatum iri magis, quasi

τῆρας, ὑπὸ δυοῖν ὀκληθείσας παρθῶν, φιλοτιμίας ὁμοῦ καὶ δει- A. C. 1347
 λίας. (B.) Καὶ μὲν δὴ λοιπὸν ἐκπέμπειν ἐδόκει βέλτιον Εἰρήνην imp. lo. Can-
 τὴν βασιλῖδα, βαθείαις τε χρωμένην ταῖς τῆς συνέσεως αὐλαξίαι C
 καὶ ἅμα οἰκονομικὴν ἐς τὰ μάλιστα οὖσαν ἕκ τε πείρας καὶ φύ-
 σεως, καὶ μαλακατέρους τινὰς ξὺν τῷ πιθανῷ, καὶ ὅλως εἰπεῖν
 μητρικοῦς τῷ παιδί κομίζειν εἰδυῖαν λόγους. ἔξιαύσης τοίνυν αὐ-
 τῆς, ἐπειδὴ περὶ Πάμφιλον ἐγεγόνει τὴν πόλιν, πρὸς ἀπάντη-
 σιν αὐτὸς ἐπορευέτο μάλα τεθαφρόηκώς τῆς μητρὸς, καὶ ἅμα ἐπι-
 γόμενος κατὰ τὴν πορείαν, πρὶν ἐς Ὀρεσιτιάδα ἀφικέσθαι τὴν μη- D
 10 τῆρα, ἔξω που προκατελιηφέναι, καὶ τὸν τῆς ἀφίξιως πόρρωθεν
 πυθέσθαι σκοπόν. ἣ δὲ τοὺς ἐκείνου σοφῶς παρακρουσμένη
 δρόμους ἔλαθεν ἐντὸς Ὀρεσιτιάδος παρεισπεσοῦσα, πρὶν αἰσθέ-
 σθαι τὸν υἱόν. (Γ.) Ἐπεὶ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν ὁ Ματθαῖος ἠκηκόει P. 507
 τὸ δρᾶμα, καὶ βαθυτέροις ἔγνω σαφῶς τῆς μητρὸς κατασοφι-
 15 σθεῖς ἐπινοίας, ἐς τὴν ὑστεραίαν καὶ αὐτὸς τῇ Ὀρεσιτιάδι ἐπιδη-
 μήμηκε, καὶ τῇ τε μητρὶ τὴν προσήκουσαν ἀπεδίδου προσκύνη-
 σιν καὶ ἅμα πρὸς ἕπαν τὸ κελευόμενον ὑπισχνεῖτο παρέχειν ὑπέ-
 κοκτῶτα ἑαυτὸν, εἰ ὅτεος ἕπαν ἐξέλοιτο τῆς ἐκείνου ψυχῆς, μήτηρ
 τε οὖσα καὶ ψυχὴν καλῶς εἰδυῖα θεραπεύειν ἀμφιβρόχῳ τάλαν-
 20 τενομένην ὑπὸ δειλίας, καὶ φόβῳ τινασσομένην τοῦ μέλλοντος B
 γνώμην υἱοῦ φιλομήτορος σννιστᾶν. ἣ δὲ μάλα βασιλικῶς προσ- V. 410
 εἰπούσα καὶ μετὰ τινος ἐπιεικοῦς μεγαλοπρεπέας δεξιωσαμένη
 τὸν υἱὸν τάδε διεξέειπεν. (Δ.) „Ἐγὼ (φησὶν) ὦ παῖ, τὴν παροι-
 μίαν, τὴν αἰεὶ τι Λιβύη, φάσκουσας, φέρει καινὸν, ἐπαίνῳ μὲν,

8. αὐτὸς Boiv. pro αὐτῆς.

flamma ad caelum usque ventilata, affectibus duobus ambitione et metu per-
 turbata. (II.) Demum ei satius visum est Irenen mittere imperatricem,
 quae mulier altae mentis, eademque ad res tractandas cum natura sua tum
 ipso usu mire habilis, mollibus quibusdam et ad persuadendum accommoda-
 tis, maternis denique dictis filium aggredi una omnium maxime sciebat. Ita-
 que haec egreditur. Ille matri, cum esset apud urbem Pamphilum, obviam
 procedit magna fiducia, festinatque eam, antequam Orestiadem pervenerit,
 in ipso itinere alicubi foris deprehensam convenire, et viae causam longe
 ab urbe asciscitari. At illa, huius festinationem callide frustrata, furtim in
 urbem Orestiadem, antequam filius sensisset, irrepserat. (III.) Matthaeus,
 postquam in via id quod acciderat audivit, ac se occultioribus matris con-
 siliis circumventum certo cognovit, postridie et ipse Orestiadem venit; ma-
 trem, ut par est, salutatur: simul se, quidquid illa iusserit, dicto audientem
 fore pollicetur, modo omnem sibi metum ex anime revellat; matrem quippe
 eam esse, quae animum timore suspensum, et futuri-terrore concussam filii
 amantissimi mentem, firmare optime sciret. Haec vero filium, benigna qua-
 dam maiestate exceptam, prorsus regie alloquitur, et haec habet orationem.
 (IV.) „Ego,“ inquit, „mi filii, proverbium illud: semper Africa aliquid fert

A. M. 6855 οὐ τέλλως δέ· διότι μὴ τέλειον ἔχει τὸ τῆς ἀποφάνσεως δόγμα
 Ind. 15 καὶ ψήφισμα. περὶ γὰρ ὅλης γῆς καὶ θαλάττης ἀποπεφάνθαι
 C προσηκόν, ἢ δὲ περὶ μόνης Λιβύης τὸ δόγμα ἐξήνεγκε, μικροῦ
 τινος μέρους οὐσης αὐτῆς, καὶ βιαίαν ἐχούσης τὴν μίμησιν πρὸς
 τὴν τῆς ὅλης γῆς ἀριστοκρατίαν. Λιβύης μὲν γὰρ ἡ καινότες⁵
 ζῶων τε μόναις τερατομόρφοις ἰδέαις ὀρίζεται καὶ πρὸς γε ἔτι
 τῶν ἐκεῖθεν διὰ μῆκος ὁδοῦ σπανίως παρακομιζομένων ἐς τὰ ἡμέ-
 τερα ἦδη πραγμάτων ἄλλων, ἰδιοτροπίαν τινὰ κεκτημένων, ὅποσα
 D ξενηζοντα φύεται παρὰ τῇ σκληρᾷ καὶ ἀνημέρῳ ἐκείνῃ γῆι. τῆς δὲ
 πάσης γῆς ἡ καινότης μαρτυσιῶν καὶ χλόης καὶ χαρᾷ καὶ λέπῃ¹⁰
 μερίζει τὸν βίον διηλεκῶς, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίᾳ, καὶ νόσῳ καὶ
 ὑγιείῃ, καὶ θανάτῳ καὶ ζωῇ, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, ἀρετῇ καὶ κακίᾳ,
 καὶ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσι παντοίαις τε καὶ μέτρον ἅπαν ἐλα-
 νούσαις. καὶ θαῦμα μὲν, πῶς ταῖς καινοποιαῖς ταύταις ἄμφω
 κεκτησθαι δοκεῖ, καὶ παίζει τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας, καὶ τοῖς¹⁵
 E μὲν ἀνθεῖν αἰεὶ δοκεῖ, καὶ τοὺς τῆς τύχης πόδας ἕκαστον ἐπ'
 ἀσφαλοῦς ἐρείδειν· τοῖς δὲ μηδὲν κεκτησθαι βέβαιον μηδ' ἀσφα-
 λές. βραχεῖα γάρ τις ὥρα πολλάκις καὶ μία ῥοπή διαστήματος
 χρονικοῦ μεταβάλλει πρὸς τρὺναντίον ἅπαν, καὶ ῥίπτει πολλὰ τῶν
 ἐστάναι δοκούντων εἰς ἔδαφος· καὶ αὐτὸ πρὸς ὑπερήφανον ἐνίοτε²⁰
 τύχην ἀνάγει τὰ ἀφανῆ. Θαῦμα δὲ, πῶς ἀμιγῆς οὐδὲν οὐδ' αὐ-
 τοτελὲς τῶν ἀπάντων εὐρίσκεται παντάπασιν οὐδαμῇ, οὐδ' ἂ
 F τῶν ἀγαθῶν, οὐδ' ἂ τῶν φαύλων εἶναι νομιζουσιν ἄνθρωποι·
 ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων διηλεκῶς πολέμια καὶ μαχόμενα σύντροφόν

novi, laudo quidem, sed non absolute, quia nec absoluta est eius pronun-
 ciatu sententia. Etenim de universo terrae et maris orbe cum id dici oport-
 teret, de sola Libya pronunciatum est; quae pars cum exigua sit, totius or-
 bis rempublicam vix repraesentat. Illa nempe rerum novarum affluencia,
 quae Libyae tribuitur, ad solas pertinet animalium monstrorum formas,
 et rerum aliarum species, ad nostras provincias propter longinquitatem ra-
 rius commeantium, peculiare autem aliquid in se habentium, qualia nobis
 incognita in illa dura et immani regione nascuntur. Totius vero orbis no-
 vitates situ, viriditate, gaudio, tristitia, gloria, infamia, morbo, sanitate,
 vita, morte, atque, ut paucis absolvam, virtute, vitio, mutationibus deici-
 que ac omnigenis et infinitis variationibus, res humanas usque distinguunt.
 Et mirum sane, quod cum tot nova idem hic orbis pariat, utrumque tamē
 ei inesse credatur, atque ita hominum mentes deludat, ut aliis semper flo-
 rere, et fortunae vestigia stabili fundamento quisque figure videatur; aliis
 nihil firmi habere, nihil certi. Fugax enim hora saepe et momentum tem-
 poris multa, quae stare videbantur, omnino in contrarium vertunt et ad
 terram affligunt: atque ad summum fortunae splendorem obscura quandoque
 evehunt. Mirum vero, quomodo nihil usquam sincerum, nihil ab omni parte
 perfectum invenitur eorum omnium, quae seu bona seu mala esse homines
 arbitrantur: sed res, sibi invicem aeternum inimicae et pugnantēs, velut

πως ἔχει τὴν βλάστην, καὶ μίαν δῆπου τινὰ τὴν εἰς φῶς προ- A. C. 1347
 ενεγκοῦσαν μητέρα προϊσχεταί· καὶ τὰ τὴν ἄσπονδον ἔχθραν πρὸς Imp. Io. Can-
 ἄλληλα κεκτημένα ξένας τινὰς ἐν ἀνθρώπου θύμῃ ψυχῇ τὰς tacuz. 1
 σπονδάς· καὶ οὔτε βίον ἄλυπον ὄντα παρ' οὐδενὶ τῶν ἀπάντων
 5 ὄρωμεν, οὔτε λύπην παντάπασιν ἀτερπῆ· ἀλλ' εἶναι συμβαίνει P. 508
 καὶ λύπην αἰτίαν χαρῆς, καὶ αὐτὴν μητέρου λύπης χαρᾶν. ταῦτα μὲν
 εἶναι συμφυῆ πως, καὶ ἐγκατωκοδομημένα τοῖς πράγμασιν, ἣ
 πᾶρα ζυγχαρεῖ συνίεναι ταῖς συνετωτέροις ψυχαῖς· τὸ δὲ μεγέθη
 καὶ σμικρότητας τούτοις δίδοναι, τοῦτο δ' οἶμαι δῆπουθεν ὡς
 10 τὰ πολλὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχειν ἔν. "Ὅς γὰρ μεγάλοις ἐφίεται
 πραγμάτων ὕδασιν ἐγκυβιστῶν, ἀνάγκη τούτῳ καὶ μεγάλους ὑψί-
 στασθαι τῶν κινδύνων τοὺς κλύδωνας· ᾧ δὲ βραχυτέροις ἐνδύει- B
 τῶσθαι νομιζέται ἀποχρῶν, τούτῳ δὲ καὶ μετριωτέροις κεκρῆ-
 σθαι ταῖς λύπαις τοῦ βίου χρεῶν. βασιλεία τοίνυν ἐν τοῖς τοῦ
 15 βίου πράγμασι μέγιστον εἶναι χρῆμα νομιζέται τύχης καὶ, ἔν'
 εἶπω, τὸ κράτιστον τῆς εὐδαιμονίας ὕψος. τὸ δὲ μικροῖς τισιν
 ὀβολοῖς ὀρῖζεσθαι τῷ τοῦ βίου τὴν εὐπορίαν, καὶ τριβωνοφορεῖν,
 καὶ ἰκανὸν εἶναι ὃ τῇ φύσει τὸ ἀναγκαῖον μόνον χαρίζεται, τοῦτο
 δὲ κακόδαιμον φαίνεται, καὶ τούτων ἐνός, οἷς ὁ πλεῖστος ὄχλος C
 20 καταρῶται. ᾧ δ' ἑκατέροις τοῖς βίοις ἐν πείρᾳ γενέσθαι τετύχη-
 κεν, ἄρχεσθαι μᾶλλον οὗτος ἢ βασιλεύειν ἔλοιτ' ἂν οἶμαι μᾶλα
 προθύμως, καὶ πένητα μᾶλλον τρῖβειν βίον, ἢ ὅς μωρίαις περι-
 στοιχίζεται δόξαις καὶ χρήμασιν· εἰ δ' οὖν, λεγέτω τις παρελθῶν,
 πῶς Ἀλέξανδρος ἐκεῖνος ὁ μέγας, ὁ μέχρις Ἰνδῶν τὰ τῆς Εὐρώ- V. 411

19. ἔν, ὅσοις ὀκλ. conl. Boiv.

coalescant, et unius quasi matris sinu editas se in lucem profiteantur: et ea,
 quae odium implacabile inter se exercent, iausitata quaedam foedera in
 hominum animis feriant; ac neque vitam tristitiae immunem cuiquam con-
 tingere videamus, nec tristitiam incunditatis prorsus expertem; sed esse
 soleat et laetitiae origo tristitia, et rursus tristitiae mater laetitia. Et haec
 quidem esse rebus insita quodammodo atque infixae intelligentiores quique
 sciunt, experientia nempe edocti. At ut illa ipsa vel augeantur vel mi-
 nuantur, id ego existimo penes nos esse ut plurimum. Qui enim se in
 magnas negotiorum undas gestiat immergere, eum necesse est magno sub-
 ire periculorum fluctus: cui vero minoribus interesse satis fuerit, eum oportet
 moderatioribus affici vitae molestiis. Regia certe dignitas in hac vita
 maximum esse fortunae donum existimatur, et summus, si fas dicere, felici-
 tatis cumulus. Contra paucis obolis metiri copiam omnem rei familiaris,
 et veste uti trita, et satis habere id quod naturae solas res necessarias sup-
 peditat, id et miserum videtur, et eorum unum, quae vulgi maxima pars
 detestantur. Qui vero utramque vitae conditionem expertus est, is multo
 libentius pareat quam imperet, et vitam trahere inopem malit, quam quae
 infinita honoribus opibusque stipata sit. Sin minus, prodeat aliquis do-
 ceatque nos, quomodo Alexander ille Magnus, cuius auspiciis arma Europae

- A. M. 6855 πης διαβιβάσας ὄπλα, τὸν εὐτελεῖ τοῦ Διογένους πύθον καὶ τὴν
 Ind. 15 D διεφρώγωνται ἀμπέχισθαι μᾶλλον ἐσθῆτα ποθεῖν ὠμολόγει, ἢ τὴν
 τῆς ὅλης Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης ἔχειν ἀρχὴν, καὶ τὸν Βαβυλώ-
 νιον ἐκείνον περιβεβλησθαι πλοῦτον· ὅθεν καὶ τὸ πολὺ τῆς ῥα-
 στῶννης γεθὲν Λαρείω καὶ Πέρσαις ὄνειρον ἔδειξεν εἶναι σαφῶς⁵
 τὰς δοκούσας εὐδαιμονας τύχας τοῦ βίου. οὐδὲν γὰρ οὕτω μιστὸν
 ὑποψίας καὶ ἀπιστίας, ὡς βασιλεία καὶ δυναστεύουσα χεῖρ. ὧ
 μὲν γὰρ βασιλεύεσθαι πως τετόχηκεν, ἕνα μόνον οὗτος δέδιδε, τὸν
 Βασιλέα· φαίην δ' ἄν, οὐδ' αὐτὸν, εἰ τὰ δίκαια φυλάττειν,
 ὅστις ποτ' ἄν ἦ, ἐθῆλει, καὶ τὴν λαγοῦσαν μοῖραν στέρχειν τοῦ¹⁰
 βίου. ὧ δὲ βασιλεύειν ἔξεστιν, οὗτος μετὰ τῶν ἐμφανῶν ἐχθρῶν
 πλείους ἔχει καὶ τοὺς κρύφα τὰς πλείους συσκευάζοντας τῶν ἐπι-
 βουλῶν. οὐκ ὀκνήσω δ' εἰπεῖν, ὡς καὶ αὐτοὺς αἰεὶ δέδιεν, ὀπό-
 σοι φυλάκων ἔχουσι τάξιν αὐτῷ, καὶ περίεστι τρέμειν αἰεὶ, καὶ
 Ταντάλειον, τὸ δὴ λεγόμενον, βόσκειν βίον. Ταῦτ' ἔγνωῶν, φιλ-¹⁵
 Εἴτατε, κείθου μητρὸς εὐνοοῦσης βουλαῖς, καὶ μὴ γνώμαις ἐτέρων
 συμφέρεσθαι δίδου, οἷ πρὸς ἕν δὴ μόνον τὸ οἰκείον σκοποῦντις
 συνοῖσον προσωπιεῖω τινὶ κέχρηται σοι, μέχρις ἂν τὸ βουλούμενόν
 σφισι κατωρθώκοτες αὐτοῖς, ἔπειτα καὶ σοὶ τὴν τοῦ βίου σχεδιά-
 σωσιν ἐπιβούλους ἀπαλλαγὴν· μηδὲ παραπλήσια τίθει τοῖς διώκταις²⁰
 P. 509 ἡμῶν τὰ ἡμέτερα. παρόσον γὰρ ἐκείνων καὶ ἡμῶν τὸ συνάγον εἰς
 ὁμόνοιαν ἦν τῶν ἀπάντων μετὰ τὴν ζάλην οὐδὲν μεταξὺ, παρὰ
 τοσοῦτον ἡμῶν τε καὶ σοῦ τὸ τὴν τοῦ αἵματος ἔνωσιν διίστων
 τῶν ἀπάντων ἔστιν οὐδὲν μεταξὺ. τί γὰρ ἂν εἴη τὸ πείσαι δυνά-

ad Indiam usque penetrarunt, vile Diogenis dolium habitare, et eiusdem lacera veste indui, optatius sibi esse confessus sit, quam Asiae et Europae totius imperium possidere, et Babylonis divitiis cumulari; quarum effusa abundantia Dario et Persis ostendit, merum esse somnium ea, quae conditionem vitae beatiorum facere existimantur. Enimvero nihil est ita suspicione et diffidentiae plenum, ut principatus et potestas summa. Nam quem alteri subditum esse fortuna voluit, is unum duntaxat pertimescit, imperatorem videlicet; sed ne hunc quidem (ausim dicere), si iura, quicumque tandem ille sit, velit servare, et ea quae contigit sibi fortuna contentus vivat. At cui imperare datum est, is praeter apertos hostes, complures alios habet, qui multas ei clanculum insidias struant. Nec verebor illud affirmare, timeri ab eo semper etiam ipsos stipatores; ita ut ei perpetuo contremiscendum et Tantalea, ut aiunt, vita agenda sit. Haec cogitans, mi fili, benevolae matris consiliis pareto, et aliorum sententiae cave ne accedas, qui, ad propriam utilitatem omnia referentes, te ipso tanquam larva quadam utuntur, quoad, ubi ex sententia sibi successerit, ipsi deinde tibi per fraudem exitium afferant repentinum: nec sic fere consulas rebus nostris, ut ii qui nos persequuntur sunt. Nam coorta semel tempestate, nihil omnino inter nos illosque erat, quod in concordiam reduceret. Sanguinis autem vinculum, quo nos tecum iungimur, nihil est quod dissolvat. Qua enim quaeso

μενοι σπλάγγνα φύσεως ὑπ' ἀλλήλων τε καὶ δι' ἀλλήλων ἐγγυ- A. C. 1847
σθαι· ὧν τὴν ἀποδόξητον σύμπηξιν μόνος οἶδεν ὁ ξυνηδόνος ἀλό- Imp. Io. Can-
τοις τισὶ καὶ ἀδαμαντένοις δεσμοῖς; ἢ τί τῶν ὑφ' ἡλίῳ καὶ ἀέρι tacuz. 1
πάντων ἡδὺ γένοικα· ἂν τοῖς γονεῦσιν ἡμῖν, σοῦ μὴ παρόντος; ὡς B
βῆν γε τοῦτ' ἔστιν ὃ με μάλιστα ζῶσαν μετὰ τοῦ σοῦ κατάγει πα-
τρὸς εἰς πυθμένας ἕδου, ὅτι σύ γε ἡμῶν ἕνεκα τοιοῦτους ἔθρε-
ψας ἐν σεαυτῷ λογισμούς. τί δ' ἄλλο τῶν πάντων εἴη θανάτου
παντὸς γονεῦσι πικρότερον, ἢ τέκνων καταστροφή, καὶ τέκνων
ἀγαθῶν· ὧν ἡ μνήμη καὶ μόνη τούτοις δημιουργεῖ προῆν καὶ
10 τὸ θάλλειν ἐκ περιορισίας χαρίζεται τῇ ψυχῇ; ἀνάμεινον δ' εἰ
βούλει μικρὸν, μέχρως ἂν καὶ αὐτὸς τέκνων γένη πατῆρ· καὶ τότε C
διὰ τῆς πείρας εἴση καλῶς, ὁπίσθην οἱ τεκόντες τοῦ φίλτρον τὴν
φλόγα βόσκουσιν ἐν μέσοις τοῖς σπλάγγνοις ὑπὲρ τῶν τέκνων. νῦν
γὰρ οὐκ ἔχω, τίσιν χρησαμένη λόγοις πείθειν ἂν σε δυναμην τε-
15 λείως, πρὶν εἰς τὴν τῶν λεγομένων σε πείραν ἀφίχθαι. Μὴ δὲ
παρίδης δάκρυα μητρὸς, μηδὲ μόχθον ἐν λήθῃ ποιήσης τσσαύ-
της ὁδοιορίας, ὁπίσθην ἐγὼ διανύσαι καὶ συντεμεῖν τάχιον ἢ
κατὰ πάντα εὐζῶνον ἄνδρα προτεθύμημαι διὰ σέ, ἵνα δήπου μὴ D
σεαυτὸν ἀτεκμάρτοις περιβύλης κινδύνοις, καὶ καπνὸν φεύγων
θεῖς πῦρ ἐμπέσης, καὶ σκιὰν φυλαττόμενος ὑποψίας, ἐν ἀδήλω
μύλλοντος φόβου καλινδουμένην, εἰς κρημνοὺς ἀποτόμους περι-
φανῶς συνωθήσης σεαυτὸν ἔκοντι (ὃ τοῦ ἀκουσίου πάθους ἐστὶ
μακροῦ χαλεπώτερον, ὁποῖον καὶ ἡμῖν τὸν ἐξαέτη χρόνον ἐξεγέ-
τετο πάσχειν ἐκείνον ἐλαυνομένοις, ὡς γε οἴσθαι) καὶ ὃν διέφυγον

ratione persuaderi possit cognatis visceribus, ut se' invicem dilacerent;
quorum arcanam compactionem solus novit, qui ea inter se irruptis quibus-
dam et adamantinis vinculis colligavit? Aut quid nobis parentibus tuis sub
sole et caelo suave esse possit absente te? Atque haec maxime res est,
quae me nunc tuo cum patre vivam ad tumulum adigit, quod istarum, quas
animo aluisti, cogitationum nos ipsi causa fuerimus. Ecquid porro aliud
parentibus morte omni acerbius esse possit, praeter ruinam liberorum, et
eorum quidem bonorum; quorum vel sola recordatio efficit, ut ii vivant,
et eorum animae viridissimum florem largitur? Tu vero paulisper, si vis,
expecta, quoad pater ipse sis. Tum expertus probe scies, quantam sub
imīs visceribus flammam alat parentum in liberos amor. Mihi certa verba
nunc desunt, quibus id possim tibi penitus persuadere, antequam ipse eo-
rum quae dico experientiam nactus sis. At tu matris lacrymas ne despice;
nec te huius longi itineris capiat oblivio, quod ego tui causa citius quovis
homine expedito conficere et accelerare studui; ne scilicet te ipsum caecis
periculis irretires, et fumum fugiens in ignem incideres, periculique um-
bram cavens, quae in incerto futuri metu verteretur, in abrupta te prae-
cipitia palam atque ultro mitteres; cuiusmodi malum longe gravius est quam
quae nolentibus accidunt, qualia nos, ut scis, per illum sexennium vexati
pertulimus; ne denique eius, quam tum effugi, mortis tecum particeps pro-

- A. M. 6855 τότε θάνατον, τούτου σὺν σοι διὰ σέ πως παραπολαῦσαι μοι
 Ind. 15 **Κ** γένηται. οἷς μὲν γὰρ ἀκουσίοις ἔπεισι τὰ δεινὰ, συγγνώμη τις
 εἶωθεν οἴκτω συγκεκραμένη συνεξακολουθεῖν. οἷς δ' ἔξ ἰδίας
 V. 412 ἀβουλλίας συμβαίνει πηγὰς ἀνορύττειν κακῶν ἑαυτοῖς, τοσοῦτον
 μεμεῶσθαι σφισιν εἰκὸς, ὅσον οὐδὲ τοὺς ἐλεήσοντας καταλιμπά-
 ρουσιν ἑαυτοῖς ζῆν γε λόγῳ τῷ πρόποντι. **Εἰ** δέ μοι πολλὰ τῶν
 πάλαι πρὸς μέσον ἄγεις ὑποδειγμάτων, ὅποσα πρὸς τοὺς ὁμοίους
 F σε φόβους ἐνάγουσι, καὶ ζῆν γε τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ Μάρκιον
 ἐκείνον, τὸν τῇ πάλαι στρατηγήσαντα Ῥώμῃ ποτὲ, ἐς τοσοῦνδε
 τὰ μητρὸς ἔσφηλε δάκρυα, ὡς μυρταῖς ὑφ' ὧν στεφανοῦσθαι¹⁰
 ἐχρῆν καλυφθέντα λίθων βολαῖς θανεῖν δυστυχῶς, ἀλλὰ τάληθῆ
 περὶ γε τὰνδρὸς ἐκείνου μαθῶν τὴν ἀμείνω κρίσιν ἔλοιο ἄν.
 πάσης γὰρ ἐκείνος ἀποκλείσας ἑαυτὸν ἀπολογίας, καὶ θύραν οὐ-
 δεμίαν συγγνώμης ταῖς ἐπιούσαις καταλειπίως ἐλπίσιν, αὐτὸν
 P. 510 ἑαυτῷ κατήγορον ἐκ τοῦ σύγγενος εἶχε, καὶ πολλὰ ταῖς τοῦ συν-¹⁵
 ειδότος σκηναῖς ἀυλιζόμενά οἱ παραπέπηγε κέντρα. τὰς γὰρ πλεί-
 στας Ῥωμαίων χώρας καὶ πόλεις θῦττον ἢ λόγος ἀφελόμενος
 τὰς μὲν τοῖς ἐναντιοῖς ἐχαρίσατο, τὰς δ' ἐξηνδραποδίστατο καὶ
 κατέσκαψε χεῖρον ἢ τὰς Θήβας Ἀλέξανδρος. καὶ διὰ τοῦτο Μάρ-
 κιος εὐέλπις ἦκιστα ἦν, οὐδὲ πάροδοις ὄλωσ εἰς πίστιν εἶχον ταῖς²⁰
 Ῥωμαίων ψυχαῖς αἱ Μαρτίου συνθέσεις· οἳ τε Ῥωμαίων αὐ πο-
 B βλέμιοι φρικώδεσιν ὄρκιοι αὐτὸν προκατελιφότες, ἔπειτα μέγαν ἐξ
 ἀσθενοῦς ταῖς οικειαῖς ξυμμεμαχηκότες δυνάμεσιν ἐπεπράχισαν·
 ἄς βραχὺ τι παρακρούσασθαι διὰ τὰ μητρὸς δόξας δάκρυα ἐλα-

19. Μάρκιος Βοῖν., μακάριος apogr. Par.

pter te quodammodo fierem. Sane quibus nolentibus calamitas supervenit, eos manet venia quaedam, miserationi coniuncta. Quibus autem temeritate sua accidit, ut malorum fontes sibi ipsis foderent, iis indignari eo magis aequum est, quod ne eos quidem sibi relinquant, qui iure et merito miseraturi sint. Quod si mihi multa in medium proferas veterum exempla, quae te ad similes casus metuentes compellant, atque inter caetera id, quod de Martio illo, qui Romae olim bellum intulit, narratur; ei nempe matris lacrymas in tantum fraudi fuisse, ut a quibus coronari eum oportebat, ab iis densissima lapidum grandine obrutus infelicissime obierit: postquam de illo vera audiveris, meliorem certe sententiam amplecteris. Praeciderat sibi ille omnem defensionem: nullam sibi in posterum spem veniae reliquerat. Aderat igitur sinitet ipse accusator, et in eius conscientia stimuli plures infixi penitus insidebant. Plerosque agros et urbes Romanis cum ademisset, idque summa celeritate, partim hostibus concesserat, partim diriperat, et peius, quam Thebas Alexander, vastaverat. Idcirco minimum erat Martio bonae spei; neque illius pactiones apud Romanorum animos aditum ullum habebant ad fidem acquirendam. Romanorum vero hostes eundem horrendis iuramentis primum obstrinxerant; deinde suis viribus adiutam ex homilli magnum effecerant. Itaque ille propter matris lacrymas cum eos ali-

5 *δεν εἰς τοὺς ἰσχυροὺς ἄλλοθροὺς ὠλισθηκώς. σὺ δ' οὔτε βλάβην* A. C. 1347
τοῖς Ῥωμαίων σὺδεμίαν παρέσχεῖς πράγμασιν, οὐθ' ὄροικς οὐδέσι Imp. Io. Can-
δέσιμον σεαυτὸν προκατέστησας. ταῦτα γὰρ ἕπυντα προκατειλη- tacz. 1
φτία λαμπρῶς ἢ τῆς ἐμῆς ἀπὸξείως ἀνεχαίτισεν αὐτῆ σπουδῇ· ὡς
εἶναι σοι μηδὲν ἐμποδῶν τῶν ὑπάντων ταῖς μητρικαῖς παραινέ- C
σει πεῖθεσθαι. Ἐπειθ' ὄρῳς καὶ εἰς ὅσον μὲν βραχύτητος ἢ
Ῥωμαίων ἀρχὴ συνεστάλη, εἰς ὅσον δὲ πενίας τὰ Ῥωμαίων ἐβ-
ρήνῃ πράγματα· ὡς μηδὲ λέγειν θυβρῆϊν φειδοῖ τῆς τῶν ἀκουσομέ-
πων αἰδοῦς. ὁμως ἐξ ἐνός γέ του δηλώσω σοι τρόπον. ἴσασι μὲν
 10 *γὰρ τῶν Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων οἱ πλεῖστοι τὸν πλοῦτον πρὸ*
τῆς συγχύσεως καὶ τῶν διωγμῶν ἐκείνων, ὀπόσος τοῖς σοῖς γο- D
νεῦσιν ὑπῆρχεν ἡμῖν, ἐν τε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθων καὶ
μαργάρων πολυτελείᾳ, ἐν τε ποιμνίαις καὶ βοσκολοῖς καὶ μυριάσι
παντοίων θρεμμιάτων καὶ βοσκημάτων. ἴσασι δὲ καὶ τῶν παρε-
 15 *σιτώτων οἱ πλείους τὸ τῶν ἡμετέρων πληθὸς ἀποθηκῶν, ἀ' τοῖς*
ἐκ γῆς παντοδαποῖς γεννήμασιν ὑπερεξεχέοντο, καὶ τὰ ταμεία
ἐκίνα, ὀπόσα βρίζοντα κομιδῇ τοῖς ἐτησίοις καρποῖς τε καὶ θη-
σαυροῖς ἐστενοχωροῦντο. τῆς δὲ καθ' ἡμέραν ἐκάστην τραπέζης B
τὴν ἀφθονίαν καὶ πολυτελείαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην, ὅσοι ματεῖχον
 20 *ἐκείνης καὶ παραπέλασον, ἴσασιν ἕπαντες, τὰ τε ἄλλα καὶ ὡς*
οὐδ' ἄγχι καὶ ἐς τὸ τοῦ δεκάτου μέρος ἐκείνης ἀνήκειν τὰ τῆς βα-
σιλικῆς ἡμῖν τραπέζης δύναται τήμερον. οὕτως ἀσθενῶς ἔσχε,
καὶ ἐς τοσοῦτον ἔβρει καὶ κατενήνεκται δυστυχίας τὰ Ῥωμαίων
πράγματα προφανῶς· ὡς ἐξεῖναι σκοπεῖν σε, γλυκύτατε, τί κα-
 25 *ταλειοπῶς τῷ πατρὶ καὶ τοῖς γε ἅμω' αὐτὸν ὁμοῦ καὶ σὸν αὐτῷ, F*

quantulum visus esset elusisse, in ultima mala imprudens delapsus est. Tu vero nec detrimenti quidquam rei Romanae attulisti, nec te ullis iuramentis praepedivisti. Ista enim omnia plane antevertit et inhibuit adventus mei celeritas; ita ut nihil quidquam tibi obstet, quominus matris exhortationibus pareas. Vides praeterea, quam in angustum contracta huius imperii magnitudo, quo inopiae redacta sit Romana res. Vereor equidem dicere, ut audientium pudori parcam. Tamen id tibi una re declarabo. Norunt Romanorum et barbarorum plerique, quantae nobis parentibus tuis opes, ante confusionem temporum et calamitosam illam fugam, in auro fuerint, in argento, in gemmis et margaritis pretiosissimis, in gregibus et armentis, denique in infinita quorumlibet altitium pecorumque vi. Norunt etiam plerique ex iis, qui hic adsunt, quot apothecas omni genere earum rerum, quas terra gignit, redundant; quae horrea, annuis fructibus et acervis gravida et coarctata, habuerimus. Iam de lautitia et magnificentia mensae quotidianae, qui eius participes nobiscum fuerunt, ii sciunt cum alia, tum nec ad decimam partem pristinae illius magnificentiae posse progredi eos sumptus, qui in mensam imperatoriam hodie a nobis fiunt; usque eo debilitatae, eo calamitatis lapsae sunt ac demersae palam res Romanae. Potes nunc, dulcissima, expendere, quid et patri, et iis, quos secum ac circa se habet,

- A. M. 6855 τί ποτ' ἄν λάβοις αὐτὸς ἰδίᾳ πρὸς εὐπορίαν σοί τε καὶ τοῖς γε
 Ibid. 15 ἀμφὶ σέ στρατιώταις. Οὐτε γὰρ ἄνευ ὀπλων καὶ στρατιωτικῶν
 δυνάμεων δυνατὸν βασιλείαν συνίστασθαι, καὶ μάλιστα τὴν ἐκ
 νεωτερισμοῦ· οὐτε χρημάτων ἄνευ, τό γε μείζον εἰπεῖν, ὅπλα
 καὶ στρατιωτικὰς εἰκὸς ἀθροῖσθαι δυνάμεις. στρατιωτῶν γὰρ
 ἄνευ ἐνότε μεγάλα καὶ καθ' αὐτὸν ἰσχύοντα πάντες ἴσασιν τὸν
 P. 511 χρυσὸν, καὶ πάσης ἐλεπόλεως μελλῶ. πρὶν γὰρ αἰσθῆσθαι τοῖς
 V. 413 πλείους, εὐρίσκειται πολλάκις ῥαδίως προδοδομένη τοῖς πολεμίοις
 ἢ πόλις διὰ χρυσόν. οἶσθα δ' αὖ καὶ ὅσος ἐκ τῶν στρατοπέδων
 τοῖς ἄγουσιν ὄχλος μετὰ κινδύνων ἔπεται, μήτε πολέμων παρὰ-10
 των, μήτε μισθῶν διδομένων αὐτοῖς. οἷς γὰρ ὀρῖσθαι τὸν βίον
 ἐν τῷ μισθοῦ στρατεύεσθαι ἔπεισι, τούτοις ἀνάγκη καὶ τὸν μὲν
 πόλεμον πολλῶ τῆς εἰρήνης ἡγεῖσθαι βελτίω, τὴν δ' εἰρήνην πολ-
 B λῶ χαλεπώτερον τοῦ πολέμου χρῆμα. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος σὺν
 τῷ μισθῷ καὶ βιαιῆς ἀρπαγῆς καθίσταται σφισιν αἴτιος, ἀφ' 15
 ὧν ἀφθονία τραπέζης ἀμόχθου προτίθεται· εἰρήνη δὲ τοῦναντίον
 ἀφθονος καὶ τῶν ὄντων δαπάνη καθίσταται. σὺ δ' ἀμφοτέρων
 ἑσπερημένος ἐν τῷ αὐτίκᾳ οὐκ ἄν φθάνοις φθειρῶν σεαυτὸν, ἢ
 βασιλείον σεαυτῷ περιποιούμενος κράτος. Ἦν γοῦν ἐμοὶ πείθε-
 σθαι θέλης, τῇ μᾶλλον ἢ σὺ σεαυτὸν ποθοῦση μητρὶ, ἐμοὶ τὰ 20
 C σὰ προσανάθου, βραχὺ περιμείνας, ἕως ἄν τὴν ταχίστην ἐς τὸν
 σὸν ἐπανοῦσα πατέρα, ξὺν τῷ ἄφοβον εἶναι σε, καὶ τὰ τῆς
 εὐπορίας ἐκείθεν ἐν μεγάλῃ σοι ποιήσωμαι προμηθεῖα." (E.) Ταῦτ'

18. φθάν. φθ. σεαυτ., ἢ] μᾶλλον supplendum est, observante Boivino. relinquens, quidnam seorsum ipse tandem habiturus sis, quod et tibi et tuis militibus sit satis. Nec enim sine armis militaribusque copiis constituere imperium sibi quisquam potest, praesertim si id per novas res quaeratur: nec, quod maius est, arma militaresque copiae videntur parari posse sine pecunia. Nemo scilicet hoc nescit, ipsum per se aurum multa sine militibus posse, immo maiorem quam tormentum ullum murale vim habere: et compertum saepe est, urbem propter aurum, antequam plerique senissent, nullo labore hostibus proditam fuisse. Scis denique, quantum molestiae et periculorum ab exercitiis redundet in duces, cum pec bellum geritur, nec stipendia esse intelligunt, eos necesse est et bellum multo malle quam pacem, et pacem multo quam bellum peiorem arbitrari. Iis siquidem bellum non solum accipiendi stipendii, sed et praedae per vim agendaee occasio fit, unde et parabilium epularum copia affluit. Contra pax eorum etiam, quae quis parta habet, effusio quaedam est. Tu vero utraque re, militibus et pecunia scilicet, statim destitutus facere non poteris, quin te ipsam perdas potius, quam imperatoriam tibi auctoritatem asseras. Mihi igitur credere si velis, quae et mater sum, et te diligo magis, quam tute ipse te, tuas mihi res committito, paulisperque exspecta quoad celerrime ad parentem tuum reversa, et ut securus sis efficiam, et ut opulentus evadas summa deinde cura provideam." (V.) Haec loquuta imperatrix Irene animum filii

εποῦσα καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ μαλάξασα γνώμην ἢ βασιλὶς Εἰρήνη, A. C. 1347
Imp. Io. Can-
tacz. 1
καὶ σφόδρα τοῖς οἰκείοις πειθόμενον δείξασα λόγοις, καὶ τῶν πάνθ' ὅποσα ἐπὶ τούτοις χρεῶν, οὐ μάλᾳ συχναῖς ταῖς ἡμέραις καλῶς διαπρυξιμένη, τάχιστα ἐς Βυζάντιον ἐπανήει· κἀνταῦθα δὲ τὴν τοῦ υἱῶς μεμαθηκοῦσα τελευτὴν Ἀνδρονίκου λίαν ἐφ' ἱκαναῖς ἐπέσθησεν ἡμέραις. καὶ ταῦτα μὲν τῆδε πη ἐφέρετο.

δ'. Μετὰ δὲ τὰς τοῦ Ἀρκτοῦρου ἐπιτολὰς ἄρας ἐκ Βυζαν- A. M. 6856
Ind. 1.
τίου ὁ βασιλεὺς ἦκεν ἐς Αἰδουμότειχον, συμβιβάσων καὶ ἀποκα- D
ταστήσων οὓς ἡ βασιλὶς, ὡς εἴρηται, Εἰρήνη θοροῦσους ἐσθθ
10 κατευνάσασα. καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβλη- P. 512
κὼς Ἰωάννην ἐν τοῖς Βυζαντίου ἀρχείοις δέσιμον ἐπεπόμφει
φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ νεωτερισμοῖς συναράμενος καὶ ἀ-
τὸς μεγίστης καὶ δυσεφίκτου τοῖς δημοσίοις γένηται πρᾶγμασι
βλάβης αἴτιος. ὅς καὶ μικρὸν ἐπιβιοδὸς ἐνταῦθα ἐτελεύτησε,
15 πέντε καὶ ἐξήκοντα γεγονῶς ἔτη· πατριαρχεύσας μὲν περὶ
ποὺ τὰ τεσσαρεσκαίδεκα· ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθάραισιν μῆνας V. 414
δέκα. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ἡλικίαν οὐ πάνυ εὐμήκης· τὴν δὲ τοῦ Β
προσώπου ἰδέαν πάνυ εὐσχήμων· τὴν τε γλώτταν ἀκώλυτον
ἔχων ἐν τῷ λέγειν· καὶ κινόνων ἐκκλησιαστικῶν καὶ νόμων, ὅσοι
20 κατὰ τὰς δίκαις ἰγγηλατοῦσι τὰς ἀναφνομένας ἐν τοῖς πολιτικοῖς
πράγμασι ὑποθέσεων, πάνυ τοι ἡσκημένος ἐκ νέου. τῆς γε μὴν
Ἑλληνικῆς παιδείας οὐ πάνυ τοι σφόδρα μετέσχε, πλὴν ἢ ὅσον
ἄκρῳ δακτύλῳ γέυσασθαι. ἀνεπλήρου δ' ὁμως τὸ ἐκεῖθεν ἑλλίπεις C
ἢ τῆς φύσεως ὀξύτης. οὕτω γὰρ εὐφυῆς τε καὶ μνήμων ἦν, ὡς

mollivit, et dicto audientem prorsus effecit. Itaque, cum et caetera omnia, quae praeterea instabant, intra non multos dies praeclare ordinasset, Byzantium quam diligentissime rediit: ubi Andronici filii sui comperto interitu, diebus luxit compluribus. Et haec quidem ita ferme procedebant.

4. Post Arcturi ortum imperator, Byzantio egressus, Didymotichum venit; ut eos tumultus, quos ab imperatrice Irene iam sopitos fuisse diximus, componeret, et res in meliorem statum verteret. Hinc autem ille ante omnia Iohannem patriarcham eiecit, et Byzantium, ut in palatio vincetus custodiretur, misit; ne et ipse favens novis rebus, quae illic ciebantur, maximum et intolerandum reipublicae detrimentum afferret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potitus, et decimo post exaugurationem mense mortuus. Erat porro vir ille statura non adeo procera; vultus conformatione plane honesta ac liberali; item lingua in dicendo expedita. In sacris canonibus et in legibus, quae ad forenses causas pertinent et quotidianos civilium negotiorum casus explorant, versatissimus iam inde ab adolescentia fuit. At idem Graecis litteris non admodum erat instructus; sed extremo tantum digito eas attigerat. Hunc autem defectum via naturae excellens supplebat. Indole enim memoriaque adeo praestabat,

A. M. 6865 οὐ τέλος δέ· διότι μὴ τέλειον ἔχει τὸ τῆς ἀποφάνσεως δόγμα
 Ind. 15 καὶ ψήφισμα. περὶ γὰρ ὅλης γῆς καὶ θαλάττης ἀποπεράνθαι
 C προσῆκον, ἣ δὲ περὶ μόνης Λιβύης τὸ δόγμα ἐξήνεγκε, μικροῦ
 τινος μέρους οὐσης αὐτῆς, καὶ βιαίαν ἐχούσης τὴν μίμησιν πρὸς
 τὴν τῆς ὅλης γῆς ἀριστοκρατίαν. Λιβύης μὲν γὰρ ἡ καινότης⁵
 ζῶων τε μόναις τερατομόρφοις ἰδέαις ὀρίζεται καὶ πρὸς γε ἔτι
 τῶν ἐκεῖθεν διὰ μῆκος ὁδοῦ σπανίως παρακομιζομένων ἐς τὰ ἡμέ-
 τερα ἤδη πραγμάτων ἄλλων, ἰδιοτροπίαν τινὰ κεκτημένων, ὅπου
 D ξεῖνοντα φύεται παρὰ τῇ σκληρῇ καὶ ἀνημέρῳ ἐκείνῃ γῆ. τῆς δὲ
 πάσης γῆς ἡ καινότης μαρμαρῶ καὶ χλόῃ καὶ χαρῇ καὶ λύπῃ¹⁰
 μερίζει τὸν βίον διηλεκῶς, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίᾳ, καὶ νόσῳ καὶ
 ὑγιείῳ, καὶ θανάτῳ καὶ ζωῇ, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, ἀρετῇ καὶ κακίᾳ,
 καὶ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσι παντοίαις τε καὶ μέτρον ἅπαν ἐλατ-
 νοῦσαις. καὶ θαῦμα μὲν, πῶς ταῖς καινοποιαῖς ταύταις ἄμφω
 κεκτήσθαι δοκεῖ, καὶ παίζει τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας, καὶ τοῖς¹⁵
 B μὲν ἀνθεῖν αἰεὶ δοκεῖ, καὶ τοὺς τῆς τύχης πόδας ἕκαστον ἐκ'
 ἀσφαλοῦς ἐρεῖδειν· τοῖς δὲ μηδὲν κεκτήσθαι βέβαιον μηδ' ἀσφα-
 λές. βραχεῖα γὰρ τις ὥρα πολλύκις καὶ μίᾳ ῥοπή διαστήματος
 χρονικοῦ μεταβάλλει πρὸς τὸνναντίον ἅπαν, καὶ ῥίπτει πολλὰ τῶν
 ἐστάναι δοκούτων εἰς ἕδαφος· καὶ αὖ πρὸς ὑπερήφανον ἐνίοτε²⁰
 τύχην ἀνάγει τὰ ἀφανῆ. Θαῦμα δὲ, πῶς ἀμιγῆς οὐδὲν οὐδ' αὐ-
 τοτελές τῶν ἀπάντων ἐδρίσκειται παντάπασιν οὐδαμῇ, οὐδ' ἂ
 F τῶν ἀγαθῶν, οὐδ' ἂ τῶν φαύλων εἶναι νομίζουσιν ἀνθρώποι·
 ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων διηλεκῶς πολέμια καὶ μαχόμενα σύντροφόν

novi, laudo quidem, sed non absolute, quia nec absoluta est eius pronun-
 ciati sententia. Etenim de universo terrae et maris orbe cum id dici oport-
 teret, de sola Libya pronunciatum est; quae pars cum exigua sit, totius or-
 bis rempublicam vix repraesentat. Illa nempe rerum novarum affluentia,
 quae Libyae tribuitur, ad solas pertinet animalium monstrorum formas,
 et rerum aliarum species, ad nostras provincias propter longinquitatem ra-
 rius comitantium, peculiare autem aliquid in se habentium, qualia nobis
 incognita in illa dura et immani regione nascuntur. Totius vero orbis no-
 vitates situ, viriditate, gaudio, tristitia, gloria, infamia, morbo, sanitate,
 vita, morte, atque, ut paucis absolvam, virtute, vitio, mutationibus deai-
 que ac omnigenis et infinitis variationibus, res humanas usque distinguunt.
 Et mirum sane, quod cum tot nova idem hic orbis pariat, utrumque tamen
 ei inesse credatur, atque ita hominum mentes deludat, ut aliis semper flo-
 rere, et fortunae vestigia stabili fundamento quisque figure videatur; aliis
 nihil firmi habere, nihil certi. Fugax enim hora saepe et momentum tem-
 poris multa, quae stare videbantur, omnino in contrarium vertunt et ad
 terram affligunt: atque ad summum fortunae splendorem obscura quandoque
 evehunt. Mirum vero, quomodo nihil usquam sincerum, nihil ab omni parte
 perfectum inveniantur eorum omnium, quae seu bona seu mala esse homines
 arbitrantur: sed res, sibi invicem aeternum inimicae et pugnantes, velut

πῶς ἔχει τὴν βλάστην, καὶ μίαν δῆπου τινὰ τὴν εἰς φῶς προ- A. C. 1347
 ενεγκοῦσαν μητέρα προῖσχεται· καὶ τὰ τὴν ἄσπονδον ἔχθραν πρὸς Imp. Io. Can-
 ἄλληλα κεκτημένα ξένας τινὰς ἐν ἀνθρώπου θύμῃ ψυχῇ τὰς tacuz. 1
 σπονδάς· καὶ οὔτε βίον ἄλυπον ὄντα παρ' οὐδενὶ τῶν ἀπάντων
 5 δόρωμεν, οὔτε λύπην παντάπασιν ἀτερπῆ· ἀλλ' εἶναι συμβαίνει P. 508
 καὶ λύπην αἰτίαν χαρῆς, καὶ αὐτὴν μῆτερον λύπης χαράν. ταῦτα μὲν
 εἶναι συμφυῆ πῶς, καὶ ἐγκαταφοδομημένα τοῖς πράγμασιν, ἣ
 πέρα ξυγχωρεῖ συνέναι ταῖς συντεωτέροις ψυχαῖς· τὸ δὲ μεγέθη
 καὶ μικρότητας τούτοις διδόναι, τοῦτο δ' οἶμαι δῆπουθεν ὡς
 10 τὰ πολλὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχειν ἐν. "Ὅς γὰρ μεγάλοις ἐφίεται
 πραγμάτων ὕδασιν ἐγκυβιστῶν, ἀνάγκη τούτῳ καὶ μεγάλους ὑφί-
 στασθαι τῶν κινδύνων τοὺς κλύδωνας· ὧ δὲ βραχυτέροις ἐνδύαι- B
 τῦσθαι νομίζεται ἀποχρῶν, τούτῳ δὲ καὶ μετριωτέροις κεκρῆ-
 σθαι ταῖς λύπαις τοῦ βίου χρεῶν. βασιλεία τοίνυν ἐν τοῖς τοῦ
 15 βίου πράγμασι μέγιστον εἶναι χρῆμα νομίζεται τύχης καὶ, ἢ
 εἶπω, τὸ κράτιστον τῆς εὐδαιμονίας ὕψος. τὸ δὲ μικροῖς τισιν
 ὀβλοῖς ὀρίζεσθαι τῷ τοῦ βίου τὴν εὐπορίαν, καὶ τριβονοφορεῖν,
 καὶ ἱκανὸν εἶναι ὃ τῇ φύσει τὸ ἀναγκαῖον μόνον χαρίζεται, τοῦτο
 δὲ κακόδαιμον φαίνεται, καὶ τούτων ἐνός, οἷς ὁ πλεῖστος ὄχλος C
 20 καταρῶται. ὧ δ' ἑκατέροις τοῖς βίοις ἐν πείρᾳ γενέσθαι τετύχη-
 κεν, ἄρχεσθαι μᾶλλον οὗτος ἢ βασιλεύειν ἔλοιτ' ἂν οἶμαι μάλα.
 προθύμως, καὶ πένητα μᾶλλον τρίβειν βίον, ἢ ὅς μωρίαις περι-
 στοιχίζεται δόξαις καὶ χρήμασιν· εἰ δ' οὖν, λεγέτω τις παρελθὼν,
 πῶς Ἀλέξανδρος ἐκεῖνος ὁ μέγας, ὁ μέχρις Ἰνδῶν τὰ τῆς Εὐρώ- V. 411

19. Ἐν, ὅσοις ὀπι. Boiv.

coalescant, et unius quasi matris sinu editas se in lucem profiteantur: et ea,
 quae odium implacabile inter se exercent, inausitata quaedam foedera in
 hominum animis feriant; ac neque vitam tristitiae immunem cuiquam con-
 tingere videamus, nec tristitiam incunditatis prorsus expertem; sed esse
 solet et laetitiae origo tristitia, et rursus tristitiae mater laetitia. Et haec
 quidem esse rebus insita quodammodo atque infixata intelligentiores quique
 sciunt, experientia nempe edocti. At ut illa ipsa vel augeantur vel mi-
 nuantur, id ego existimo penes nos esse ut plurimum. Qui enim se in
 magnas negotiorum undas gestiat immergere, eum necesse est magnum sub-
 ire periculorum fluctus: cui vero minoribus interesse satis fuerit, eum oportet
 moderatioribus affici vitae molestiis. Regia certe dignitas in hac vita
 maximum esse fortunae donum existimatur, et summus, si fas dicere, felicitatis
 cumulus. Contra paucis obolis metiri copiam omnem rei familiaris,
 et veste uti trita, et satis habere id quod naturae solas res necessarias sup-
 peditat, id et miserum videtur, et eorum unum, quae vulgi maxima pars
 detestantur. Qui vero utramque vitae conditionem expertus est, is multo
 libentius pareat quam imperet, et vitam trahere inopem malit, quam quae
 infinitis honoribus opibusque stupata sit. Sin minus, prodeat aliquis doceatque nos,
 quomodo Alexander ille Magnus, cuius auspiciis arma Europae

- A. M. 6855 πης διαβιβάσας ὄπλα, τὸν εὐτελῆ τοῦ Διογένους πλῆθον καὶ τὴν
 Ind. 15 D διεβρώγωνται ἀμπέχεσθαι μᾶλλον ἐσθῆτα ποθεῖν ὠμολόγει, ἢ τὴν
 τῆς ὅλης Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης ἔχειν ἀρχὴν, καὶ τὸν Βαβυλώ-
 νιον ἐκείνον περιβεβλησθαι πλοῦτον· ὅθεν καὶ τὸ πολὺ τῆς ἑα-
 στῶν γερῶν Δαρειῶ καὶ Πέρσαις ὄνειρον ἔδειξεν εἶναι σαφῶς⁵
 τὰς δοκούσας εὐδαίμονας τύχας τοῦ βίου. οὐδὲν γὰρ οὕτω μεστὸν
 ὑποψίας καὶ ἀπιστίας, ὡς βασιλεία καὶ δυναστεύουσα χεῖρ. ἴ-
 μὲν γὰρ βασιλεύεσθαι πως τετύγηκεν, ἕνα μόνον οὗτος δέδιε, τὸν
 Εβασιλέα· φαίην δ' ἄν, οὐδ' αὐτὸν, εἰ τὰ δίκαια φυλάττειν,
 ὅστις ποτ' ἄν ἦ, ἐθέλει, καὶ τὴν λαχοῦσαν μοῖραν στέργειν τοῦ¹⁰
 βίου. ὧ δὲ βασιλεύειν ἔξιστιν, οὗτος μετὰ τῶν ἐμφανῶν ἐχθρῶν
 πλείους ἔχει καὶ τοὺς κρύφα τὰς πλείους συσκευάζοντας τῶν ἐπι-
 βουλῶν. οὐκ ὀκνήσω δ' εἰπεῖν, ὡς καὶ αὐτοὺς αἰεὶ δέδιεν, ὁπό-
 σοι φυλάκων ἔχουσι τάξιν αὐτῷ, καὶ περίεστι τρέμειν αἰεὶ, καὶ
 Ταντάλειον, τὸ δὴ λεγόμενον, βόσκειν βίον. Ταῦτ' ἐννοῶν, φιλ-¹⁵
 Ἔτατε, πείθου μητρὸς ἐννοούσης βουλαῖς, καὶ μὴ γνώμῃς ἐτέρων
 συμφέρεσθαι δίδου, οἷ πρὸς ἓν δὴ μόνον τὸ οἰκεῖον σκοποῦντις
 συνοῖσον προσωπέῳ τινὶ κέχρηται σοι, μέχρις ἄν τὸ βουλόμενόν
 σφισι κατωρθώκοτες αὐτοῖς, ἔπειτα καὶ σοὶ τὴν τοῦ βίου σχεδιά-
 σωσιν ἐπιβούλως ἀπαλλαγὴν· μηδὲ παραπλήσια τίθει τοῖς διώκταις²⁰
 P. 509 ἡμῶν τὰ ἡμέτερα. παρόσον γὰρ ἐκείνων καὶ ἡμῶν τὸ συνάγον εἰς
 ὁμόνοιαν ἦν τῶν ἁπάντων μετὰ τὴν ζάλην οὐδὲν μεταξὺ, παρὰ
 τοσοῦτον ἡμῶν τε καὶ σοῦ τὸ τὴν τοῦ αἵματος ἔνωσιν διῶστων
 τῶν ἁπάντων ἔστιν οὐδὲν μεταξὺ. τί γὰρ ἄν εἴη τὸ πείσει δύνα-

ad Indiam usque penetrarunt, vile Diogenis dolium habitare, et eiusdem lacera veste indui, optatius sibi esse confessus sit, quam Asiae et Europae totius imperium possidere, et Babylonis divitiis cumulari; quarum effusa abundantia Dario et Persis ostendit, merum esse somnium ea, quae conditionem vitae bestiorem facere existimantur. Enimvero nihil est ita suspitionis et diffidentiae plenum, ut principatus et potestas summa. Nam quem alteri subditum esse fortuna voluit, is unum duntaxat pertimescit, imperatorem videlicet; sed ne hunc quidem (ausim dicere), si iura, quicunque tandem ille sit, velit servare, et ea quae contigit sibi fortuna contentum vivat. At cui imperare datum est, is praeter apertos hostes, complures alios habet, qui multas ei clandestum insidias struant. Nec verebor illud affirmare, timeri ab eo semper etiam ipsos stipitatores; ita ut ei perpetuo contremiscendum et Tantalea, ut aiunt, vita agenda sit. Haec cogitans, mi fili, benevolae matris consiliis pareto, et aliorum sententiae cave ne accedas, qui, ad propriam utilitatem omnia referentes, te ipso tanquam larva quadam utuntur, quoad, ubi ex sententia sibi successerit, ipsi deinde tibi per fraudem exitium afferant repentinum: nec sic fere consulas rebus nostris, ut ii qui nos persequuti sunt. Nam coorta semel tempestate, nihil omnino inter nos illosque erat, quod in concordiam reduceret. Sanguinis autem vinculum, quo nos tecum iungimur, nihil est quod dissolvat. Qua enim quae so-

μενοι σπλάγγνα φύσεως ὑπ' ἀλλήλων τε καὶ δι' ἀλλήλων ῥήγνου- A. C. 1847
 σθαι· ὣν τὴν ἀπόρρητον σύμπηξιν μόνος οἶδεν ὁ ξυνοδήσας ἀλύ- Imp. Io. Can-
 τοις τισὶ καὶ ἀδαμαντίνους δεσμοῖς; ἢ τί τῶν ὑφ' ἡλίω καὶ ἀέρι- tacuz. 1
 πάντων ἡδὺ γένοιτ'· ἂν τοῖς γονεῦσιν ἡμῖν, σοῦ μὴ παρόντος; ὡς B
 5 τῶν γε τοῦτ' ἔστιν ὃ με μάλιστα ζῶσαν μετὰ τοῦ σοῦ κατὰγει πα-
 τρὸς εἰς πυθμένας ἕδου, ὅτι σύ γε ἡμῶν ἔνεκα τοιούτους ἔθρε-
 ψας ἐν σεαυτῷ λογισμούς. τί δ' ἄλλο τῶν πάντων εἶη θανάτου
 παντὸς γονεῦσι πικρότερον, ἢ τέκνων καταστροφῇ, καὶ τέκνων
 ἀγαθῶν· ὣν ἡ μήμηξ καὶ μόνη τούτοις δημιουργεῖ πνοὴν καὶ
 10 τὸ θάλλειν ἐκ περιουσίας χαρίζεται τῇ ψυχῇ; ἀνάμεινον δ' εἰ
 βοῦλει μικρὸν, μέχρις ἂν καὶ αὐτὸς τέκνων γένη πατῆρ· καὶ τότε C
 διὰ τῆς πείρας εἴση καλῶς, ὁπόσῃν οἱ τεκόντες τοῦ φίλτρου τὴν
 φλόγα βόσκουσιν ἐν μέσοις τοῖς σπλάγγχοις ὑπὲρ τῶν τέκνων. νῦν
 γὰρ οὐκ ἔχω, τίσι χρησαμένη λόγοις πείθειν ἂν σε δυναίμην τε-
 15 λέας, πρὶν εἰς τὴν τῶν λεγομένων σε πείραν ἀφῆχθαι. Μὴ δὴ
 παρὶδης δάκρυα μητρὸς, μηδὲ μόχθον ἐν λήθῃ ποιήσης τοσαύ-
 τῆς ὁδοιορίας, ὁπόσῃν ἐγὼ διανύσαι καὶ συνταμῆν τάχιον ἢ
 κατὰ πάντα εὐζῶνον ἄνδρα προτεθύμημαι διὰ σέ, ἵνα δήπου μὴ D
 σεαυτὸν ἀτεκμάροισ περιβάλλῃς κινδύνοις, καὶ καπνὸν φεύγων
 20 εἰς πῦρ ἐμπέσης, καὶ σκιὰν φυλαττόμενος ὑποψίας, ἐν ἀδύλῳ
 μέλλοντος φόβου καλινδουμένην, εἰς κρημνοὺς ἀποτόμους περι-
 φανῶς συνωδήσης σεαυτὸν ἔκοντι (ὃ τοῦ ἀκουσίου πάθους ἐστὶ
 μακρῷ χαλεπώτερον, ὁποῖον καὶ ἡμῖν τὸν ἕξαέτη χρόνον ἐξεγέ-
 νειο πάσχειν ἐκείνον ἐλαυνομένοις, ὡς γε οἶσθα) καὶ ὃν διέφυγον

ratione persuaderi possit cognatis visceribus, ut se invicem dilacerent; quorum arcanam compactionem solus novit, qui ea inter se irruptis quibusdam et adamantinis vinculis colligavit? Aut quid nobis parentibus tuis sub sole et caelo suave esse possit absente te? Atque haec maxime res est, quae me nunc tuo cum patre vivam ad tumulum adigit, quod istarum, quas animo aluisti, cogitationum nos ipsi causa fuerimus. Ecquid porro aliud parentibus morte omni acerbius esse possit, praeter ruinam liberorum, et eorum quidem bonorum; quorum vel sola recordatio efficit, ut ii vivant, et eorum animae viridissimum florem largitur? Tu vero paulisper, si vis, expecta, quoad pater ipse sis. Tum expertus probe scies, quantam sub imis visceribus flammam alat parentum in liberos amor. Mihi certe verba nunc desunt, quibus id possim tibi penitus persuadere, antequam ipse eorum quae dico experientiam nactus sis. At tu matris lacrymas ne despice; nec te huius longi itineris capiat oblivio, quod ego tui causa citius quovis homine expedito conficere et accelerare studui; ne scilicet te ipsum caecis periculis irretires, et fumum fugiens in ignem incideres, periculique umbram cavens, quae in incerto futuri metu verteretur, in abrupta te praecipitia palam atque ultro mitteres; cuiusmodi malum longe gravius est quam quae volentibus accidunt, qualia nos, ut scis, per illud sexennium vexati pertulimus; ne denique eius, quam tum effugi, mortis tecum particeps pro-

- A. M. 6855 τότε θάνατον, τούτου σὸν σοὶ διὰ σέ πως παραπολαῦσαι μοι
 Ind. 15 **Ε** γένηται. οἷς μὲν γὰρ ἀκουσίοις ἔπεισι τὰ δεινὰ, συγγνώμη τις
 εἶωθεν οἴκτω συγκεκραμένη συνεξακολουθεῖν. οἷς δ' ἔξ ἰδίας
 V. 412 ἀβουλλίας συμβαίνει πηγὰς ἀγορεύειν κακῶν ἑαυτοῖς, τοσοῦτον
 νημεσῶσθαι σφισιν εἰκὸς, ὅσον οὐδὲ τοὺς ἐλεήσοντας καταλιμπά-5
 νουσιν ἑαυτοῖς ξὺν γε λόγῳ τῷ πρόποντι. Εἰ δέ μοι πολλὰ τῶν
 πάλαι πρὸς μέσον ἄγεις ὑποδειγμάτων, ὅποσα πρὸς τοὺς ὁμοίους
 F σε φόβους ἐνάγουσι, καὶ ξὺν γε τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ Μάρκιον
 ἐκείνον, τὸν τῇ πάλαι στρατηγήσαντα Ῥώμῃ ποτὲ, ἐς τοσόνδε
 τὰ μητρὸς ἔσφηλε δάκρυα, ὡς μυρταῖς ὕφ' ὧν στεφανοῦσθαι 10
 ἐχρῆν καλυφθέντα λίθων βολαῖς θανεῖν δυστυχῶς, ἀλλὰ τάληθῆ
 περὶ γε τάνδρὸς ἐκείνου μαθὼν τὴν ἀμείνω κρίσιν ἔλοιτο ἄν.
 πάσης γὰρ ἐκείνος ἀποκλείσας ἑαυτὸν ἀπολογίας, καὶ θύραν οὐ-
 δεμίαν συγγνώμης ταῖς ἐπιούσαις καταλειοπιῶς ἐλπίσιν, αὐτὸν
 P. 510 ἑαυτῷ κατήγορον ἐκ τοῦ σύνεγγυς εἶχε, καὶ πολλὰ ταῖς τοῦ συν- 15
 εἰδὸτος σκηναῖς ἀδλιζόμενά οἱ παραπέτγη κέντρα. τὺς γὰρ πλεί-
 στας Ῥωμαίων χώρας καὶ πόλεις θᾶττον ἢ λόγος ἀφελόμενος
 τὰς μὲν τοῖς ἐναντιοῖς ἐχαρίσατο, τὰς δ' ἐξηνδραποδίστατο καὶ
 κατέσκαψε χεῖρον ἢ τὺς Θήβας Ἀλέξανδρος. καὶ διὰ τοῦτο Μάρ-
 κιος εὐέλπις ἦκιστα ἦν, οὐδὲ πάροδον ὄλωσ εἰς πίστιν εἶχον ταῖς 20
 Ῥωμαίων ψυχαῖς αἱ Μαρκίου συνθέσεις· οἱ τε Ῥωμαίων αὐ πο-
 Β λέμιοι φρικώδεσιν ὄρκοις αὐτὸν προκατειληφότες, ἔπειτα μέγαν ἐξ
 ἀσθενοῦς ταῖς οἰκταῖς ξυμμεμαχηκότες δυνάμεσιν ἐπεπράχσαν·
 αἷς βραχὺ τι παρακρούσασθαι διὰ τὰ μητρὸς δόξας δάκρυα ἐλα-

19. Μάρκιος Boiv., μακάριος apogr. Par.

pter te quodammodo fierem. Sane quibus nolentibus calamitas supervenit, eos manet venia quaedam, miserationi coniuncta. Quibus autem temeritate sua accidit, ut malorum fontes sibi ipsis foderent, iis indignari eo magis aequum est, quod ne eos quidem sibi relinquant, qui iure et merito miser-
 turi sint. Quod si mihi multa in medium proferas veterum exempla, quae te ad similes casus metuendos compellant, atque inter caetera id, quod de Martio illo, qui Romae olim bellum intulit, narratur; ei nempe matris lacrymas in tantum fraudi fuisse, ut a quibus coronari eum oportebat, ab iis densissima lapidum grandine obrutus infelicissime obierit: postquam de illo vera audiveris, meliorem certe sententiam amplecteris. Praeciderat sibi ille omnem defensionem: nullam sibi in posterum spem veniae reliquerat. Aderat igitur suimet ipse accusator, et in eius conscientia stimuli plures infixi penitus insidebant. Plerosque agros et urbes Romanis cum ademisset, idque summa celeritate, partim hostibus concesserat, partim diriperat, et peius, quam Thebas Alexander, vastaverat. Idcirco minimum erat Martio bonae spei; neque illius pactiones apud Romanorum animos aditum ullum habebant ad fidem acquirendam. Romanorum vero hostes eundem horrendis iuramentis primum obstrinxerant; deinde suis viribus adiutum ex humili magnam effecerant. Itaque ille propter matris lacrymas cum eos ali-

3εν εἰς τοὺς ἐσχάτους ἄλλθρους ἄλισθηκώς. σὺ δ' οὔτε βλάβην A. C. 1347
 τοῖς Ῥωμαίων οὐδεμίαν παρέσχες πράγμασιν, οὐθ' ὄρκους οὐδέσι Imp. Io. Can-
 δέσιμον σεαυτὸν προκατέστησας. ταῦτα γὰρ ἕπντα προκατελι- tacz. 1
 φητὶ λαμπρῶς ἢ τῆς ἐπιτῆς ἀφίξεως ἀνεχαίτισεν αὐτῆ σπουδῇ· ὡς
 5εῖναι σοι μηδὲν ἐμποδῶν τῶν ὑπάντων ταῖς μητρικαῖς παραινέ- C
 σιαι πεῖθεσθαι. Ἐπειδ' ὄρκῳ καὶ εἰς ὅσον μὲν βραχύτητος ἢ
 Ῥωμαίων ἀρχὴ συνεστάλη, εἰς ὅσον δὲ πενίας τὰ Ῥωμαίων ἐβ-
 ρύη πράγματα· ὡς μηδὲ λέγειν θυβῆρῖν φειδοῖ τῆς τῶν ἀκουσομέ-
 νων αἰδοῦς. ὁμως ἐξ ἐνός γέ του δηλώσω σοι τρόπον. ἴσασι μὲν
 10 γὰρ τῶν Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων οἱ πλείστοι τὸν πλοῦτον πρὸ
 τῆς συγχύσεως καὶ τῶν διωγμῶν ἐκείνων, ὁπόσος τοῖς σοῖς γο- D
 νεύσιν ὑπῆρχεν ἡμῖν, ἔν τε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθων καὶ
 μαργύρων πολυτελείᾳ, ἔν τε ποιμνίαις καὶ βοσκολλοῖς καὶ μυριάσι
 παντοίων θρεμμύτων καὶ βοσκημάτων. ἴσασι δὲ καὶ τῶν παρε-
 15 στώτων οἱ πλείους τὸ τῶν ἡμετέρων πληθὸς ἀποθηκῶν, ἀ' τοῖς
 ἐκ γῆς παντοδαποῖς γεννήμασιν ὑπερεξεχέοντο, καὶ τὰ ταμεία
 ἐκίνα, ὅποσα βρῖθοντα κομιδῇ τοῖς ἐτησίοις καρποῖς τε καὶ θη-
 σανροῖς ἐστενοχωροῦντο. τῆς δὲ καθ' ἡμέραν ἐκάστην τραπέζης B
 τῆν ἀφθονίαν καὶ πολυτελείαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην, ὅσοι μετείχον
 20 ἐκείνης καὶ παραπέλασον, ἴσασι μὲν πάντες, τὰ τε ἄλλα καὶ ὡς
 οὐδ' ἄχρι καὶ εἰς τὸ τοῦ δεκάτου μέρος ἐκείνης ἀνήκειν τὰ τῆς βα-
 σιλικῆς ἡμῖν τραπέζης δύναται τήμερον. οὕτως ἀσθενῶς ἔσχε,
 καὶ εἰς τοσοῦτον ἔβρη καὶ κατενήνεκται δυστυχίας τὰ Ῥωμαίων
 25 πράγματα προφανῶς· ὡς ἐξεῖναι σκοπεῖν σε, γλυκύτατε, τί κα-
 ταλειοπιῶς τῷ πατρὶ καὶ τοῖς γε ἅμφ' αὐτὸν ὁμοῦ καὶ σὸν αὐτῷ, F

quantum visus esset elusisse, in ultima mala imprudens delapsus est. Tu vero nec detrimenti quidquam rei Romanae attulisti, nec te ullis iuramentis praepedivisti. Ista enim omnia plane antevertit et inhibuit adventus mei celeritas; ita ut nihil quidquam tibi obstet, quominus matris exhortationibus pareas. Vides praeterea, quam in angustum contracta huius imperii magnitudo, quo inopiae redacta sit Romana res. Vereor equidem dicere, ut audientiam pudori parcam. Tamen id tibi una re declarabo. Norunt Romanorum et barbarorum plerique, quantae nobis parentibus tuis opes, ante confusionem temporum et calamitose illam fugam, in auro fuerint, in argento, in gemmis et margaritis pretiosissimis, in gregibus et armentis, denique in infinita quorumlibet altitium pecorumque vi. Norunt etiam plurimi ex iis, qui hic adsunt, quot apothecas omni genere earum rerum, quas terra gignit, redundant; quae horrea, annuis fructibus et acervis gravida et coarctata, habuerimus. Iam de lautitia et magnificentia mensae quotidianae, qui eius participes nobiscum fuerunt, ii sciunt cum alia, tum nec ad decimam partem pristinae illius magnificentiae posse progredi eos sumptus, qui in mensam imperatoriam hodie a nobis fiunt; usque eo debilitatae, eo calamitatis lapsae sunt ac demersae palam res Romanae. Potes nunc, dulcissime, expendere, quid et patri, et iis, quos secum ac circa se habet,

A. M. 6855 τί ποτ' ἄν λάβοις αὐτὸς ἰδίᾳ πρὸς εὐπορίαν σοί τε καὶ τοῖς γε
 Iud. 15 ἀμφὶ σέ στρατιώταις. Οὐτε γὰρ ἄνευ ὄπλων καὶ στρατιωτικῶν
 δυνάμεων δυνατὸν βασιλείαν συνίστασθαι, καὶ μάλιστα τὴν ἐκ
 νεωτερισμοῦ· οὐτε χρημάτων ἄνευ, τό γε μείζον εἰπεῖν, ὅπλα
 καὶ στρατιωτικὰς εἰκὸς ἀθροίζεσθαι δυνάμεις. στρατιωτῶν γὰρ
 ἄνευ ἐνίοτε μεγάλα καὶ καθ' αὐτὸν ἰσχύοντα πάντες ἴσασιν τὸν
 P. 511 χρυσὸν, καὶ πάσης ἐλεπόλεως μείζω. πρὶν γὰρ αἰσθῆσθαι τοὺς
 V. 413 πλείους, εὗρισκεται πολλάκις ῥαδίως προδομένη τοῖς πολέμοις
 ἢ πόλις διὰ χρυσόν. οἶσθα δ' αὖ καὶ ὅσος ἐκ τῶν στρατοπέδων
 τοῖς ἄγουσιν ὄχλος μετὰ κινδύνων ἔπεται, μήτε πολέμων παρόν-
 των, μήτε μισθῶν δεδομένων αὐτοῖς. οἷς γὰρ ὀριζέσθαι τὸν βίον
 ἐν τῷ μισθοῦ στρατεύεσθαι ἔπεισι, τούτοις ἀνάγκη καὶ τὸν μὲν
 πόλεμον πολλῶ τῆς εἰρήνης ἡγεῖσθαι βελτίω, τὴν δ' εἰρήνην πολ-
 B λῶ χαλεπώτερον τοῦ πολέμου χρήμα. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος σὺν
 τῷ μισθῷ καὶ βιαίας ἀρπαγῆς καθίσταται σφισιν αἴτιος, ἄφ' ἧς
 ὦν ἀφθονία τραπέζης ἀμόχθου προτίθεται· εἰρήνη δὲ τούναντιον
 ἀφθονος καὶ τῶν ὄντων δαπάνη καθίσταται. σὺ δ' ἀμφοτέρων
 ἐστερημένος ἐν τῷ αὐτίκα οὐκ ἄν φθάνοις φθείρων σεαυτὸν, ἢ
 βασιλεῖον σεαυτῷ περιποιούμενος κράτος. Ἦν γοῦν ἐμοὶ πείθε-
 σθαι θέλης, τῇ μᾶλλον ἢ σὺ σεαυτὸν ποθοῦση μητρὶ, ἐμοὶ τὰ
 C σὰ προσανάθου, βραχὺ περιμείνας, ἕως ἄν τὴν ταχίστην ἐς τὸν
 σὸν ἐπανοῦσα πατέρα, ξὺν τῷ ἄφοβον εἶναι σε, καὶ τὰ τῆς
 εὐπορίας ἐκείθεν ἐν μεγάλῃ σοὶ ποιήσωμαι προμηθεῖα." (E.) Ταῦτ'

18. φθάν. φθ. σεαυτ., ἢ] μᾶλλον supplendum est, observante Boivino.
 relinquens, quidnam seorsum ipse tandem habiturus sis, quod et tibi et
 tuis militibus sit satis. Nec enim sine armis militariibus copiis con-
 stituere imperium sibi quisquam potest, praesertim si id per novas res quaer-
 rat: nec, quod maius est, arma militaresque copiae videntur parari posse
 sine pecunia. Nemo scilicet hoc nescit, ipsum per se aurum multa sine mi-
 litibus posse, immo maiorem quam tormentum ullum murale vim habere: et
 compertum saepe est, urbem propter aurum, autquam plerique sensissent,
 nullo labore hostibus proditam fuisse. Scis denique, quantum molestiae et
 periculorum ab exercitiis redundet in duces, cum pec bellum geritur, nec
 stipendia persolvuntur. Nam qui rem fortunamque omnem sibi in stipendiis
 positam esse intelligunt, eos necesse est et bellum multo malle quam pa-
 cem, et pacem multo quam bellum peiorem arbitrari. His siquidem bellum
 non solum accipiendi stipendii, sed et praedae per vim agenda occasio fit,
 unde et parabilium epularum copia affluit. Contra pax eorum etiam, quae
 quis parta habet, effusio quaedam est. Tu vero utraque re, militibus et pe-
 cunia scilicet, statim destitutus facere non poteris, quin te ipsum perdas
 potius, quam imperatoriam tibi auctoritatem asseras. Mihi igitur credere
 si velis, quae et mater sum, et te diligo magis, quam tute ipse te, tuas
 mihi res committito, paulisperque expecta quoad celerissime ad parentem
 tuum reversa, et ut securus sis efficiam, et ut opulentus evadas summa
 deinde cura provideam." (V.) Haec loquuta imperatrix Irene animum filii

εἰποῦσα καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ μαλάρησα γνώμην ἢ βασιλὶς Εἰρήνη, A. C. 1347
Imp. Io. Can-
tacuz. 1
καὶ σφόδρα τοῖς οἰκείοις πειθόμενον δέξασα λόγοις, καὶ τᾶλλα
πάνθ', ὅποσα ἐπὶ τούτοις χρεῶν, οὐ μάλᾳ συχναῖς ταῖς ἡμέραις
καλῶς διαπρῆξιμένη, τάχιστα ἐς Βυζάντιον ἐπανήει· κἀνταῦθα
5 τὴν τοῦ υἱῶς μεμαθηκυῖα τελευτὴν Ἀνδρονίκου λίαν ἐφ' ἰκα-
ναῖς ἐπέθρησεν ἡμέραις. καὶ ταῦτα μὲν τῆδέ πη ἐφέρετο.

δ'. Μετὰ δὲ τὰς τοῦ Ἀρκτιούρου ἐπιτολὰς ἄρως ἐκ Βυζαν- A. M. 6856
Ind. 1.
τίου ὁ βασιλεὺς ἦκεν ἐς Αἰδουμότειχον, συμβιβάσων καὶ ἀποκα-
10 ταστήσων οὓς ἡ βασιλὶς, ὡς εἴρηται, Εἰρήνη θορόβους ἐφθ
κατευνάσασα. καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐβεβλη- P. 512
κὼς Ἰωάννην ἐν τοῖς Βυζαντίου ἀρχείοις δέσιμον ἐπεπόμφει
φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ νεωτερισμοῖς συναραόμενος καὶ αὐ-
τὸς μεγίστης καὶ δυσσεφίκτου τοῖς δημοσίοις γένηται πρόγμασι
βλάβης αἴτιος. ὃς καὶ μικρὸν ἐπιβιοδὸς ἐνταῦθα ἐτελεύτησε,
15 πέντε καὶ ἐξήκοντα γεγονῶς ἔγγυς ἔτη· πατριαρχεύσας μὲν περὶ
ποὺ τὰ τεσσαρεσκαίδεκα· ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθάραισιν μῆνας V. 414
δέκα. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ἡλικίαν οὐ πάνυ εὐμήκης· τὴν δὲ τοῦ Β
προσώπου ἰδέαν πάνυ εὐσχήμων· τὴν τε γλῶτταν ἀκώλυτον
ἔχων ἐν τῷ λέγειν· καὶ κινόνων ἐκκλησιαστικῶν καὶ νόμων, ὅσοι
20 κατὰ τὰς δίκας ἰγγηλατοῦσι τὰς ἀναφνομένας ἐν τοῖς πολιτικοῖς
πράγμασιν ὑποθέσεων, πάνυ τοι ἡσκημένος ἐκ νέου. τῆς γε μὴν
Ἑλληνικῆς παιδείας οὐ πάνυ τοι σφόδρα μετέσχε, πλὴν ἢ ὅσον
ἄκριφ δακτύλῳ γέυσασθαι. ἀνεπλήρου δ' ὁμῶς τὸ ἐκεῖθεν ἑλλίπες C
ἢ τῆς φύσεως ὑξύτης. οὕτω γὰρ εὐφυῆς τε καὶ μνήμων ἦν, ὡς

mollivit, et dicto audientem prorsus effecit. Itaque, cum et caetera omnia, quae praeterea instabant, intra non multos dies praeclare ordinasset, Byzantium quam diligentissime rediit: ubi Andronici filii sui comperto interitu, diebus luxit compluribus. Et haec quidem ita ferme procedebant.

4. Post Arcturi ortum imperator, Byzantio egressus, Didymotichum venit; ut eos tumultus, quos ab imperatrice Irene iam sopitos fuisse diximus, componeret, et res in meliorem statum verteret. Hinc autem ille ante omnia Iohannem patriarcham eiecit, et Byzantium, ut in palatio vincetus custodiretur, misit; ne et ipse favens novis rebus, quae illic ciebantur, maximum et intolerandum reipublicae detrimentum afferret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potitus, et decimo post exaugurationem mense mortuus. Erat porro vir ille statura non adeo procerus; vultus conformatione plane honesta ac liberali; item lingua in dicendo expedita. In sacris canonibus et in legibus, quae ad forenses causas pertinent et quotidianos civilium negotiorum casus explorant, versatissimus iam inde ab adolescentia fuit. At idem Graecis litteris non admodum erat instructus; sed extremo tantum digito eas attigerat. Hunc autem defectum vis naturae excellens supplebat. Indole enim memoriaque adeo praestabat,

A. M. 6856 δύνασθαι λέγειν ἀπὸ στόματος, ὅσα ποτὲ προανεγνώκει, μέχρι
 Ind. 1 καὶ ἐς διάστημα δυοῖν καὶ τριῶν ἀσφαλῶς ὥρων. διὰ δὲ τοῦτο
 καὶ τῶν θείων γραφῶν ἐρασιζόμενος τὰ ταῖς ἐκίσταῖς τῶν ἑορτῶν
 ἐς διδασκαλίαν τοῖς ἡθροισμένοις ὄχλοις κατάλληλα δημοσίᾳ
 Διήκει πάντ' ἀπὸ στόματος ἀποτάδην, ὥσπερ ἀπὸ βιβλίου, μη-5
 δαμῆ ποτε μήτε γλώττης ἐνιαχοῦ διὰ λήθην ἀκροσφαλοῦς γινο-
 μένης, μήτε τῆς διανοίας ὑστεριζούσης κατὰ τὴν τῶν λεγομένων
 πρόδον· ἀλλ', ὥσπερ ἐν ἀρμονίᾳ καὶ λύρα, συνηχούτων ἐς
 τὸ πάνυ τοι εὐφυνὲς καὶ ἀπέξεσμένον ἀμφοῖν. (B.) Τούτων δ'
 οὕτως ἐχόντων, ἰδίᾳ παρεληφῶς ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ τὸν υἱόν, λόγων 10
 τε πειθοῖ καὶ πατρικῶν ἀβύσσοις παραίνεσεων, λογισμῶν τε ἐκεί-
 νων ὑπέρτερον, ὅποσοι πλήρεις τῶν μελλόντων ἦσαν φόβων,
 ἔπραττε καὶ ἅμα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμόμενος μέρος
 ἡγεῖσθαι διὰ βίου παρέχεν, οἷον ἐτινα σατραπικὴν καὶ αὐτόνο-
 μον ἡγεμονίαν, πρὸς τε τὸ ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως καὶ ἅμα τῶν 15
 ὑποπτευομένων φόβων ὡς πορῶτάτω ζῶντα διατελεῖν. τὸ δὲ ἦν,
 μῆκος μὲν, ὅσον τὸ ἐκ Αἰδυμοτείχων πρὸς ἄνεμον ζέφυρον ἀπο-
 κλίνον, ἄχρι πού τῶν τῆς Χριστουπόλεως ἔγγιστα προαστείων·
 F εὐρος δ', ὅσον τὸ ἐκ Θαλάττης εἰς Ξάνθειαν ἀνιόν τὸ παλῆγιον,
 καὶ ὅσα μικρὸν ἐπέκεινα κείται χωρία. παρασήμεροις γε μὴν τοῦ 20
 μεγέθους συμβόλοις κεχρησθαι ἐπέτρεπεν, ὅσα βασιλείας μὲν εἶ-
 σιν ἦττω, ἀξιομάτων δ' ὑπάντων ἄλλων ἐπέκεινα· παρήγγελλέ
 τε, καθάπερ εἰκόνα καὶ ἀφορμὴν τινα μελλόνος εἶναι νομίμην
 τοῦτ' ἔξουσίας." (Γ.) „Σοὶ μὲν γὰρ εὐφυνῶς," φησὶν, „ἄρχοντι, καὶ

ut quaecunque legisset, ea memoriter, per integrum duarum aut trium ho-
 rarum spatium, fideliterque recitaret. Quamobrem multa singulis diebus
 festis convenientia, ad populi congregati multitudinem erudiendam, cum ex
 sacris Scripturis excerperet, omnia continenti oratione publice sic pronun-
 ciabat, quasi de scripto; ut nec lingua vitio memoriae uspiam titubaret,
 nec in progressu orationis mens tardius asequeretur ea, quae dicebantur;
 sed, quasi in symphonia aut in lyra, apte prorsus et aequabiliter ambas
 concinerent. (II.) Haec cum ita se haberent, filium illic imperator priva-
 tim convenit: rationum vi et paternis admonitionibus altiorum facit iis
 suspicionibus, quae futuri metu plenae eum angebant: simul Romani impe-
 rii partem recisam, regendam ei quamdiu victurus sit assignat, quasi satra-
 picum quandam et nemini subditum principatum; nemp̄ ut tutior iam et
 firmior ab iis, quae formidabat, periculis quam longissime deinceps viveret.
 Patebat porro ea provincia, in longum quidem, a Didymoticho zephyrum
 versus ad Christopolitana proxime suburbia; in latum autem, a mari ad
 oppidulum Xanthiam, et paulo ulterius. Sed et iis insignibus maiestatis uti
 permisit, quae supremo quidem imperio essent inferiora, caeteris vero qui-
 buscunque altiora dignitatibus; praecipitque, ut illud imaginem quasi et oc-
 casionem esse duceret maioris potestatis. (III.) „Tibi enim," inquit, „si

ζῶν γε τῇ προσηκούσῃ προνοίᾳ ταυτὶ τὰ μέτρια τῶν ὑπηκόων Δ. C. 1347
 διακοῦντι πράγματα, ἐξέσται δῆπου καὶ μελλονός ποθ' ἡγεμονίας ^{Imp. Io. Can-}
 ἐπιλημμένῳ πρὸς τὸ ἄμεινον ἄγειν· καὶ ἕμα οἷς ἀφορῶν περι- ^{tacuz. 1}
 γίεται πρὸς σέ, καὶ τοῖς γε σοῖς ὀπώσποτε φιλοῦσιν ἐγκαλλωπι- P. 513
 εῖσθαι προτερήμασι, καὶ τούτοις δ' αὖ βεβαίως λελεῖψεται κτᾶ-
 σθαι προσδοκίας ἐπὶ σοὶ, ὄσαι τῆς ἀγαθῆς φλεβὸς ἀποδρέουσαι
 βίον προμῶνται σφισιν εὐδαίμονα. οὐδεμία γὰρ ἐξήραθυμημένη B
 καὶ ἀνασταγώνιστος ἀρετῇ λαμπρῶν ἀξιοῦται γερῶν, ὅπουσα περι-
 φανεῖς βραβεύει στεφάνους. ἐπεὶ καὶ σύνεσιν ἀνδρὸς καὶ γνώμην
 10 ἡγεμονικὴν οὐτ' ὄψις, οὔτε μαντικοὶ τινες τρίποδες, εἴ τινες
 εἰεν χρηστηριαζόμενοι, τοῖς πολλοῖς οὕτωςι προσημαίνειν δύναν-
 ται, ὡς ἢ ἐπὶ τῆς χρείας καὶ τῶν καιρῶν ἀναλάμπονσα πείρα τῶν
 τε λόγων καὶ πράξεων. πολλοῖς γὰρ ἐξ ἀπειρίας ὁ φανταστικὸς
 νοῦς μεγάλας ὑποτίθησι πλάττων εὐτυχίας τε καὶ μακαριότητος, C
 15 καὶ ἄπειρ αἱ ζωγράφων χεῖρες τοὺς τύπους τοῖς χρώμασι, παλ-
 ζουσαι κατὰ τὸ βουλόμενον τῆς ψυχῆς. ἢ δ' ἐκ τῶν πραγμάτων
 πείρα, ὅλον ἔμπυχος διδάσκαλος καθισταμένη, μέγαν ἐντίθησι
 νοῦν, καὶ σωφρονέστερον εἰς ἁρμονίαν προδείκνυσθαι βίον τὸν ἄ-
 θρωπον. Ἐγὼ δέ σε καὶ φραγμὸν οἶονεῖ τινα τίθημι τῆς ἡμετέρας
 20 ἀρχῆς καὶ ἐπικρατείας, ὡς ἐξεῖναι σοι, δίκην προβλήτος ἀναδε-
 δειγμένῳ, τὰς οἶον ἐξ ἀχανοῦς πελάγους τῶν Τριβαλλῶν τρικυ- D
 μίας σεαυτῷ μὲν ἀφορμὰς λαμπρῶν διδόναι τροπαίων, τοῖς δ' V. 415
 ἡμετέροις ὑσφάλειαν πράγμασιν. ἐξ ὧν περιέσται σοι μάλιστα καὶ
 ὁ πολὺς τῶν ἐπαίων ἐσμός ἐκ τοῦ κοινοῦ τῶν Ῥωμαίων γένους,

sapienter imperes, et ea, qua decet, prudentia modicam hanc provinciam ad-
 ministres, licebit fortasse, maioris aliquando imperii potito, tuas res pro-
 vehere in melius, simulque iis, qui intuentur in te, et honores tuos solent
 utcumque sibi gratulari, spes in te certas, bono scilicet fonte derivatas, et
 beatam vitam spondentes, integrum erit collocare. Quae enim virtus otiosa
 est et nihil habet cum quo luctetur, ea praemiis magnificis et illustribus
 palmis non donatur. Nimirum hominis intelligentiam, et animum illum im-
 perio dignum, nec visio ulla, nec vaticini tripodes, si consulantur, ita po-
 pulis declarant, ut ea, quae in usu et occasione elucet, dictorum facto-
 rumque experientia. Ac multis quidem, quia sunt rerum rudes, animus
 imaginum plenus magnas obicit, sed fictas, felicitates et beatitudines, ut
 pictorum manus ad libitum ludentes quidlibet coloribus expriment. Usus
 autem rerum, veluti magister vivus, multum intelligentiae infundit, et ho-
 mines in vita sapienter instituenda cautiore praestat. Ego vero nostri im-
 perii nostraeque ditionis murum quasi quendam statuo te, ut possis, rupis
 instar constitutus adversus fluctus ex Triballis tanquam ex immani pro-
 fundo effervescentes, tibi quidem tropaeorum illustrium occasionem pa-
 ratam habere, nobis autem securitatem praestare. Hinc fiet inprimis, ut
 magna tibi ab omni Romanorum genere laudum seges tribuatur, commune

- Α. Μ. 6856 κοινὸν τοῖς ὄλοις χαρίζομένῳ τουτὶ τὰγαθόν. τῷ ὄντι γὰρ ἡ
 Ind. 1 τῶν ἡγεμονικῶν ἐδύγνεια πράξεων ἐν τῇ ὑπερκῶν γνώμῃ τὸ τί-
 Β μιον ἔχει. εὐ γὰρ πάσχοντες ἰσοθέους διδάσασί σφρασι τιμῆς· κα-
 κοπραγοῦντες δὲ δρῶν οὐκ ἄκνοῦσι πᾶν τὸνναντίον, ταῖς παντο-
 दापाῖς τοῦ βίου τύχαις ῥᾶστα συναλλοιούμενοι. Οὐκ ἄγνωθ' ὁ
 ἔγωγε, ὡς ἐγκαλεῖν τὸ τῆς χάριτος ἔχεις ἡμῖν ἄχαρι, καὶ ὡς στα-
 λαγυμὸν σοι παρέχοντες εὐφροσύνης ὄλα σοι πελάγη συμφορῶν
 ἐπαντλοῦμεν. ἐκεῖνα γὰρ σοι παρέχομεν ἔχειν χωρία, ὅποσα διη-
 νεκῶς τὸ πολέμιον ἐπιβόσκειται πῦρ, καὶ ὅσα οὐχ ἔττον τῶν μεθ'
 Εἡμέραν καὶ νύκτωρ δρῶντων ἐστὶν ἐθνῶν, ἧ ἡ ἡμετέρα. ἃ γὰρ
 ἀεὶ κατατρέχοντες ἀτριβῆ τινα πράττουσιν ἰσημίαν ἐκ μὲν θα-
 λάττης αἰ ἡστρικαὶ τῶν ἐξ Ἀσίας δυνάμεις Περσῶν, ἐκ δ'
 ἡπείρου τῶν Τριβαλλῶν αἰ φανεραὶ καὶ λανθάνουσαι κατὰ τὸ
 συνεχὲς ἐκδρομαὶ καὶ στρατοπεδείαι, ταῦτά σοι κληρον παρεσχ-
 κέναι γέγονεν ἡγεμονίας ἡμῶς, ἄπαστον μάχην μᾶλλον εἰπεῖν καὶ
 κίνδυνον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀλωρούμενον, οἷονε τινα λίθον Ταυτά-
 Ρ. 514 λειον, ἧ διανομῆν προμηθῆ. καὶ δίκαια μὲν πάντως ἔσται σοι
3. Ineunte autumno Latini quia ipsis ex sententia non succedebat (speraverant quippe, ne ad quindecimum quidem diem duraturos esse Byzantios, moenibus clausos et foris importari solitis comعاتibus interclusos; sed desperaturos statim, primosque ut pax fieret et ut in concordiam rediretur rogaturos), postquam istos viderunt incocepto haud desistere, et adversus se Irenen imperatricem cum Byzantiis omnino conspirare, et milites cogere, et tela ad propulsandum hostem circa turres disponere, et omni studio apparandis machinis incumbere, quae sive cominus sive eminus saxorum gravia pondera torquerent, quibus et domi hostes et maximae naves, quas illi propugnaculorum instar sibi obtendissent, contererentur; diversam plane consiliorum viam inire coeperunt, diuturnum fore bellum illud arbitrati. Itaque et legatos illuc mittant, undecunque amicitia et societas ad navandum opus speraretur. (II.) At Byzantiis, cum urbis circuitus murique ambitus maximus foret, et maximo praesidio indigeret, non erat ea militum frequentia, quae loci capacitatem aequaret. Tamen adeo ingens erat omnium ardor, arma universa, equi omnes traducebantur in forum.

χαλινοί πάντες ἐν ὄπλοις ἦσαν. ἕω λέγειν χυτρείας καὶ σκαπα- A. C. 1848
 νίας, ὅσοι μισθοῦ στρατεύεσθαι τέως ἀρξάμενοι κώπης ἤπιοντο Imp. Io. Can-
 ἦδη καὶ θαλάττης ἐπειρῶντο. ἀλλὰ καὶ δούλοι πρὸς τῶν δεσπο- tacuz. 2
 τῶν ὀπλίσσοντό τε καὶ τὴν δεξιὰν εἰς τόξων καὶ βελῶν ἐβήθημι- P. 536
 5 ζῆτο χρεῖαν, τῆς ἀπροσδοκίτου περιστάσεως πάντας εἰς μίαν
 σονελαουόσης προθυμίαν. (Γ.) Οἱ δὲ Λατῖνοι μετεπέμψαντο
 μὲν ἐκ Χίου τριήρη μίαν καὶ ὀπλίτας συγχρούς: ἦγον δ' αὐτοῖς καὶ
 ὄσαι κατ' ἐμπορίαν ἐκδημοὶ τοῦτοις τῶν μεγίστων ἦσαν ὀλκάδες.
 καὶ ἦν εὐοπλότατος ὄχλος σφίσι πολλὸς ἦδη καὶ ἄφθορα τὰ ἐπι-
 8 τήδεια, καὶ πολέμου φάται λαμπρὸν ἐργαστήριον ἢ τούτων ἐδό-
 κει πόλις· ὥστε θαυρήσαντες ἦδη μὴ μόνον τοὺς ἔξωθεν ἐκ με- B
 τώρου βάλλειν ἐπιχειροῦντας σφῶς ἀποκρούεσθαι εὐχερῶς, ἀλλὰ
 καὶ κατὰ θάλατταν, δύο μὲν τῶν μεγίστων ὀλκάδων ἀπολεξάμε-
 νοι, πετροβόλα καὶ αὐτοὶ σφισιν ἐπέστησαν μηχανήματα, δι'
 5 ὧν ἔβαλλον τὰς ἡμετέρας πετροβόλους μηχανάς· ἐς δὲ τὴν του-
 τῶν μεῖζο καὶ τρίτην, κεραίας καὶ δοκοὺς μεγάλους, τοὺς μὲν
 ὀρθίους, τοὺς δ' ἔγκαρσίους καὶ ἀγχωμύλους, ἀπὸ μέσης τῆς
 πρὸς ἐς τὴν πρῶραν καταθέμενοι, πρὸς τὸ ὑψηλότερον προϊούσας C
 ὁμαλῶς αἰεὶ καὶ τὸ πλεόν ἔχούσας μετέωρον μέχρι πολλοῦ τοῦ
 θάλαττος, ὥστε καὶ ὑπὲρ τὰ τεῖχη τῶν Βυζαντιῶν ἐπαίρεισθαι; σα-
 νίσι τε πυκναῖς περισφύξαντες καὶ κύκλω πολλὴν τὸν τῶν μεγλ-
 στῶν ἀσπίδων φραγμὸν περιθέμενοι, καὶ πολλοὺς ὑπόσοι τῶν
 μάλιστα ἐπιλεκτῶν ὀπλιτῶν ἦσαν ἐμβαλόντες, ταύτην ὁμοῦ ταῖς V. 434
 παρασιζούσαις ἐννέα τριήρεσιν τῷ τείχει προσήγαγον, πῦρ καὶ D

Omnes item fabri, autores, aeris flatores malleatoresque in armis erant; ut
 signis taceam et fossores, qui tunc merere cum coepissent, iam et remos
 tractabant, et maris periculum faciebant. Sed et servi i dominis arma-
 bantur, et eorum manus arcuum sagittarumque usum docebantur. Quippe
 improvisa temporum conditio omnes pariter ad conspirandum compellebat.
 (III.) Latini ex altera parte triremem unam Chio arcessiverant, ac numero-
 sam militum manum. Advenerant etiam maximae eorum naves onerariae,
 quaecunque ad mercaturam profectae fuerant, erantque ipsis magnae iam
 et instructissimae copiae; denique affluebant rebus necessariis; ut eorum
 urbs splendida quaedam belli officina esse videretur. Animis itaque aucti
 non modo eos facile repellabant, qui foris ac superiori de loco ipsos telis
 incesserent; sed et mari, selectis duabus maximis onerariis, missilia ipsi
 quoque tormenta cum imposuissent, ballistas nostras lapidibus appetebant:
 in tertia autem, quae duabus illis maior erat, antennae et magnae trabes,
 aliae erectae, aliae transversae et aequales, a media navi ad proram dis-
 positae, sensim attollebantur, et maxima sui parte sublimes medio in aere
 pendebant; ita ut supra Byzantinos muros eveherentur. Has tabulis cre-
 bris undique circumplectuntur, et densam clypeorum sepe in orbem prae-
 tendunt: tum plurimis lectissimisque militibus intromissis, navim cum no-
 vem subsidiariis triremibus muro admovent, ignem et cuiuscunque generis

A. M. 6857 *ἕλθη πάντα, ὅσα τε ἀγγέμαχα καὶ ὅσα τῶν ἐκηβόλων, καὶ*
 Ind. 2 *πάντα φάναι σκευή θανάτου μεθ' ἑαυτῶν ἄγοντες. (Δ.) Τῆς*
οὖν προσβολῆς γενομένης μάλα βαρείας καὶ δόξαν ἐχούσης ἀναν-
ταγώνιστον, εὐρώστωος ὅμως ἡμόνοντο οἱ Βυζάντιοι ἐκ τε τῶν
ἔνδον τειχῶν καὶ τῶν ὑψηλοτέρων οἰκιῶν· καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, 5
ἔσωθεν τε καὶ ἔξωθεν, καὶ ἐκ τῶν ἐπάλλεων αὐτῶν, ἐφ' ὧν οἱ
Ἔτε ἱστοὶ καὶ αἱ κλίμακες τῶν Λατίνων ἀπηώρητο· ὡς γίνεσθαι
τὴν μάχην ἡρωϊκὴν τινα, κατὰ στόμα καὶ ἐκ χειρῶν ἀπάσης ἀφε-
δοῦσαν ζωῆς. καὶ ἦν ἰδεῖν νιφάδεσσι μὲν χιμερήσιον τοῖκός τῶν
τε χειρμαθίων λίθων τὸ πλῆθος καὶ τῶν βελῶν φερομένων κατὰ 10
τῆς Λατινικῆς ἐκείνης φάλαγγος, συχνούς δ' ἐπὶ συχνοῖς πίπτου-
τας, καὶ ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἀμοιβαδὸν ἀγομένους καὶ φερομένους
· συχνὰ, ἀντὶ μὲν ζώντων νεκρούς, ἀντὶ δὲ νεκρῶν ζώντας· τὰς
15 F δ' ἀσπίδας ἐκείνας καὶ τοὺς θυρεοὺς ἀρασσομένους τε καὶ συν-
τριβομένους ὑπὸ Βυζαντιῶν συχνὰ, καθάπερ σκευή κεραμείως. 15
καὶ ὁ μὲν τῶν ἱσταμένων ἔτι Λατίνων, ὅθεν δῆποθεν τὸν πε-
σόντα δραξάμενος καὶ μικρὸν ἀφελκύσας, εὐθὺς καὶ αὐτὸς πι-
σῶν ἰδεῖτο τοῦ ἀφελκύσαντος· ὁ δ' ἤδη μέλλων ἐλκύειν ἐπὶ τοῦ
καταστρώματος κατεβόηοντο, καὶ προηῆς ἐφ' ὃν εἶλεν ἐπι-
πτεν· ὁ δ' ἀνδιστάμενος βραχύν τινα χρόνον ἐπετύγχανε μὲν 20
οὐδενός ὧν ἐφίετο καὶ ἐφ' ἅπερ ἔσπευδεν· ἐλείπετο δ' οὐδενός
P. 537 τῶν, ὅσα ῥῆστον ἐπάγουσιν ἄδην. καὶ ἦν ὁ ἀγὼν πολυειδέης καὶ
πολύμορφος, καὶ πολλή τις ἐκατέρωθεν ἡ φιλοτιμία καὶ τὸ εὐ-
τολμον, οὐχ ὅστις περιωθειή, ἀλλ' ὅστις ὑπὲρ τοῦ καλοῦ θα-

2. ἄγοντες em. Boiv. pro ἄγοντας.

tela, alia cominus alia eminus ferientia, et omnia fere mortis instrumenta secum portantes. (IV.) Quamvis porro primus impetus acerrimus fuerit, ut nec sustineri posse videretur, strenue tamen propulsavere Byzantii, tum ex interiori muro, tum ex altioribus aedificiis; uno verbo intrinsecus, extrinsecus, ex ipsis murorum pinnis, quibus mali scalaeque Latinorum superne impendebant; adeo ut heroica quaedam pugna existeret, cum utrinque in os, consertis manibus, et neglecta prorsus salutis cura pugnaretur. Ac videre erat nivibus hibernis parem lapidum telorumque vim ruere in illud Latinorum agmen effusam, et crebros in se invicem cadere, et ex aliis vicissim ferri agique identidem pro vivis mortuos, ac pro mortuis vivos: clypeos autem et longiora scuta subinde confringi conterique a Byzantiis, tanquam figuli vasa. Quicumque e Latinis adhuc stabant, eorum alius, postquam lapsus alicunde socium arripuerat, et paululum de medio traxerat, statim et ipse delapsus eo egebat, a quo traheretur; alius iamiam tracturus tabulato affligebatur, pronusque in eum, quem trahere pararet, corruerat: alius denique, cum restitisset paulisper, nihil quod cuperet, quodve obtinere festinaret, assequabatur; nihil quod praesentem mortem afferret, effugiebat: eratque illius pugnae varia ac multiplex forma: magna utrinque contentione, magno animo certabatur; non utri salvi evaderent, sed utri pro laude ce-

νείται, πλείστους καταβαλὼν πολεμίους. (E.) Ἐπεὶ δὲ τῆς ἡμέ- A. C. 1348
 ρας κλινοῦσης ἤδη, καὶ τῶν πολεμίων ἀπεγνωκότων, διὰ τὸ ἐπι- Imp. Io. Can-
 λειοπνεῖται τοὺς τε κατ' ἐκλογὴν ἐκείνους ὀπλίτας σχεδὸν ἅπαντας tacuz. 2
 αὐτοῖς βέλσει καὶ αὐταῖς ἀσπίσι καὶ ὄσα προτειχίσματα ἦσαν
 5 αὐτοῖς καὶ φραγμοὶ, καὶ δεισιάντων, μὴ καὶ εἰσπηθήσαντες οἱ B
 Βυζάντιοι καὶ αὐτὴν μὲν αὐτανδρον ἔλωσι τὴν ὀλκάδα, τῶν δ'
 ἐν ταῖς τριήρεσι τραυματίας τοὺς πλείστους ἐργάζονται, τὰ τε
 προμήσια εἰλκυσαν καὶ τὰς τριήρεις εἰς συμμαχίαν τῆς ἀπα-
 γωγῆς συγκαλέσαντες, σφόδρα ἠττημένοι καὶ δεδακρυμένοι ἀπή-
 10 σαν μ, ἥκιστα γὰρ μὴν τῷ οἰκίῳ προσέσχον ἐκ τοῦ εὐθέως λι-
 μένι· ἀλλὰ μέχρις ἡλίου δύντος πελάγιοι, τὰς οἰκείας ἀνακω-
 χήσαντες ταῦς, τοὺς οἰκειοὺς συνέστελλον νεκροὺς καὶ τραυ- C
 ματίας ἀνελάμβανόν τε καὶ ἐθεράπευον. ἐσπέρας δ', ὅτ' οὐκέτι
 εὐδιον ἦν τοῖς ἐντὸς φρουρίου παραχρῆμα τὴν τῶν οἰκείων αἰ-
 15 θόσθου φθορὰν, καὶ θόρουβόν σφισι γενέσθαι τιμὰ, καὶ κραυ-
 γὴν μανιώδη παρεῖσεσθαι εἰς τὸ φρούριον ταρᾶσαι καὶ δει-
 λίαν ταῖς ψυχαῖς τῶν λειπομένων ἀνδρῶν ἐμποιῆσαι, ἔξω τῶν οἰ-
 κείων ὄρων κατήχθησαν· καὶ θάψαντες ἐκεῖ τοὺς νεκροὺς ἡσυχῆ D
 τῷ οἰκίῳ προσέσχον ἤδη λιμένι, δειλίᾳ τε πολλῇ τὰς ψυχὰς τοῦ
 20 λοιποῦ γινόμενοι δέσμοιοι καὶ πάνν τοι σφόδρα δι' ἐφρέσεως μάλα
 μακροῦς τὴν τῆς μάχης ἀπαλλαγὴν τιθέμενοι τε ἅμα καὶ προσδο-
 κῶντες. (ς.) Ἄλλ' ὄψε τὰς ἐλπίδας ἀπάτην οὖσας μεμαθηκό-
 τες ἔπεμπον μὲν πρεσβείαν ὑπὲρ εἰρήνης ἐς βασιλέα, συνήγον
 δ' οὖν καὶ συμμαχοὺς ὀπλίτας ἐκ τε τῶν οἰκείων καὶ τῶν ὄθεν
 25 ὀπίποτε φίλων καὶ συγγενῶν· καὶ ἀποτυγχάνοντες τῆς εἰρήνης

18. κατήχθησαν om. Boiv. pro κατήχθησαν.

cumberent, pluribus ante hostibus prostratis. (V.) Die iam inclinato ho-
 stes spe deiecti, quod lectissimos illos milites una cum telis, clypeis, pro-
 pugnaculis, et omnibus munitionibus, quibus protecti fuerant, amisissent;
 cum et metus esset, ne Byzantii, facta irruptione, navim onerariam ipsis
 cum hominibus comprehenderent, ac eorum, qui in trirēmibus erant, pleros-
 que vulnerarent; funes convellunt, et convocatis trirēmibus, quae sibi ad
 navim abducendam subsidio sint, fracti admodum et lacrymabundi abeunt.
 Non tamen ad suum statim portum appellant: sed usque donec sol occidat
 in alto commorati, iactis ancoris, mortuos colligunt, et receptos vulnera-
 tos curant. Vespere, cum eos, qui in castello essent, suorum cladem statim
 percutire, tumultumque inde oriri, furiosumve ullum clamorem in castel-
 lum penetrare, ac relictorum ibi hominum animis perturbationem metumque
 afferre, vix iam facile erat, extra fines suos deferuntur, ac mortuos sepe-
 liunt. Denum animis timore gravi oppressis, ad portum suum applicant,
 ab armis discedi vehementissime cupientes, discessumque iri sperantes.
 (VI.) Tandem ubi spes suas deceptas vident, legatos ad imperatorem mit-
 tunt, qui de pace agant; iidemque nihilominus auxiliares copias cogunt,
 tum ab amicis, tum undecunque ab amicis et cognatis. Pace non impetrata,

A. M. 6857 εἰς χρονιώτερον ἤδη παρεσκευάζοντο πόλεμον, χρήματά τε ἀπα-
 Ind. 2 ριθμούμενοι καὶ συνεισφέροντες· οὐδὲ λόγους ὁμως συνήθους
 ὁφρῶς ἀφιέναι ἡμέλων μεστούς.

P. 538 δ'. Ἄρτι δὲ τοῦ φθινοπώρου μεσοῦντος ἀφικνεῖται καὶ βα-
 V. 435 σιλεὺς ἐς Βυζάντιον, στρατόν τε ἐπαγόμενος ἡπειρώτην καὶς
 ἄμια ναυπηγήσιμα ξύλα παραγγέλλων, τὰ μὲν ἐξ ὄρους ἤδη τιμη-
 θέντα, τὰ δ' ἔτι τεμνόμενα, φέρειν· καὶ ἡθροίζετο ναυπη-
 γῶν καὶ τεκτόνων πλήθος ἕπαν ἐς τὸ περὶ τὸν τοῦ Βυζαντίου
 ἐπὶ πόδρομον νεώριον. ὅπερ γὰρ ἔγνωσαν κακῶς βουλευσάμενοι Βυ-
 Βζάντιοι περὶ τὴν ἔξω τειχῶν συσκευὴν τῶν νεῶν· καὶ ἡ τῶν φθῶ-
 10 σαντος πάθους ἀπειλὴ συνετωτέρους ἐπεποιθήκει πρὸς τὴν τῶν
 δρωμένων ἐξῆς ἐπαρόρθωσιν. (B.) Τῇ δ' ὕστερα τὸς Βυ-
 ζαντίους ἐς ἐκκλησίαν καλέσας ἀνεμύνησεν, ὅτι, „τῶν ἐνεσιώ-
 των δεινῶν τούτων ὑμεῖς πάντως ὑμῖν αὐτοῖς αἴτιοι, καὶ οὐκ ἄλ-
 λος τῶν πάντων οὐδεὶς. μέμνησθε γὰρ, ὅπως τὸν πέρσοι χρόνον¹⁵
 ἐνταυτοῖ συνέληλυθότες ἐπηγγελάσθε πάντες, χρήματά τε καὶ
 C ὄπλα συνεισενεγκεῖν οἴκοθεν, διὰ τὴν τῶν βασιλικῶν προταναίαν
 σπάνιν, πρὸς κατασκευὴν καὶ σύστασιν ναυτικῆς δυνάμεως· ἴπα
 τε τοῖς μὲν φλοῖσι ὤμεν ποθεινοί, τοῖς δ' ἐχθροῖς φοβεροί· ἔκει'
 οἴκαδε πᾶσιν ἀναχωρήσασιν οὐκ ἐμέλησεν οὐδενὶ περὶ οὐδενός²⁰
 ὧν ἐπηγγελάσθε δρῶν ἐπὶ τῶ σφῶν αὐτῶν ὠφελίμῳ· ἀλλ' ἀ-
 ραί τινες τοὺς ὑμετέρους λόγους ἄερος κόλποισι ἀδήλοισι ἔξαπίτης
 διεμερίσαντο. νῦν οὖν πρὸ ὀφθαλμῶν κείμενα βλέποντες ἂ
 D προὔξενησεν ἡμῖν ἡ τότε ἀμέλεια σκέψασθε, τί δεῖ δρῶν, ἐπὶ

bellum diuturnius apparant; pecunias dinumerant et contribuant: neque in-
 terim vocibus parcunt solitae arrogantiae plena.

4. Medio statim autumno Byzantium adveniens imperator terrestres
 copias secum adducit: simul navalia ligna conveyi iubet, quae in monte par-
 tim iam erant caesa, partim adhuc caedebantur: convenitque omnis fabri-
 rum et operariorum turba in illud navale, quod est apud Byzantium Hip-
 podromum. Sero enim tandem intellexerant Byzantii, fecisse se impruden-
 ter, cum extra muros naves fabricandas censuissent; et acceptae cladis
 terrore ad errata corrigenda cautiore in futurum evaserant. (II.) Postera
 die, convocatis ad concionem Byzantiis, „Praesentium,“ inquit, „malorum
 ipsimet prorsus vobis auctores exstitistis, non alius quisquam ex omnibus.
 Meministis enim, quid anno superiore, hoc eodem loco congregati, promi-
 seritis; nempe ad apparandam constituendamque classem pecuniam vos et
 arma, propter principalis aerarii penuriam, de domo quemque contributa-
 ros, ut et amicis cari et hostibus metuendi essemus. Deinde domum omnes
 cum abissetis, nemini vestrum curae fuit, quidquam facere earum rerum,
 quas propriae utilitatis causa facturos vos promisissetis: sed verba vestra
 in ignotos aëris tractus aurae statim distulerunt. At nunc, cum ob oculos
 posita intuemini ea, quae illorum temporum negligentia nobis invenit, in

ξυροῦ λοιπὸν τῶν κακῶν ἰσταμένων καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῖν αἰω- A. C. 1848
 ρουμένων εἰς τὸ βλαιὸν τε καὶ ἄφυκτον. ὁρᾶτε γὰρ, ὡς ἐν ταῖς Imp. Io. Can-
 ἐπιθαλαττίοις πόλεσι, καὶ μάλιστα πασῶν τῇ βασιλίδι ταύτῃ tacuz. 2
 τῶν πόλεων, ἃν τὸ θαλαττοκρατεῖν ἀφέλῃται τις τῶν πολεμίων,
 5 τὸν περὶ τοῦ ζῆν εὐθὺς ἐπεκρέμασε κίνδυνον, ἦν μὴ τις ἐθελῇ E
 προφανῶς ἐλευθέρου βίου βαρυδαίμονα καὶ Ταυτάλειον οἶον ἀλ-
 λάξασθαι, καὶ ζημιωθῆναι μὲν χρημάτων καὶ οἰκιῶν, ζημιω-
 θῆναι δὲ γυναικῶν καὶ παιδῶν αὐτῶν. δυοῖν γὰρ ἔσεται θά-
 τερον, ἢ τῆς κεφαλῆς ἢ τῶν τοιούτων στέρεσθαι ζῶντα καὶ
 10 πολλὰ πλοῦν τὸν τῆς πικρίας κρατῆρα κινῶν νύκτωρ ἅμα καὶ
 μεθ' ἡμέραν αὐτὸς ἑαυτῷ. φέρε οὖν τὸν ὑμέτερον ἐμοὶ δηλοῦν P. 539
 μὴ κατοκνήσητε τρόπον, ἵνα γινῶ καὶ αὐτὸς, εἰ τῆς προτέρας
 κατέγνωτε ἀμελείας. ἀνάλογον γὰρ ἔστιν, ὡς καθ' ἕπερ ποιμῆνι
 15 τὴν ἐναντίαν ὀδεύειν ἐθελῶι, οὐκ ἄδηλον ἂν εἴη, ὡς ὅσον οὐκ
 ἤδη τεθνήξεται, κρημνοῖς καὶ φάραγξι καὶ λύκοις περιπεσόντα,
 οὕτω καὶ βασιλεῦσι καὶ ἡγεμόσιν ἀνδρῶν, ἦν μὴ σύνδρομα ἦ τὰ
 τῶν ὑπήκοων, ἀλλ' ἀντιβαλεῖν καὶ ἀντιπράττει, οὐ πόρρω γ' ἂν B
 εἴεν ὀλιθροῦ καὶ δεινῶν τῶν ἐσχάτων." (Γ.) Τούτων ἀντήκοοι V. 486
 20 γεγονότες Βυζάντιοι οὐκέτι πλείω συνείρην εἶον τὸν βασιλέα·
 ἀλλ' ἀναστάντες μιᾷ φωνῇ πάντες ἀπέπαινον μὲν τὴν τῶν Λα-
 τίνων εἰρήνην, κατέγνωσαν δ' ἑαυτοῦς τῆς πρὶν ἀμελείας, ἐπαγ-
 γέλλας τε ἔδοσαν, ἐθελοντὰς συνμισφῆρην εἰς ἐράνου φορὰν τὰ
 προσόντα, καὶ παιδας αὐτοῦς εἰ δέοι χρημάτων ἀλλάττεσθαι

ipso saltem articulo, periculis iam instantibus, et capiti cum violenta qua-
 dam et inevitabili necessitate impendentibus, quid vos facere oporteat con-
 siderate. Videtis quippe in maritimis civitatibus, atque in hac maxime ur-
 bium priacipe, si quis ex hostibus imperium maris invadat, statim cuique
 imminere praesens vitae periculum; nisi quis plane velit liberam vitam ae-
 rumosa et Tantalea quadam permutare, pecuniisque et praediis, immo
 liberis et liberis ipsis multari. Duorum enim alterum consequatur ne-
 cesse est; ut aut vita, aut iis rebus vivus spoliatur, et copiosum sibi diu
 nocturne pecuniam felis ipse misceat. Agedum, vestrum mihi animum in-
 dicare ne pigeat, ut et ipse intelligam, num vos prioris negligentiae poe-
 nitent. Nam quemadmodum oves, si pastorem sequi detrectent, si ei ad-
 versentur et contrariam viam ire velint, non dubium est quin statim peri-
 turae sint, in praecipitia et voragine aut in medios lupos delapsae; pari
 ratione si imperatoribus ducibusve subditi haud obsequantur, si repugnent,
 si oblectentur, ab exitio et ultimis calamitatibus non longe certe abfuerint."
 (III.) His Byzantii auditis plura addere imperatorem haud passi consur-
 gunt; pecem cum Latinis una omnes voce repudiant; suam illam priorem
 negligentiam damnant, pollicenturque se, quidquid habeant, id omne ultro
 pro virili contributuros, vel si liberos publicae utilitatis causa mutare pe-

A. M. 6857 κοινής ὠφελείας ἕνεκα. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον,
 Ind. 2 C καὶ ἀπηλλάττοντο εἰς τὰ ἴδια ἕκαστοι. πολλή δέ τις ἐντεῦθεν
 ἐφαίνετο περὶ τὴν ὀπλιῖν ἢ φιλοτιμία, καὶ ὄξειά τις ἦν ἡ σπουδὴ
 περὶ τε κατισκευὴν νεῶν καὶ πετροβόλων μηχανημάτων μεγάλων
 τε καὶ μικρῶν καὶ μισθοφορικοῦ στρατοῦ, ὅσοι τε ἐς τὰς 5
 ναυτικὰς δυνάμεις καὶ ὅσοι ἐς τὰς πεζικὰς ἀρκέσουσι φάλαγγας.
 ὄθεν χρημάτων οὐκ ὄντων εἰς τὴν δαπάνην, ἐπράττετο πρὸς Βο-
 D ζαντίων, ἔνια μὲν παρ' ἐκόντων, τὰ δὲ πλείστα παρὰ σφόδρα
 ἀκόντων. ἔξεπέμποντο δὲ καὶ οἱ τὰς Θρακικὰς ἀργυρολογήσους
 πόλεις καὶ χώρας τῆς κοινῆς καὶ ἀναγκαίως ταυτησὶ χρόνῳ εἰ-
 10 νεκα. (A.) Ἐνίαι γε μὴν οἱ Λατίνοι τῶν ὄσων προτεχνίσματος
 δίκην ὀλκάδες τὸν οἰκίον ἐπλήρουν λιμένα καταγνυμένας τε
 καὶ δομένας ὀρῶντες ὑπὸ τῶν Βυζαντίων πετροβόλων μηχανη-
 μάτων τάχιστα πάσους ἐκείθεν ὡς πορρωτάτω μετήνεγκαν· καὶ
 E ἦν λοιπὸν τὰ ἐν τῷ λιμένι τεῖχη σφῶν βοηθείας καὶ σκέπης παν- 15
 τάπασιν ἔρημα. ὄθεν ἐπεμπον μὲν ἐν Γεννοῶ, ἐπεμπον δ' ἐν
 Ῥόδῳ τοὺς ἢ βοήθειαν ἐκείθεν ἄξοντας ἢ τοὺς τὴν εἰρήνην
 πρεσβεύοντας. Γέννοα μὲν αὖν ἰδίους ἔχουσα θαυρόβους καὶ
 γέιτονας μάχας ἀπέλατο πέμπειν βοήθειαν. Ῥόδιοι δ' ἐπέμ-
 20 πουσιν εὐθὺς μίαν τριήρη μετὰ τῶν τὴν εἰρήνην πρεσβευσόν-
 των· οἱ πολλὰ μὲν εἰπόντες, ἐπεὶ ἐληλύθασιν, πολλὰ δ' ἀκη-
 F κοότες, τῶν σπουδαζομένων ἤρυσαν οὐδὲν, ἅτε οὐκ ἐπαγγελά-
 μενοι μήτε τοῦ ληφθέντος ἐν τῇ μάχῃ τόπου τῶν προτέρων
 ὀρίων ἐπέκεινα μήτε τῆς γενομένης ἄλλης ὑπὸ σφῶν ζημίας
 ἀπόδοσιν. ὄθεν καὶ ἀπήεσαν αὐθις ἐς Ῥόδον ἄπρακτοι· πλὴν 25

cunia oporteat. Et haec quidem ita se habuerunt, et ad sua quisque dis-
 cesserunt. Magna deinde et ambitiosa contentione bellum apparari coe-
 ptum: atque in construendis navibus, in missilibus tormentis maioribus mi-
 noribusque fabricandis, in legionibus denique seu navalibus seu terrestri-
 bus mercenario milite complendis, acre studium existit. Pecunia itaque ad
 hos sumptus deficiente, exigebantur a Byzantiis quaedam volentibus, plu-
 rima valde invidis. Mittebantur item per urbes et agros Thraciae, qui pecu-
 niam in communes illos necessariosque usus corrogarent. (IV.) Latini vero
 aliquot onerarias, quae valli instar portum eorum implebant, postquam By-
 zantium ballistis submergi et confringi viderunt, omnes quamprimum inde
 transtulere. Ex illo autem eorum moenia, quae portum respiciunt, indefensa
 prorsus et nuda erant. Miserunt itaque Genuam, et ad insulam Rhodum,
 qui vel auxilia vel legatos pacis auctores existituros inde acciderent. Ac Ge-
 nuam quidem, eo quod propriis motibus vicinisque bellis laboraret, mittere
 auxilia recusavit. Rhodii vero unam statim triremem mittant cum legatis
 de pace acturis. Hi cum venissent, multa dixerunt, multa item audire:
 eorum autem, quae facere studebant, nihil perfecerunt; quando neque id
 loci, quod ultra pristinos limites in bello occupaverant, restitutos esse se
 pollicebantur, neque damni quidquam a se illati resarturos. Rhodum ita-

ὅτι πολλὰ τῶν πολυτελῶν κειμηλίων καὶ χρημάτων οἱ ἐν τοῖς Γα- A. C. 1348
λάτου ἐνθήμενοι τῇ Ῥοδία τριήρει ἐς Ῥόδον δι' αὐτῶν ἔπεμπον, Imp. Io. Can-
δεδιότες περὶ τοῦ μέλλοντος. ἦσαν δ' οἱ καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας tacuz. 2
ἔξέφευτο διὰ τὸ τοῦ μέλλοντος ἄθλον. (E.) Ἐπεὶ γε μὴν αἶP. 540

5 ἔτι ἐν Βυζαντίῳ καὶ ἀλλαγῇ ναυπηγούμεναι τριήρεις συνσκευά-
σθησαν ἤδη τῷ βασιλεῖ, μεγάλαι μὲν ἐννέα, μονήρεις δὲ καὶ
διήρεις πλείους, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐν Βυζαντίῳ πλουσίων φιλο-
τιμότερον εἰς τοῦτορον διατεθέντες λέμβους στρατιωτίδας καὶ
ἀκῆτια συνσκευάσαντό τε καὶ ἐξάπλισαν ἐξ οἰκείας δαπάνης,
10 μετὰπεμποτοί γίνονται καὶ ὅσαι κατ' ἄλλας τῶν ὑψηλῶν ἦσαν
πόλεων· ὧν αἱ μὲν καιροῦ λαμβανόμεναι νύκτωρ ἀπήσαν εἰς
τὸν τῶν Βυζαντίων λιμένα, μόλις λανθάνουσαι τὰς Λατινικὰς B
τριήρεις, αἱ δὲ διηρηκῶς ἐπιτηροῦσαι καὶ παραφυλάττουσαι πύρρω-
θεν ἐκώλουν τὸν εἰσπλου ἐκείνων, αἱθροὶ διανυκτερεύουσαι
15 τὸν χειμέριον χρόνον ἐκείνων. ἐνταῦθα γὰρ τὸ ναυτικὸν ἐκεῖνο πε- A. C. 1349
λάγιον αἰεὶ δειπνοποιεῖσθαι τε καὶ ἄριστοποιεῖσθαι καὶ καθεῦθεν Imp. Io. Can-
οἱ τριηράρχαι ἠνάγκαζον· ὡς συμβαίνειν ἐντεῦθεν, πολιορκεῖ- tacuz. 3
σθαι μὲν Βυζαντίους ἐκ θαλάττης ὑπὸ Λατίνων, πολιορκεῖσθαι
δ' αὐτὸ ἐξ ἠπείρου Λατίνους ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ εἶναι δεσμίους ἐξ
20 ἰκατέρων ἑκατέρους καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀλλήλους.

ἰ. Ἄρτι δὲ τοῦ ἔαρος ἐπιλάμποντος, καὶ τῶν τε ἀγρίων V. 437
πνευμάτων τὴν χειμερίαν ἐκείνην ἀθλητικὴν τρεψαμένων εἰς τὸ C
καθεῦθεν, καὶ μακρῶς ὁμοῦ τῆς γαλήνης ἐπιχωριαζούσης τοῖς
κύμασιν, ἐπεὶ πάντα ἦν ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης ἀπηρησιμμένα
25 καὶ οὐδὲν τῶν εἰς μάχην ἀνηκόντων ἐπιτηδεῖων τοῖς Βυζαντίοις

que redeunt infecta re, nisi quod multa ex pretiosa suppellectili et ex the-
sauris, Rhodiae triremi futuri metu imposita, Galataei Rhodum per eos mi-
serunt. Fuere etiam qui uxores liberosque imposuerint, quid futurum esset
incerti. (V.) Cum vero eas triemes, quae Byzantii et alibi constructae
erant, paratas iam haberet imperator, magnas quidem novem, moneres au-
tem ac biremes plures, et Byzantinorum divitum multi, navata ambitiosius
opera, militares lembos et naviculas comparassent ac propriis sumptibus
armavissent, arcessitae etiam eae omnes, quae in aliis imperii urbibus erant.
Harum aliae, oblata occasione, noctu Byzantinum in portum evasere, post-
quam Latinas triemes aegre fefellissent, quae perpetuo speculantes insi-
diantesque e longinquo, et hiberno illo tempore sub dio pernoctantes, ab
ingressu eas arcebant. Ibi enim nauticas illas copias in alto semper flu-
ctuantes et coenare, et prandere, et dormire triremium praefecti coge-
bant. Hinc fiebat, ut mari quidem Byzantii a Latinis, terra autem Latini
a Byzantiis obsiderentur; ac sic utrique ab utrisque et a se invicem hi
atque illi vincti tenerentur.

5. Vere statim affulgente, ubi asperiores venti sua illa hiberna sibila
sopiverunt et magna in mari tranquillitas exstitit, Byzantii, perfecto omni
terrestri navaliq^{ue} apparatu, nulla re ad bellum necessaria deficiente, na-

- A. M. 6857 ἐλείπετο, παρεσκευάζοντο πρὸς ἀναγωγήν ἐκατέρωθεν αἱ τριή-
 Ind. 2 ρεις, ἔκ τε τῶν ἐντὸς Βυζαντίου φημι νηωρίων καὶ ἔτι οὐπερ
 Δῆφθμεν εἰρηκότες ναυστάθμου, πρὸς ὃν ἔξ αὐτοσχεδίου βια-
 σθεῖσι τοῖς ναυάρχοις ἐν ἀρχαῖς τῆς μάχης καταπεφευγέναι ἔμ-
 πέπτωκε, παρὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ δηλαδὴ ἐκβολὰς, ἔνθα καὶ τὸς
 τοῦ θαλαττίου κέρως ἀναπαύεται ἄκρον. αἱ μὲν οὖν ἐκ Βυζαν-
 τίου περὶ δεξιᾶν ὄψιν ἐκπλεύσασαι, δέον καιρὸν τινα δοῦναι
 γυμνασίᾳ μικρῆ γούν, καὶ ἀνθαμιλλήσασθαι πρότερον πρὸς ἀλ-
 λήλας, καὶ πῆραν τῆς εἰρεσίας ποιήσασθαι καθ' ἑαυτάς· μηδὲ
 γὰρ εἶναι πάντας ἐν σνηθείᾳ θαλάττης καὶ κώπης, ἀλλ' ἀπό-¹⁰
 ζοντας τοὺς πλείους δενδροτομίας τε καὶ σκαπάνης· αἱ δὲ μικρὸν
 προβῆσαι σχάζουσι τὰς κώπας, οὐ μᾶλα σὺν τύξει καὶ κόσμῳ
 στρατηγικῷ, ἀλλ' ἐν ἀκοσμίᾳ τὸ πλείστον, καὶ ἑτεροζυγοῦσιν
 τὴν εἰρεσίαν ποιούμεναι, καὶ τοῦ εὐθέως παραγομένην. (B.) Ἐπεὶ
 P. 541 δὲ καὶ νῆξ παρῆν ἤδη καὶ αὐταὶ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἦσαν ὄρ-¹⁵
 μοῦσαι πρὸ τῶν ἐύων τοῦ Βυζαντίου τειχῶν, ἐπήει ἔξ ἀπογείων
 πνευμάτων θόρυβος ταῖς ναυσὶ καὶ διαταράττειν ἐδόκει μικρὸν.
 περὶ δὲ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἤμεν ὄλη σπουδῆ πρὸς
 αὐτάς ἢ πρὸς κατασκοπὴν ἐκπεμφθεῖσα πρὸ βραχέος ταχυναν-
 τοῦσα τριήρης, Λατινικὴν ὀλκάδα μεγίστην ἀγγέλλουσα πλήρη-²⁰
 σιν ἰστίοις ἔξ Ἑλλησπόντου ἀναγομένην· καὶ ἅμα οἱ ναύαρχοι
 Β πολλῶ τῷ θαρρόσυντι τοῖς τε ναύταις καὶ ἐπιβάταις, τοῖς μὲν
 ἐπὶ τὴν εἰρεσίαν, τοῖς δ' ἐπὶ τὰ ὄπλα χωρεῖν ἐσήμαινον τῇ σάλ-

12. σὺν τάξει em. Boiv. pro συντάξει.

ves provehere in altum parant ab utroque loco; nempe et ab his navibus, quae intra urbem sunt, et ab illa quam supra memoravimus statione, ad quam coacti ex improviso navarchi sub initium belli confugerant; ab ostiis dico fluminis, et ab ultimo sinus Ceratini recessu. Et eae quidem naves, quae Byzantio profectae sub vesperam in altum delatas sunt, debebant altum aliquantulum temporis modicae sui exercitationi dare, ac primum inter se decertare, et remigationis periculum separatim facere. Nec enim mari omnes remisque assueverant, sed lignationem plerique ligonemque redolebant. At illae paululum progressae remos inhihent, non admodum compositae aut militari ordine, sed temere maximam partem inaequaliterque remigantes, et a recto cursu aberrantes. (II.) Cum vero nox iam adesset et haec iuxta littus ante orientales Byzantii muros constitissent, venti tum coorti a terra tumultum apud naves fecerunt ac paululum eas perturbare visi sunt. At secundam circiter noctis vigiliam triremis expedita, quae paulo ante speculatum missa fuerat, summa festinatione accedit, nunciatque maximam Latinorum onerariam plenis velis ab Hellesponto profectam advenire. Statim itaque navarchi magna cum fiducia nautis ac veteribus, illis ut remigent, his ut capessant arma, inflatis classicis dant signum. Di-

πρη. σπουδαιότερον μὲν οὖν τὸν ἔκπλον ποιησάμενοι τάχιστα A. C. 1849
 τὴν ὀλκάδα περιεκύκλουν, καὶ τὴν ὀθόνην καθέλειν ἐκέλευον. Imp. Io. Cantacuz. 8
 ἔδ' οὐχ ἔπῃκουε τὰ πρῶτα, ἀλλὰ μάχης ἤπτετο καὶ πολέμιον.
 ἐπεὶ δὲ τὰ γε βέλη κατὰ πλῆθος πανταχόθεν ἐπήρσαν σφισι, καὶ
 5 περιῆν τοῖς ὀπλίταις εἰσπηθῶσι φανεύειν σφᾶς, ἐνέδοσαν τε ἄκον-
 τες καὶ χεῖρας ὄρεγον εἰς οἶκτον παρακαλοῦντες. ἀλλ' ὄναντο
 τῆς παρακλήσεως οὐδέν· ἐπεὶ φθάσαντες ἔνιοι τῶν ναυτῶν ἐκ C
 τῆς τριήρους τὴν τε ὀλκάδα ὑφάπτουσι καὶ τοὺς ἔνδον ἄπαν-
 τας ἐμπιπρῶσι, καὶ ἡ φλόξ ἤρετο πελάγιος ἐπὶ πολλῇ τῇ νυκτί.
 10 (Γ.) Τούτων δ' ἀσχολουμένων περὶ ταῦτα, κατὰ σφᾶς αὐτοὺς
 ἰβουλεύοντο οἱ Λατῖνοι, πολλὴν τρικυμῖαν ἔχοντες λογισμῶν
 καὶ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους σφῶν αὐτῶν μονοῦ πρὸ ὀφθαλ-
 μῶν ἰσταμένους ὄρωντες. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἀσφαλέστερον D
 εἶναι ἐψηφίζοντο, καταλιπόντας τὴν θάλατταν φυλάττειν τὸ
 5 γροῦριον· μηδὲ γὰρ δύνασθαι δι' ὀλιγανδρίαν πρὸς δύο μερῖζε-
 σθαι μάχας, ὁμοῦ κατὰ σφῶν ἐπιούσας ἐκ τε γῆς καὶ θαλάτ-
 τῆς· θῦττον μεντῶν ἑκατέρων ἄποτυχεῖν, ἢ μιᾶς τινος εὐμε-
 νοῦς κεραιθῆναι. μόνος δ' ὁ ναύαρχος μετὰ σι:θεροῦ καὶ γεν-
 ναίου τοῦ τῆς ψυχῆς παραστήματος ταῖς πάντων ἀντέλεγε ψή-
 10 φους. κατασκέψασθαι γὰρ ἔφασκε καὶ καταγῶναι τοῦ Ῥωμαϊκοῦ V. 438
 στόλου πολλὴν ἀπειρίαν, ἀναγομένου τε καὶ καταίροντος τῇ προ- E
 τείρᾳ μὴ κατὰ νόμους στρατηγικῶς, καὶ οὐ πόρρω διὰ ταῦτα
 χρηστῶν εἶναι ἐλλείδων. τῆς γοῦν πλείονος μοίρας, μᾶλλον δὲ
 τοῦ παντὸς κράτους ἐν τῇ θαλάττῃ κειμένου, εἶναι ἔφασκε δεῖν
 5 ἐνταῦθα, εἰ μὴ τὴν πᾶσαν, τὴν γοῦν πλείονα θεῖναι σπουδῆν.

ligentiore itaque navigatione provecti onerariam quam celerrime circum-
 veniunt, et contrahi vela imperant. At illi parere initio nolunt, sed pu-
 gniam ac bellum ineunt. Mox iidem densis undique telis obruti, cum lice-
 ret militibus facta irruptione eos trucidare, cedunt inviti, et manus ten-
 dendo misericordiam exposcunt. Sed eos nihil illa iuvat supplicatio: siqui-
 dem nautae aliquot de triremi onerariam incendere occupant, et quidquid
 hominum intus erat comburunt, ita ut flamma ad multam noctem per mare
 sursum sublata reluxerit. (III.) Dum isti in his occupantur, Latini inter
 se deliberant, magno curarum aestu fluctuantes, et extremum salutis suae
 discrimen tantum non ob oculos positum intuentes. Alii itaque omnes tu-
 tius esse statabant mari excedere et castellum tutari: nec enim posse se
 prae hominum paucitate in duo bella distrahi, terra simul marique infesta:
 pugnam quippe adversam utramque potius, quam alteram secundam fore.
 Solus navarchus constanti ac generosa animi praesentia omnium adver-
 satum est sententiis: animadversam enim a se et improbatam fuisse impe-
 ritiam Romanae classis, quae superiori die nequaquam secundum militarem
 legem et solvisset et ad portum appulsa esset: ea propter non longe a me-
 liori spe abesse se. Cum igitur virium maxima pars aut omnes potius vi-
 res in mari sitae essent, in eo aiebat oportere, si non omne, at potissimum

A. M. 6857 (A.) "Ὅθεν μεγάλας μὲν ἐννέα τριήρεις, μονήρεις δὲ πλείστας, Ind. 2 ἐπιλέκτων ἐμπλήσας ὀπλομάχων ναυτῶν, καὶ τριηράρχους ἐπιστήσας τοὺς μάλᾳ ἀρίστους, καὶ μικρὸν τοῦ λιμένος προβάς, ἵστατο περιμένων ἐν τάξει τὸν τῶν Βυζαντιῶν ἐπιπλοῦν, οὐοῖν ἔχων ἐν νῆϊ διαπραξάσθαι θάτερον· εἰ μὲν κατὰ νόμους ὀρήη⁵ στρατηγικοὺς ἐπιόντας ἐπ' αὐτὸν, πρῶμναν τε κρούσασθαι καὶ τῶν νεῶν ἐκπηδήσαντας ἐντὸς γενέσθαι τοῦ φρουρίου πλησίον ἐστῶτος· εἰ δ' οὖν, ὁμόσε χωρεῖν ἐς τοὺς πολεμίους.

P. 542 ε'. Ἐπεὶ δ' ἡμέρας γενομένης ὀμιχλῶδες τι καταρῆλον ἐκ πελάγους πνεῦμα τὸ θαρῆρεϊν ἀφήρει τοὺς Βυζαντινοὺς, ἐνθαροσέτε-¹⁰ ρος ὁ τῶν Λατίνων ἐγγίγνετο ναύαρχος. συνήεσαν δ' ὁμῶς ἔξωθεν μὲν αἱ πεζικαὶ τῶν Ῥωμαίων φάλαγγες μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων θυρεῶν καὶ παντοδαπῶν φρυγάνων, ὅσα τροφή τῷ πνεὶ καθίσταται πρόχειρος· προῦφαίνετο δὲ καὶ ὁ στόλος ἤδη κάμπτων τῆν τοῦ Βυζαντινοῦ βορείαν ἕκραν, ἐνθα πύργοι τε δύο¹⁵ ἀνωκοδόμηται λίθων λευκῶν καὶ ἀπεξεσμένων ἐς τὸ τῆς ἀρμο- νίας εὐφνές, καὶ ἄμα Δημητρίου τοῦ μάρτυρος ἴδρῳται ἱερόν. ἔδοξε δ' αὐτοῖς ἐπιμοχθος ἢ καμπῆ διὰ τὰς ἐκεῖ γινομένης αἰ θαλαττίους ἑλικίας τε καὶ οἷόν τινας λαβυρίνθους, κατὰ τῆν παρ' Ἑλλήσιν ἀδομένην Σκύλλαν καὶ Χάρυβδιν, ἣν ἐκεῖνοι κατὰ²⁰ τὸν πορθμὸν εἶναι φασιν, ὅς μεταξὺ τοῦ τε Ἰταλικοῦ Ῥηγίου καὶ C τῆς Σικελικῆς κεῖται Μεσήνης. ἔσφηλε δ' αὐτοὺς ἐς τὰ μάλιστα τότε καὶ τὸ μὴ ἀνάλογον ἔχειν ἐν τοῖς τῶν νεῶν κοιλώμασι κάτω

8. ἐστῶτος em. Boiv. pro ἐστῶτας.

stadium ponere. (IV.) Itaque ille triremes magnas novem, et moneres quamplurimas, nautarum armatorum delectu complet; trierarchos praeficit praestantissimos; tum paulo ultra portum progressus, Byzantium adventum instructa acie illic stat exspectans, duorum ille alterum facturus: si eos quidem secundum bellicae artis praecepta procedere adversus se vident, puppim retroacturus, relictisque navibus in castellum proximum introiturus; sin minus, ad pugnam proditurus.

6. Die exorto nebulosus quidam ventus a mari ingruit. Ea res ut Byzantiis fiduciam ademit, ita Latinorum navarcho animos addidit. Convenerant tamen extrinsecus pedestres Romanorum cohortes cum clypeis multis et magnis, item cum omni fomitum genere, quotquot scilicet prompta ignis nutrimenta sunt. Apparebat autem et classis, quae boreale iam circumvehebatur Byzantii promontorium; ubi turres duae aedificatae sunt lapide albo, ad concinnaam solidae structurae speciem expolito: quo etiam loco templum divo Demetrio positum occurrit. Visus vero ipsis iniquus hic flexus ob eos, qui illic semper existunt, maris vortices et quosdam quasi labyrinthos; quales illae a Graecis decantatae Scylla et Charybdis, quae in illo freto, quod est inter Italicum Rhegium et Siculam Messaniam, sitae esse dicunt. Obfuit autem illis tunc plurimum, quod in carinis idoneam sabur-

τὴν ψάμμον· ὅπερ εἴωθε τοῖς ἐπὶ Θάλατταν ἅει ναυστολοῦσιν A. C. 1349
 ἔρισμα γίνεσθαι τε καὶ εἶναι τοῦ πλοῦ καὶ θεμέλιος κράτιστος. <sup>Imp. Io. Can-
 tacuz. 8</sup>
 (B.) Λίον οὖν κατὰ μέτωπον στήσαντας τοὺς τριηράρχους τὰς
 ναῦς ἀντιπρώρους ταῖς τῶν πολεμίων ναυσὶ καὶ ἀπὸ μόνης τῆς
 5 πρώτης ἐκπλήξαι θέας αὐτοῦς, οἱ δὲ τῆς προσηκούσας ἐκπεπτω-
 κότες γνώσεως, μίαν παρὰ μίαν κύμπτοντες τὴν ἄκραν ἐκείνην
 ἐπέφαινον. πρώτη μὲν οὖν ἡ ναυαρχίς ἐδείκνυτο, σχολῆ κα- ^D
 τιοῦσα καὶ βιαζομένη μάλα πλησίον τὸν πλοῦν ποιείσθαι τῆς
 γῆς· καὶ μετ' ἐκείνην ἀπ' οὐρᾶς ἑτέραν δίκην ὄρμαθου καὶ σει-
 10 ρῶς ἔχομενας ἀλλήλων ἐς μῆκος· πρῶμναν τε πρώρας ἄλλης ἔχο-
 μένην καὶ οὕτως ἀμοιβαδὸν ὑπάσας καὶ παραλλᾶξ ἑτέραν ἐτέ-
 ρας ἔξηρημένους καὶ στοιχηθδὸν πως πλεύσας, ἕως προσέσχον
 τῷ αἰγιαλῷ τῷ ἐκ διαμέτρου καὶ κατ' εὐθείαν τοῦ Λατινικοῦ ^{V. 439}
 κειμένῳ φρουρίῳ, ἀπέχουσαι τῆς γῆς ἡμιπλήθρου μίον. εἰ μὲν ^E
 15 οὖν κἀντιαῦθα γενόμεναι τὰς πρώρας ἐπὶ μετώπου τοῖς Λατίνοις
 ἴστασαν, περιμένονσαι τὴν ὥραν τῆς προσβολῆς, εὐ ἂν οἶμαι
 εἶχεν· ἢ τό γε βέλτιον, εἰ μὴ διακόψασαι τὸν παράλιον ἐκείνον ^{P. 543}
 πλοῦν προῦχώρου ὁμοίως ἄχρι τῆς ἔσχατιῆς τοῦ πορθμοῦ, ὅπη
 δηλαδὴ καὶ τὰς ἄλλας εἰρήκειμεν ἴστασθαι, κἀκαῖθεν ὁμοῦ ταῖς
 20 ἄλλαις ἐπαναστρέψασαι τὸν ἐπίπλον ἐν τάξει κατὰ τῶν πολε-
 μίων ἐποιούντο, καὶ οὕτως εὐ ἂν οἶμαι εἶχεν. νῦν δὲ ἀλλ' ἑτέραν
 ὁ δαίμων ἔδωκεν ἔννοιαν καὶ δειλίαν· καὶ μετήνεγκεν ἄθροον
 καὶ περιέστησεν ἐς τοῦναντίον τὰς τῶν κωχημάτων καὶ ἀπειλῶν

9. ἑτέραν] Boiv. videtur hic aliquid deesse. 14. ΣΧΟΛ. σημείωσαι
 οἷ το κλέθρον ἐστὶ πηξέων ῥήγ.

rae vim non haberent; quae res iis, qui navibus mare quotidie percurrunt, fulcimentum esse solet et firmissimum navigationis fundamentum. (II.) De-
 bebant certe trierarchi ita naves collocare, ut obversis in frontem proris
 vel primo adspectu hostem perterrerent. At ii, mente alienati, singulas in-
 ter flectendum promontorium ostendebant. Prima conspiciabatur navis prae-
 toria, lente se ipsam movens et proxime oram littoris navigare magna vi
 contendens. Tum altera et altera a tergo subibant; serie quadam et ve-
 luti catena cohaerentes illae inter se longum in tractum, aequalae singula-
 rum poppim prora contingentes: et sic omnes, invicem alternisque aliae ex
 aliis nexae, continenti quodam ordine navigantes procedebant; donec ad
 littus illud, quod est e regione Latini castelli eique rectis lineis opponitur,
 appulsae sunt, minus semiugeris spatio a terra distantes. Quod si illic sal-
 tem proras Latinis in frontem obiecissent, atque ita confingendi tempus ex-
 spectassent, bene opinor habuisset. Imo si littorali illa navigatione non in-
 terrupta processissent simili modo usque ad extremum freti, ubi videlicet
 et alias naves stetisse diximus, atque illinc cum caeteris reversae contra
 hostem pervato ordine propectas essent, bene sic quoque (opinor) habuisset.
 Sed aliam Deus mentem pavore iniecto attulit, et repente vices mutavit
 vanisque eorum dictis ac minis fortuna exitus contrarios dedit. (III.) Nam

A. M. 6357 ἀποβάσεις ἢ τύχη. (Γ.) Δέον γὰρ ἡρωϊκῶς κατὰ τὰς ἐπιγγελίας
 Ind. 2 Β ἀγωνίσασθαι, οἱ δ' ὑπότρομοι γενόμενοι, μηδενὸς ἐντειπράτ-
 τοντος, μήτε ξίφους γυμνωθέντος, μήτε βέλους ἐπ' αὐτοὺς
 ἀκροβολισθέντος, ἔφρουγον ἅπαντες, τῶν καταστροφμάτων ἐξαι-
 φνης σύνδυνόν τε καὶ σύντριεις ἐκπηδῶντες ζῆν οὐδενὶ κόσμῳ κατὰ 5
 τῆς ὑποκειμένης θαλάττης· ὧν οἱ μὲν διανήχασθαι εἰδότες, ῥί-
 πτοντες τὰ ὄπλα, μόλις ἐς γῆν ἐξέπιπτον· οἱ δὲ πλείους τῷ βάρει
 Ἐτῶν ὄπλων κατεδύοντο. καὶ ἦν ἰδεῖν θάλαμα ἐλεινὸν, ἀσπαίροντας
 ἐν τῷ βυθῷ τοὺς φοβεροὺς καὶ μετεώρους ἐκείνους ὀπλίτας, δί-
 κην ἰχθύων καὶ καρκίνων, καὶ ἀλλήλων ἔχομένους ἀπριξ καὶ 10
 ἀναδύναμι μὴ δυναμένους, ἀλλὰ ταμειομένους ἐς τὴν ὑστεραίαν
 ὑπὸ τῆς τύχης ἐστιατορας αὐτοὺς τοῖς ἑαυτῶν δαιτυμύσιν ἔσ-
 σθαι ἰχθύσιν. οὕτως ἀνάνδρους τὸ ἀδικεῖν ποιεῖ τοὺς ἀνδρείους,
 καὶ παλγίον δυστυχῆς τὰ ἡρωϊκὰ δεικνύει φρονήματα τὸ θεοῦ
 Δκατεπαίρεσθαι. (Δ.) Ἐπεὶ γὰρ πρὸ τῆς μάχης, νύκτωρ καὶ 15
 μεθ' ἡμέραν αἱ στρατεύομενοι πολλῶ τῷ τῆς γλώττης ὑβρίζοντι
 κατὰ τῶν Βυζαντιῶν χηρῶν καὶ ὄρφανῶν, πάντων πολεμίων
 ἔδρων οὗτοι τὰ χεῖριστά, καὶ προφάσει διὰ τὰς ταῦς σανάιδων
 καὶ στυπτιῶν ὄλας ἀνέτρεπον οἰκίας, καὶ ὄλας οὐσίας ἠνδραπο-
 δίζοντο, κὰν τοῖς τοιοῦτοις προαηλιώκεσαν τῆς ἀρεϊκῆς ἀνδρείας 20
 τὸν ὄγκον ἐκείνον, ἔλαθον κύμυσι καὶ βυθοῖς θαλαττίοις τῶν ἐν-
 Ἐταυθοῖ τὰς γενναίας θάψαντες ἐλπίδας ἀθρόον καὶ τοῦ ἡπει-
 ρωτικοῦ τὸν ὄγρον καὶ ὑποβρύχιον ἀλλαξάμενοι βλον. τῷ γὰρ
 ἔμαρτηκότι τοῦ συνειδότος βριθοντας ἔχοντες λογισμοὺς, καὶ

quos oportebat heroice, sicut promiserant, pugnare; ii contra trepidi, ne-
 mine obsistente, nullo se stricto gladio nec vibrato in eos telo, versi in
 fugam omnes ex tabulatis bini statim ternique foede et confuse subiectum
 in mare desiliebant. Ac ii quidem, qui nare didicerant, abiectis armis aegre
 in terram evadebant. Plerique autem armorum pondere deprimebantur. Et
 videre erat (miserum sane spectaculum) in gurgite palpitantes, terribiles
 illos et arrogantia elatos bellatores, piscium cancrorumque instar sibi in-
 vicem tenaciter inhaerentes, ut emergere haud possent, sed in postera
 diem a fortuna reservarentur, piscibus convivatoribus suis epulum ipsi de-
 turi. Adeo facta iniuria auctores iniuriae ex fortibus imbelles reddidit: adeo
 heroici spiritus hoc ipso, quod se adversus Deum contumacius erigunt, in-
 felicita existunt fortunae ludibria. (IV.) Nimirum ii, quia ante pugnam
 diu noctuque, lingua contumeliosissima viduis pupillisque Byzantinis bel-
 lum inferentes, quovis hoste peiora perpetraverant, tabularumque et palo-
 rum ad classis usum comparandorum nomine totas et domos everterant et
 opes diripuerant, ac in eiusmodi facinoribus spiritus illos Martis iam tum
 consumperant; ideo praeter opinionem fluctibus marinisque gurgitibus ab-
 sorpti praeclaras illic spes subito sepeliverunt, atque ex orbe hoc terrestri
 in humidum et in profundas aquas translati sunt. Delictorum quippe con-
 scientia oppressam mentem habebant, et pupillares illas (ut par est) pre-

ἀναμμητησκόμοιοι δεήσεων ἐλείπων ὀρφανικῶν, ὡς ἔοικε, καὶ δα- A. C. 1349
κρύων ἐλειωνῶν, ὡσπερ μεθυσούσας εἶχον τὰς χεῖρας πρὸς δπλα Imp. Io. Can-
καὶ ἀκροσφαλεῖς πρὸς κινήσεις τοῦ πόδας, καὶ ἕμα τεθραυσμέ- tacuz. 8
την τὴν διάνοιαν ἐς τὰς πρὸς τὸ κρεῖττον ἐλπίδας, ἔργοις τοῖς F
5 τηναὐτὰ μαυθάνοντες, ὅτε μηδὲν σφισιν ὄφελος ἦν, μὴ εἶναι
χρῆν ἐν τοῖς ὄπλοις τὰς χρηστὰς ἀνέχειν ἐλπίδας, ἦν μὴ παρῆ
τὸ δίκαιον μετὰ τῆς τοῦ εὐσεβεῖν εὐθύτητος. μόνοις γὰρ τοῖς σὺν
δικῇ δρωμένοις τὸ δυνάμενον τῆς ψυχῆς ἀσφαλῶς ζεῖδεται τε
καὶ τὸ θάρδος ἐν περιστάσεισιν ἀκλόνητον ἔχει. καὶ γὰρ εἰ κατ'
10 τῶν ἀλλοτριῶν τὰ τοιαῦτα γινόμενα τῶν ἀδικημάτων εὐθύνεται
πρὸς τοῦ κοινοῦ δεσπότου Θεοῦ, πολλῶ μᾶλλον εἰ ἑμόφυλον εἶη P. 544
τὸ ἀδικούμενον. (E.) Τὸ δὲ ξέρον ἐκεῖνο θέαμα βλέπων ὁ τῶν
Λατίνων ναύαρχος πρόβρωθεν τὸ μὲν πρῶτον διηπορεῖτο καθ'
ἑαυτὸν, καὶ τινα ἐνόμιζεν εἶναι ὑπόκρισιν καὶ δραματοουργίαν.
15 ἔπειτα ἔγνω Θεομηνίαν εἶναι τὸ πρᾶγμα σαφῆ· καὶ ἡσυχῇ παρα-
κλιεσάμενος ἐρέττειν τὸ τῆς ἡγεμονίδος πλήρωμα προῆει πα-
ραγγεῖλας ἔπεσθαι καὶ τὰς ἄλλας τριήρεις κατόπιν. ἐπεὶ δ' ἐλ- V. 440
θὼν κενὰς τὰς Ῥωμαϊκὰς τὸ παράπαν εὗρε τριήρεις, ἀναδησά- B
μενος εἰλέε τε πάσας ἡρέμα καὶ ὑπέστρεφεν ἄγων ἐς τὸ τῶν Λατι-
20 ῶν ἐπίκειον· πλὴν ὄσαι διήρεις τε καὶ μονήρεις καὶ λέμβοι πλή-
θους ἕνεκα διαδρᾶσαι τὴν ἄλωσιν ὑπερόριοι τῶν κινδύνων ἐγέ-
νοντο. (ς.) Τούτων δ' ἐς τοῦτο τύχης κατενεχθεισῶν, ἐφα-
νοντο ἐπιπλέουσαι ἤδη καὶ ὄσαι παρὰ τὰς ἐκβολὰς, ὡς εἰρήκει-
μεν, ἴστατο πάλαι τοῦ ποταμοῦ τριήρεις μέγισται μὲν τρεῖς, C

ces miserabilesque lacrymas reminiscabantur. Quamobrem et manibus ad
arma tractanda quasi ebriis, et pedibus ad movendum corpus vacillantibus
torpebant. Animo autem fracto ac vulnerato bene sperare haud poterant:
ipso tum exitu edocti, cum iis nihil proderat, non oportere in armis bonam
spem collocari, nisi aequitas adsit cum recta pietatis ratione coniuncta.
Quae enim iuste facta sunt, ea sola animi robur firmum sustentant, et fidu-
ciam circumstantibus periculis incoercitam faciunt. Nam si eiusmodi in-
iurias, etiam alienigenis factas, communis omnium dominus Deus ulciscitur,
multo magis, si sit eiusdem gentis id, quod iniuriam passum est. (V.) At
rei insolentiam e longinquo animadvertens Latinorum navarchus ambigere
primo secum, et quandam esse id simulationem fabulaeque actionem putare:
deinde agnoscere furorem esse illum evidentem irati numinis. Tum eos,
qui praetoriam navim complebant, placide ut remigant hortatus, progrē-
dit, sequi iussit et aliis a tergo triremibus. Postquam advenit, et peni-
tus vacuas naves Romanas offendit, religatas omnes sensim trahens et ad
Latinorum navale adducens revertitur, exceptis iis triremibus, moneribus
et lembis, qui prae multitudine antequam caperentur fuga elapsi extra pe-
riculum iam erant. (VI.) Cum haec in eam calamitatem incidissent, cerne-
bantur subeuntes iam et eae triremes, quae pridem, ut diximus, ad ostia
fluvii stabant, maximae quidem tres, minores autem longe plurimae. Eas

- A. M. 6857 μέιους δὲ παμπληθεῖς. ἐπεὶ δὲ κατὰ μέσσην γενόμεναι τὴν πορείαν
 Ind. 2 ἐρήμους ἀνδρῶν ἐλκομένας εἶδον ὑπὸ τῶν πολεμίων τὰς ὁμοφύ-
 λους νῆας, ἔστησαν ὥσπερ τιλὴ νάρκη πεδηθεῖσαι καὶ μὴ δυνά-
 μεναι μῆτε πρόσω μῆτ' ὀπίσω ποιῆσθαι τὸν πλοῦν, ἕως τοῖς
 ὁμοίοις ταῖς ἄλλαις περιέπιπτον καὶ αὐταὶ κακοῖς. ἦν γὰρ ἰδεῖν⁵
 εὐθὺς καὶ τούτων ἅπαν τὸ πλήρωμα, τριηράρχους ὁμοῦ καὶ
 ναύτας, κατὰ κεφαλῆς εἰς θάλατταν πίπτοντας τὸν ὁμοιον τοῖς
 D προπεπονθόσι τρόπον, πρὶν ἢ γεγυμνωμένον θεύσασθαι ἕξφος
 καὶ πρὶν πολεμίας αἰσθῆσθαι τινὸς ἀπειλούσης βοῆς. (Ζ.) Δι-
 νεψματο δ' ὁμοίως τὸ τῆς δειλίας ἐκείνης δεινὸν καὶ ὄσοι παρὰ¹⁰
 τὸν αἰγιαλὸν καὶ τοὺς πύργους ἦσαν ἐστῶτες. μεστὰ γὰρ ἦν
 ἅπαντα ὄχλων παντοδαπῶν, οὐ μόνον τὰ τ' ἔνδον κυλῶν καὶ
 ὄσα τῶν ἐκτός, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τὰς ἐπάλξεις πλήθος ἀνδρῶν
 E ἀριθμὸν πάντα νικῶν ἦν· ὧν οὔτε σαλπικτικῆς ἦν τις, οὔτε τι
 κύμβαλον, οὔτ' οὐδὲν ὀπόσα εἶωθεν ἐν πολέμοις εὐθαρσοῦς πα-¹⁵
 ραστήματος γίνεσθαι παρακλητικά, λήθης μακρῶς τινος τῶν ἐν
 τούτοις χρησίμων, οὐκ οἶδ' ὀπόθεν καὶ ὅπως, ἐπιπληνηθείσης
 τέως καὶ διανεμηθείσης τὰς Ῥωμαίων ψυχᾶς. ἀλλὰ πλὴν τοῦ
 ἀναπνεῖν ἄντικρυς εἶναι πάντες ἐδόκουν νεκροί· συνωθούμενοι
 γε μὴν ὑπ' ἀλλήλων ἐν τῇ πρὸς τὰ ἔνδον φηγῆ συνέπιπτόν τε²⁰
 F καὶ συνεπάτουν ἀλλήλους, καὶ ταῦτα καὶ αὐτῶν τῶν πολεμίων
 ἐστηκότων, καὶ θεωμένων ἀτενῶς, καὶ σφόδρα πρὸς τὸ τοῦ δρά-
 ματος ἐκπεπληγμένων παράδοξον· ὥστε καὶ δεόν σχιριτῶν ἐκέ-
 νους ὑπὸ τῆς μεγάλης εὐτυχίας ἐκείνης, τῶν δὲ καὶ ἤλεον ἔνοι
 τοὺς πάσχοντας, καὶ στήναι παρεκελεύοντο, καὶ σφῶς αὐτοῖς²⁵

medio in cursu, vacuas hominibus trahi ab hostibus suorum naves ubi vi-
 derunt, steterere quasi torpedine aliqua constrictae, ut nec progredi ultra
 possent, nec vela retrorsum dare, donec ipsae in similia mala inciderunt.
 Nam et quidquid in illis hominum fuit, eos omnes videre erat confestim,
 trierarchos pariter et nautas, volvi in caput, ruentes in mare, eodem modo
 atque eos, qui idem ante passii fuerant, antequam nudatum enses adspicerent,
 aut clamorem ullum hostium minacem audirent. (VII.) Pervadebat autem
 pariter ille terror et eos omnes, qui iuxta littus ac turres stabant. Erant
 enim omnia omni hominum genere plena: nec modo intra portas et extra,
 sed et summis in moenibus multitudo erat quovis numero maior; in qua
 nec tubicem quisquam, nec cymbalum ullum erat, neque quidquam eorum,
 quae solent in bello praesentis animi robur excitare. Scilicet earum rerum,
 quae tum utiles fuissent, magna quaedam oblivio Romanorum animos, nescio
 unde et quomodo, invaserat et corruerat; ac respiratione excepta mortui
 plane omnes esse videbantur, trudentes alius alium, dum in interiora fu-
 giunt, procidebantque et se invicem proterebant; idque cum hostes ipsi
 starent intentique spectarent, et ad rei miraculum valde obstupescerent;
 ita ut quos ob magnum illum successum exsultare oportuit, ex iis nonnulli
 calamitosos illos miserarentur, et stare iuberent, obtestarenturque, ut in

οικτίρειν τῆς δαιμονιώδους ἐβρίων ταυτησι συμφορᾶς, καὶ μὴ A. C. 1349
 μάτην οὕτω προδιδύναι θανάτῳ, δαίοντος μηδενός. οὕτως ἀν- Imp. Io. Can-
 ἐρβηλτον τὸ τῆς συμφορᾶς ἐκείνης πάθος, καὶ μηδὲν καταλε- tacz. 3
 λοιπὸς τῶν ἐφ' ὁμοίοις πάλαι παραδειγμάτων, ἀμιλλᾶσθαι ῥα- P. 545
 5 δίως τούτῳ παρατιθέμενον.

ζ. Ἀλλὰ γὰρ εἰς τοῦτο τύχης τὸν στόλον συνελαθέντα βλέ- V. 441
 ποτες οἱ πόρρωθεν πολιορκεῖν ἀφ' ἕψηλοῦ τὸ τῶν Λατίνων ^B
 φρούριον ἐκπεμφθέντες στρατιῶται Βυζαντιῶν τε καὶ ὄσοι κατὰ
 σμμαχίαν ἐκλήθησαν Θρακικῆς ἕμα καὶ Πέρσαι, χιλιάδες οὐ
 10 μίους τῶν τριῶν, τοῖς ὁμοίοις καὶ οὗτοι δεινοῖς περιέπιπτον,
 καὶ θυροῦς ἐκείνους καὶ ὄπλα καὶ μηχανήματα καταλιμπάνοντες
 ἔφεγον σποράδες τε καὶ ἀσύντακτοι, μηδενός ὄντος τοῦ πολέ- C
 μόν τι καὶ ἄγριον γρούζοντος· καὶ οὐ πρότερον ἔστησαν, πρὶν
 σποδῆ τὸν ποταμὸν διαβάνας ἐλευθέριον τι ἀνεπεπνέκεσαν
 15 ἕδῃ. (B.) Τῆς μέντοι θεομητίας ταυτησι τὰς αἰτίας ἄλλοι ἄλ-
 λας ἐτίθεντό τε καὶ ἐψηφίζοντο. ἐγὼ δ' ἑτέροις ταύτας ἀπαρι-
 θμῆν ἄφεις τὸν λόγον ἐφ' ἕτερα τρέψομαι· τοῦτο μόνον προσ-
 θεῖς, ὡς εἰ θρασύτερον ἴσως οἱ Λατίνοι τότε διετίθεντο, καὶ
 τῷ παρὰ προσδοκίαν πᾶσαν μεγίστῳ ἐπαρθέντες εὐτυχίῃματι του- D
 20 τῶν Βυζαντιῶν φέγοντας καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἄκλειῶς καταπα-
 τουμίονους ἄχρι πυλῶν ἐδίωκον, ὀλίγου ἂν ἐδέξασε πλῆθος ἐκεῖ
 διαφθαρεῖναι παντοίων καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων. ἀλλ' ἐπέσχε
 κύριος τὸν θυμὸν αὐτοῦ, καὶ μέτρια σφῆς εὐθὺς ἐπεπέκει προ-
 νῆν, καὶ μὴ τὰς ἀλλοτριᾶς τύχης ἴδια νομίξειν ἐαυτῶν εὐτυχί-

illa clade a sinistro aliquo genio immissa ipsos sui misereret, neve ita temere vitam proderent, nemine persequente. Adeo malum illud modum omnem excesserat; adeo eorum, quae unquam in pari causa acciderunt, nihil erat, quod cum isto collatum facile posset contendere.

7. Cum classem eo compulsam viderent ii, qui ad Latinorum castellum e longinquo ac superiori de loco oppugnandum missi fuerant, Byzantini milites, et quicumque auxilio vocati fuerant Thraeces ac Persae, ad tria hominum millia, eodem et ipsi terrore perculsi, relictis et clypeis et armis et machinis, palantes inordinatque fugerunt, cum nemo esset, qui hostile aut atrox quidquam mutiret: nec prius subistere, quam fluvio celerrime traiectione libere respirare coeperint. (II.) Ac illius quidem furoris divini causas alii alias proponebant atque statuebant. Ego vero eas aliis enumerandas relinquam, orationemque ad alia convertam. Unum tamen hoc addo, si forte audaciores Latini tunc exstissent, et maximo illo improvisoque successu elati fugientes Byzantios, et a se invicem foedissime proculcatos, ad portas usque persequuti essent, parum abfuturum fuisse, quin illic penitus profigeretur variorum et omnis generis hominum multitudo. Sed iram suam Deus continuit Latinosque induxit, ut victoria moderate uterentur, ac non aliorum adversos casus rei a se bene gestae fructum putarent, qui ad tro-

- A. M. 6857 *ματα, μηδὲν ἐς τὸ παράλογον τοῦτο τρόπαιον ὄλωσ' ἔτοπλον εἰσι-*
 Ind. 2 **E** *νεγκόντων ἔργον ἢ συνετὸν μηχανήμα, ἀλλ' ἄθυρμα σαθρὸν*
θεοῦ τὴν ἀνθρωπίνην δεικνύντος σπουδὴν καὶ γέλωτα σαφῆ τὴν
τῶν μεγαλοφρονεῖν ἐφ' ἑαυτοῖς οὐκ ὀκνοῦντων ὄφρον. διὸ καὶ
πέμψαντες εὐθὺς ἐς βασιλεία τὴν προτέραν αὐθις ὁμοίως ἐξί-
τουν εἰρήνην, εἰ καὶ μὴ ἐφ' ὁμοίαις ταῖς συμφωνίαις. (Γ.) Ἄλλ'
F *ἐς τὸ τοῦ Γαλάτου φρούριον ἐκ Γενοῦσας ταχυνναυτοῦσα μί-*
α τριήρης, πρέσβεις ἄγουσα τοὺς πάντα τελείοντας ἀσμένως, ἃ
πρὸς βουλήσεως εἶη Βυζαντίοις. καταλῦσαι μὲν, ὅσον δηλαδὴ¹⁰
τοὺς οἰκείους παρεκβαλόντες ὄρους οἱ Λατῖνοι παρακατέσχον τοῦ
τῶν Ῥωμαίων τόπου· ἀποδοῦναι δὲ καὶ ἦν ἐπήγαγον Βυζαντίοις
P. 546 *ζημίαν ἐς τὸ ἀνευδέες· καὶ ἅμα προσθέντας χρήματα τοῦ*
τῆς προτέρας εἰρήνης ὑπὲρ τὰς ρ χιλιάδας· καὶ δοκούς ἔπιτα
δοῦναι φρικωδεστάτους ὑπὲρ τοῦ μηκέτι πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπε-
νεχθῆναι νεωτερισμούς· ἀλλὰ μεμνημένους τῶν παρ' ἐλπίδα
συμπεπτωκότων σφίσι μετριωτέρους εἶναι τοῦ λοιποῦ. ἐπεὶ δ'
ἐλθοῦσι κάκεινοις τὸ μέγα τοῦτο καὶ παρὰ πᾶσαν ἔγνωσται προσ-
B *δοκίαν τῶν ὁμοφύλων ἐντύχημα, μέσοις τε γεγονέναι δυοῖν ξυ-*
πεπτώκει καὶ τὴν αἰσχρὰν ἐκείνην εἰρήνην παρασκευάσαι καιή-²⁰
σασθαι, ὅποیان καὶ Πελοποννησίους ἐπὶ Ἀνταλκίδου πάλαι πρὸς
Πέρσας συνθίσθαι ἀκούομεν, δεῖε τῆς ναυτικῆς τῶν Ἀθηναίων
δυνάμεως ἐν τοῖς τότε χρόνοις περιφανῶς θαλαττοκρατοῦντων.
V. 442 (Δ.) *Τούτων δ' οὕτω ξυνηγεμένων, οὐκ ἔχρινε δεῖν ὁ βασιλεὺς,*

paecum illud insperatum nihil prorsus nec militaris operae, nec solertis machinamenti contulissent: sed opus Dei esse statuerent, humanam diligentiam futilem declarantis, et eorum, qui se ipsos magnifice efferre non dubitant, arrogantiam merum esse mimum ostendentis. Miserunt itaque statim ad imperatorem, qui pacem itidem ut antea, sed non iisdem conditionibus, de novo exposcerent. (III.) Nondum toti quatuor ex eo dies effluerant, cum triemis una expedita, ad Galataeum castellum appulsa, legatos ab urbe Genua advexit, qui Byzantium voluntati per omnia ultro satisfacerent; ac restituerent quidem quicquid Latini, propriis limitibus propagatis, ex agro Romano occupassent; deinde rependerent ad plenum, quicquid damni Byzantiis intulissent, persolutisque insuper plus quam centum millibus, pacem pristinam impetrarent: iurarent denique horribilissimum iniurandum, se nunquam ad eiusmodi novas res molienda abductum iri; sed eorum memores, quae sibi praeter spem evenissent, moderatiores fore in posterum. Cum autem ii legati advenissent, magnosque illos et inopinatos accepissent suorum successus, tum quoque interposuere se, et ut pax illa turpis fieret curavere; qualem et Peloponnesios, Antalcida regnante, pridem cum Persis pepigisse accepimus, classem veritas Atheniensium, qui maris tum aperte potiebantur. (IV.) Haec cum ita accidissent, imperator nec fortunae in-

ἀναπεπτικῶς διὰ τύχης ἀγνωμοσύνην, ἀπογνώσει δοῦναι τῶν A. C. 1849
 λογισμῶν τὰς ἡνίας καὶ τὸ τῆς γνώμης κράτος, ἄτ' εἰς ἀπο- Imp. Io. Can-
 ριῶν ἰσχυριᾶς τῶν πραγμάτων ἐληλαμέναν. δ, τε γὰρ ναυτικὸς C
 στόλος, χρήματα πάντα μικροῦ συνελῶν, ὑπ' ἐχθροῖς ἐγεγόνει·
 5 ἢ τ' ἐλπίς τῶν ἐτησίων προσόδων, εἰ μὴ τὸ πᾶν, ἀλλ' οὖν τὸ
 πλεῖστον ἐκκέκοπται μέρος.

quitati succumbendum, nec ideo desperationi mentis regimen animique ro-
 bur prodendum esse censuit, quod in summas angustias adductae res es-
 sent. Nam et classis, quae pecuniam omnem ferme exhauserat, in hostium
 potestate erat; et spes annuorum reddituum, si non omnino, at maxima ex
 parte praecisa erat.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΗ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

 πῶς γὰρ ἂν (φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος) μετρηθεῖη τὸ ἄπειρον, Imp. Io. Can-
 ἴν' ὁ τῶν περατουμένων ἐστὶ, τοῦτο πάθη θεότης, βαθμοῖς με- tacaz. 5
 τρουμένη καὶ ὑποβύσει;" (I.) Ἐμὲ δὲ καὶ πλείους μαρτυρίας D
 5 εἰτέρας ἔχοντα φέρειν ἁγίων, περὶ γε τοῦ μήτε ἐνέργειαν, μήτε
 τινὴ ποιότητα, μήτε τι τῶν πάντων ἐξ ἰδίου συνεῖναι διάφορον
 δύνασθαι τῇ θείᾳ οὐσίᾳ, καὶ ἅμα τοῖς τῷ Καθασίᾳ προτεθεῖσι
 κenoφωνήμασιν ἐπιφέρειν τὰς τῶν ἁγίων ἀντιλογίας βουλόμενον,
 ἐπέσχεον ἐπαγγελάμενος τὴν ἐκείνων ἀντίρρησην μάλα ἀσμένως
 ἀκούσεσθαι μετ' ὀλίγον. αὐτὸς δ' ἐν σπουδῇ μεγίστῃ πεποιήται,
 πρότερον παρεισενγκεῖν τὴν συνήθη καὶ κοινὴν καταφυγὴν αὐτῶν E
 ἐν οὐ καιρῷ, τὸ ἐν Θαβωρίῳ λέγω φῶς, ἐνέργειαν ἄκτιστον καὶ
 θεότητα πρὸς τῶν ἁγίων ὀνομαζόμενον. „φῶς γὰρ," ἔλεγεν, „ἡ
 παραδειχθεῖσα θεότης, φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος, ἐπὶ τοῦ ὄρους.
 5 καὶ ὁ Μελωδὸς αὖτις τὰς τοιαύτας ἐνεργείας βολίδας γράφει
 θεότητος. ἄκτιστον γοῦν οὔσης τῆς θείας οὐσίας, ἄκτιστοι καὶ F
 αἱ βολίδες ἐκεῖναι, παρὰ τὴν οὐσίαν ἄλλο τι οὔσαι. τὸ γὰρ ἄλλο V. 544
 παρὰ τὴν οὐσίαν οὐκ ἐκείνη, ἀλλ' ἐκείνης. εἰ γὰρ ταῦτόν ἦν,
 μετεκτῆ ἂν ἦν καὶ οὐσία ὁμοῦ ταῖς ἐνεργείαις, καὶ διαφορὰ τις
 οὐκ ἂν ποτ' ἦν οὐδεμία· τοῦτο δ' ἀδύνατον. ἀμέθεκτος γὰρ
 τοῖς κτίσμασιν ἅπασι πέφυκεν ἡ οὐσία· καὶ δαιμόνων εὐρημα

8. κenoφωνήμασι apogr., κenoφωνήμασι Capp. in textu, κenoφω-
 νήμασι conl. idem in mg. 16. θεότητος em. Capp. pro θεότητας.

non patitur ipsius medii, seu intervalli, ratio formalis. Nec enim infini-
 tatis natura eiusmodi est, ut gradibus tum superioribus tum inferioribus
 mensuretur." (X.) Equidem poteram alia plura SS. Patrum proferre te-
 stimonia, quibus constaret, neque operationem, neque ullam qualitatem,
 neque aliud omnino quidpiam, divinae substantiae coaeternum et ab ipsa
 distinctum esse posse. Erat etiam in animo, vanis et futilibus Cabasilae
 verbis depromptas et SS. Patribus refutationes subficere. Sed me interpel-
 lavit, pollicitus paulo post lubenter se illorum refutationem esse auditu-
 rum. Ipse autem omne studium, omnem operam adhibuit, ut prius con-
 suetum et commune Palamitarum effugium nobis importune obtruderet, Tha-
 boricum lumen intelligi, quod SS. Patres incretam operationem et deita-
 tem appellant. „Nam," inquit, „deitatem in Monte ostensam lumen fuisse
 dicit divus Gregorius. Et iterum Cosmas Melodus huiusmodi operatione-
 nes fuisse divinitatis eiaculariones scribit. Cum ergo divina substantia sit
 increata, istae pariter eiaculariones increatae sunt, et a substantia di-
 stinctae. Nam quod aliud est a substantia, non est ipsa substantia, sed
 ad substantiam pertinet. Si enim esset quid idem cum substantia, haec
 simul cum operationibus esset participabilis, nec ulla inter eas foret ad-
 mittenda distinctio. Atqui hoc impossibile est. Nam substantia Dei ex
 natura sua participari a creaturis non potest: et quicumque aliud vel di-
 cunt vel dicentibus credunt, ii doctrinam a tenebrionibus diabolis inven-

- A. M. 6859 σκοτεινῶν, ἄλλως λέγειν τε καὶ πιστεύειν τοῖς λέγουσι. διὰ γὰρ
 Ind. 4 τοῦτο καὶ τὴν οὐσίαν τῆς ἐνεργείας διάφορον εἶναι φασιν, ἐ-
 P. 675 ποδῶν γινομένης ἀπάσης ταυτότητος." Καὶ ἅμα παρεῖσθαι ἐν
 τῶν Παλαμικῶν δογματικῶν ἀπὸ γλώττης καὶ μνήμης, σοφῶν
 μὲν· παρήγε δ' οὖν, ὀλόκληρον τὴν διάνοιαν σώζοντα καὶ ὡς
 ἔχουσιν ἐπὶ λέξεως ἀκριβῶς. „κοινὸν γὰρ," φησὶ, „δόγμα τῶν
 Β ἔξωθεν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων, ἐπὶ ἀπλῆς καὶ ἀσωμάτου
 φύσεως τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεσθαι λόγον τὴν ἐνεργεῖαν τῇ οὐσίᾳ. τὰ
 δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπιδεχόμενα δύο ἐστὶ, καὶ οὐχ ἓν. καὶ εἰ δέο,
 πῶς χωρὶς ἡστινοσοῦν πρὸς ἄλληλα διαφορᾶς; ἄρ' οὖν οὐ διετή-
 νοχε τὸ θεῖσθαι τοῦ θεοποιοῦν; ἢ καὶ θεοποιεῖ πάνθ' ὅσα θε-
 ται θεός; ἐπεὶ δὲ διενήνοχε, μή τι τούτων ἐστὶ κτιστόν;" ἔτα
 ἐπανελάμβανε καθ' ἕκαστα τὸ προγνωστικόν, τὸ δημιουργόν, τὴν
 C πρὸς τὸ ἐνεργεῖν ἐτοιμότητα, καὶ ἄλλα. „ὡς γὰρ ὁ νοῦς," φησὶ,
 „τὰς ἐπιστήμας προσλαμβάνων σύνθετος οὐ γίνεται, τὸν αὐτὸν δὲ
 τρόπον, καὶ πολλῶ μᾶλλον, τὸ προγνωστικόν καὶ πάσας ἀπλῶς
 τὰς τοιαύτας δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας φυσικῶς ἢ θείᾳ φέσις
 ἔχουσα σύνθετος οὐκ ἐστὶ." καὶ λέγειν φανερῶς τοὺς ἁγίους ἔφα-
 σκε μὲν, οὐ παρήγαγε δ' οὐτ' εἰς ὄψιν οὐτ' εἰς ἀκοήν γραφικὰς οὐ-
 D δενδὸς μαρτυρίας. καὶ πάλιν· „ὡς γὰρ ἐκ θεοῦ πατρὸς θεὸς ὢν καὶ
 ὁ υἱός, οὐκ ἄλλος μὲν καθὼ θεὸς ἄκτιστός ἐστιν, ἄλλος δὲ καθὼ
 υἱός· καὶ καθὼ μὲν ἄκτιστος θεός, ἴσος κατὰ πάντα τῷ πατρί·

19. γραφικὰς Capp. pro γραφικόν.

tam sectantur. Idcirco quippe substantiam Dei ab eius operatione dis-
 tinctam esse asserimus, identitate qualibet e medio sublata." Pariter non
 nulla e Palamae dogmatibus adducebat, quae hinc inde nullo fere ordine
 collecta memoriter ipse recitabat: servata nihilo minus integra scriptoris
 mente, et eiusdem sententiae de verbo ad verbum accuratissime relatis.
 „Haec enim communis est," inquit Palamas, „tum gentilium tum Christi-
 norum doctrina philosophorum: nempe in simplici et incorporea natura
 operationem et substantiam eiusdem prorsus esse rationis. Porro quae
 sunt eiusdem rationis, duo sunt, non autem unum quid. Quod si duo
 sint, quomodo nullam inter se haberent differentiam? Num igitur inter se
 non differunt videre et deificare? An quaecunque Deus videt, etiam dei-
 ficat? Iam vero quoniam haec duo differunt, num quid horum creatum
 est?" Deinde vim Dei praecognitivam, creativam, et ad operandum prom-
 ptitudinem, et alia sigillatim repetebat. „Sicut enim," inquit, „mens, dum
 scientias acquirit, non fit composita, ita etiam et longe potiori ratione
 divina natura, cum vim praecognitivam, praeintellectivam, et omnes sim-
 pliciter huiusmodi facultates et operationes, naturaliter habeat, composita
 non est." Et iactitabat quidem istud a SS. Patribus evidenter affirmari:
 sed nullius e scriptis testimonia proferebat, quae videre aut audire posse-
 mus. Et iterum: „nam quemadmodum Filius, ex Deo Patre procedens
 Deus, non alius est a Patre, quatenus Deus est increatus; sed alius est
 quatenus Filius: et in quantum Deus est increatus, Patri per omnia sequen-

καθὸ δὲ υἱός, μελλοῖνα ὡς αἴτιον ἔχων τὸν πατέρα, δεύτερος A. C. 1351
 ὑπάρχει τοῦ πατρὸς, οὐ δεύτερος Θεός, ἕπαγε, ἀλλὰ δεύτερος Imp. Io. Can-
 τη τάξει· καθάπερ ὁ μέγας φησὶ Βασιλεῖος· οὕτω καὶ ἐκ Θεότη- tacuz. 5
 τος ἀκτίστου τῆς οὐσίας Θεότης ἄκτιστος ἢ ἐνέργεια· οὐκ ἄλλη
 μὲν, καθὸ Θεότης ἄκτιστος· ἄλλη δὲ κατ' ἐνέργειαν· τῷ μὲν E
 ἀκτίστῳ, τῆς οὐσίας μηδὲν διαφέρουσα, μηδὲ διαιρουμένη ὅλως·
 ὡς δ' αἰτίαν ἑαυτῆς ὑπερκειμένην ἔχουσα. εἰεν." (I.A.) Πρὸς
 δὲ ταῦτα παρελθὼν ἔγωγε, „ὡς ἡθὺς εἰ, ὦ λῶστε," ἔρασκον, „καὶ
 τῶν μᾶλλον εἶπερ ποτὲ, καὶ σὺ μᾶλλον εἶπερ τις ἀπάντων, ἔμοιγε
 Οἴήμερον καὶ πολλῶ μᾶλλον ἡδίων, ἢ εἶ μοι τὰ Λυδῶν καὶ Μή-
 δων παρῆχες χρήματα. πάρεργον γὰρ ὄν τὸ συμπεπτωκός, ὅμως, F
 εἰ μὴ τῷ δὴ τῶν πάντων ἄλλῳ, καὶ τοῦτο δὲ τῶν πάντων τοι καλ-
 λίστων ἔμοιγε δοκεῖ. χρόνιον γάρ μοι λελυκας ζήτημα, βέλτιστε,
 λαν ἀπονητί· καὶ τὸ τοῦ πράγματος χαρῆν, ὅτι καὶ μάλα ἄκων
 5 μάλα ἐκόντι· καὶ συμβέβηκεν ἀμφοῖν, σὲ μὲν εὐεργέτην ἄκοντα P. 676
 γίνεσθαι, καὶ οὐ τὰ ὄπλα ἐξῆγες· ἐμὲ δ' εὖ πάσχειν ὑπ' ἀν-
 δρῶν πολεμίων, ὧν οὐκ ἔν ποτε προσεδόκησα· ἐμοὶ γὰρ ἔργον V. 545
 ἔν ἐν γε τῷ παρόντι, τά τ' ἄλλα δεῖξαι βεβλασφημηκότας ἔτι καὶ
 ἅμα παντάπασιν ἀρνούμενους τὴν ἑνσαρκον τοῦ Θεοῦ λόγου οἰκο-
 νομίαν, ὃ τῶν αἰρέσεων καὶ βλασφημιῶν κορωνὶς ἐπεφύκει. πάν-
 τας γὰρ ἐν ταῦτῳ συλλαβὸν προφήτας, ἀποστόλους, μάρτυρας, B
 διδασκάλους, ὁμοῦ ταῖς ἁγίαις συνόδοις ἀπάσαις, περιφανῶς

10. ἢ add. Capp.

lis est; sed in quantum Filius, secundus est a Patre; quem maiorem se,
 ut sui causam, agnoscit; non tamen secundus Deus, absit, sed secundus
 ordine, ut ait magnus Basilius: sic etiam ex increata divinitate, nempe
 substantia Dei, procedit divinitas increata, nempe operatio: et haec qui-
 dem non est alia a divinitate, quatenus deitas est increata; sed alia est
 secundum formalem operationis rationem; et penes increati rationem, a
 substantia Dei nullatenus differt nec distinguitur; eam tamen ut sui cau-
 sam se ipsa superiore agnoscit. Esto." (XI.) Quibus ego ita respondi.
 „Quam iucundus es, vir optime. Si quando ipse fuisti aut alius quis fuit
 iucundus mihi, certe hodie multo iucundior mihi accedis, et longe suavior,
 quam si Lydorum aut Medorum divitias praeberes. Quod enim accessio-
 nis loco ac veluti obiter contigit, si non alteri cuiquam, at mihi saltem vi-
 detur hoc esse praeclarissime factum. Nam quae me iam pridem torquebat,
 quaestionem nullo negotio solvisti, vir optime. Hoc autem ea in re festi-
 vum ac iucundum est, quod invitatus volentem me mea e difficultate expe-
 dieris; idque nobis acciderit, ut tu quidem invito beneficus in eum esses,
 adversus quem arma educebam; ego vero a viris hostibus acciperem bene-
 ficium, a quibus nihil tale accepturum me unquam esse speravisset. In
 id enim operis impraesentiarum incumbere, ut ostenderem tum alias a
 vobis prolatas fuisse blasphemias, tum penitus negatam Dei Verbi incar-
 nationem: quod sane blasphemias et haeresibus velut coronidem imponit;
 cum omnes simul Prophetas, Apostolos, Martyres, doctores, cum sanctis

A. M. 6859 *ἔξηκατημένους δαίκνυσι τουτί. σὸ δ' οὐκ οἶδ' εἶτ' ἐπίτηδες, ἐτί-*
Ind. 4 *ρου χάριν δευο δὴ, εἶτ' ἐκ τοῦ παρήκοντος, οἷα δὴ τὸ αὐτό-*
ματον πάμπολλα φέρι μετὰ μυστηρίων τε καὶ λόγων ὑπὲρ λό-
γον, ὅμως εὐπρεπεστέραν πολλῶ μοι τὴν ἀνθολοκὴν ἐπεπράξας
C *αὐτὸς, ἢ κατὰ πᾶσαν ἀγωγὴν καὶ κατεσπουδασμένην πρόνοιαις*
ἐμήν. ἃ γὰρ προὔργου παντὸς ἐποιοῦμένη πάλαι πολὺν τινα χρό-
νον ἐπ' αὐτοφώρῳ κατασχέιν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντα δημοσίαις γλῶσ-
ταις, ἃ λαθραίαις φήμαις ἄλλοι' ἄλλως καταγγέλλων ἀλίσκεια
πανταχῇ, λέγω δὴ τὸ λέγειν αὐτὸν, ὡς πάντες εἰς τὴν αὐτοῦ
συμμαχίαν ποταμηδὸν ἀπαντῶσι σοφοί, ὅσοι τε τῶν ἡμετέρων ¹⁰
D *καὶ ὅσοι τῶν ἔξωθεν, ταῦτα φέρων προὔθηκας ἡμῖν παθήσεια*
τῆμερον, προσδοκίας ἀπάσης ὑπερβαλόμενος· τοῦτο δὲ τὸ τῆς
παροιμίας· κατὰ σεντοῦ Βελλεροφόντης." Τρία γὰρ ἦν, οἷς μέ-
λιστα κεκρημένος ὑπάντων αὐτὸς παρακρούεται τοὺς πολλοὺς
ἀεί. Ἐν μὲν, ὅτι καταφυγὴν ἀεί τὸ Θαβώριον ὄρος ποιεῖται, τῆ ¹⁵
ἐκεῖθεν θανατουρογηθεῖσαν ἔλλαμψιν τε καὶ θείαν χάριν κατη-
E *βλέων καὶ διαβύλλων ἀεί, καὶ τοῖς ἀνδροφόνους ποιωῶν περ-*
πλήσια, οἷ γε λόχμας ὑποδύμενοι τοῖς τῶν παριόντων ἀπρ-
σκέπτως τρυφῶσιν αἷμασιν· ἢ μᾶλλον ὀπόσα κατὰ τὰς μέγας
ἠττώμενοι δρῶσιν οἱ βάρβαροι, τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς καὶ τεμ- ²⁰
ναις καταφεύγοντες, καὶ ἀντὶ θυρεῶν καὶ τάφρων καταχρόμενοι
ταῖς ἀγλαῖς εἰκόσι. τοῦτο δ', εἴ τις μὴ πάρεργον τοῖς ἀνωτέρω

18. οὗ γε Carr. pro οὗ τα.

omnibus Synodis, errore deceptos fuisse manifeste arguat. Tu autem nescio an de industria, alterius cuiuscunque rei gratia, an obiter nec data opera; cuiusmodi multa casu feruntur, arcanis quibusdam rationibus, supra omnem rationem positis; utut sit, multo decentiorem mihi ut vobis obsisterem ansam praebuisti, quam ego mea cura, omni studio ac providentia propria, comparare potuerim. Iampridem enim nihil mihi potius aut antiquius erat, quam illum Palamam velut in flagranti delicto deprehendere, publicis vocibus confitentem ea, quae occultis rumoribus aliter praedicare convincitur: id videlicet intelligo, quod ubique iactat, omnes sive Christianos sive paganos sapientes numero agmine suis a partibus stare. Hoc autem ultro nobis et libere supra omnem expectationem nostram hodie ob oculos posuisti: atque hoc est quod trito fertur adagio: Adversus te ipsum Bellerophonites." Nam tria erant, quibus omnium maxime ad vulgus semper decipiendum usus est. Primo quidem Thaboricum ad montem semper confugiens, claritatem et divinam gratiam, quae grandis miraculo ibi ostensa est, prava sua explicatione semper corrumpit et calumniatur; idem faciens quod homicidae, qui apta insidiis loca subeunt, et inconsiderate praetereuntium sanguine luxuriantur: sua potius quod faciunt barbari praeliis victi, dum ad templa et fana nostra confugiunt, et sacris imaginibus quasi scutis et vallis abutuntur. Porro si quis non obiter aut perfunctorie quae supra sunt a nobis dicta legerit, is con-

λεχθεῖσιν ἡμῖν ἐντετυχηκῶς εἶη, ἔργον εἰκονομάχων εὐρήσει τὸ Α. C. 1851
 σπουδαιότατον· λέγω δὴ τὸ τῆ γε τοῦ σωτήρος μεταμορφώσε^{Imp. Io. Can-}
 καταφυγῆ κεχρησθαι προχείρῳ τῆς ἀτόπου κακίας αὐτοῦ. καὶ F^{tacz. 5}
 πάντα λοιπὸν διεξήλθομεν ἤδη καὶ ἐπ' αὐτῶν ἀποτάδην, ὡς
 δῶντέρω που γέγραπται καθ' ἕκαστα ἡμῖν· καὶ οἷς ἔστι βουλο-
 μένοις, ἔξεστιν ἐπιέναι. Δεύτερον δ' αὐτῷ κακουργίας μηχά-
 νημα κατὰ τῶν ἀπειροκάλων, ἢ μᾶλλον κατὰ τῆς ἰδίας ψυχῆς,
 ἐξέστηται· κουρεῖν δίκην, παμπόλλους ἀνὰ πᾶν ἔτος συνάγειν P. 677
 εἰς τὸ κουρεῖον αὐτοῦ, ὅποσοι πρὸς τὸ ξέειν καὶ τέμνειν πεφύ-
 10 κασιν ἔχοντες εὐφρωῶς, καὶ γραμμάτων γράμματα, καὶ φύλλα
 φύλλων ἀλλάττεσθαι, ἵνα, τῶν ἀντιβήσεων αὐτοῖς προβαλλο-
 μένων, ὡς διαβάλλοντας παρὰ φᾶλλον ἐκ τοῦ ῥάστου ποιῆται
 τοὺς ἀντιλέγοντας· ὡς ἀπαγορεύειν τοὺς διώκοντας, ὁμοίως τοῖς
 τοξέουσιν ἐς ἀνθρώπους ὑπὸ δειλλας φρυγομαχοῦντας, καὶ μηδὲ
 5 βραχὺ τι μόριον ὥρας στήναι γοῦν ἐφ' ἐνὸς δυναμένους. περὶ δὲ B
 τῶν τοιούτων καὶ ὁμοίως δρώντων αἰρετικῶς καὶ ὁ μέγας διέξ-
 ευσιν Ἀθανάσιος τοῖς ἐπισκόποις Αἰγύπτου καὶ Λιβύης ἐπι-
 στέλλων. „κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ,” φησὶν, „ὡς οἱ τὰς διαθήκας
 γράφοντες, συνερχόμενοι καὶ αὐτοὶ, προσποιοῦνται περὶ πίστεως
 1 γράφειν. ἵνα κἂν τούτῳ γέλωτα μᾶλλον ὀφλήσῃσι καὶ αἰσχύνων- V. 546
 ται, ὅτι μὴ παρ' ἐτέρων, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν ἐκβάλλεται. εἰ γὰρ C
 ἐθάφρον οἷς ἔγραφον προτέροις, οὐκ ἂν δεύτερα γράφειν ἐξή-

12. διαβάλλοντας Capp. pro διαβάλλοντες.

16. αἰρετικῶν conl.

Capp.

periet hoc opus esse, in quod iconomachi diligentissime incubuerint; prompto videlicet confugere ad salvatoris transfigurationem, eaque ad absurdas et pravas opiniones suis facile abuti. Caeterum haec omnia dicendo iam percurrimus, et supra de iisdem proluxe ac sigillatim scripsimus, quae qui voluerint legere ac perpendere poterunt. Altera, quam contra rudes et imperitos, seu potius contra propriam animam commolitur Palamas, improbitatis machina haec est; quod nempe tonsorum in morem quotannis in tonstrinam suam permultos congreget, quicumque ad radendum et secundum idonei sint, et litteras litteris, librorum folia foliis, apprime possint commutare: ut cum prolata fuerint contraria opinioni suae testimonia, statim adversarios suos velut calumniantes nihili faciat, sicque ipsius oppugnatores incoepto desistere cogantur: quemadmodum qui homines ignavos, pugnam fuga detrectantes, neque vel brevissimo saltem horae spatio ibidem consistentes, sagittis impetunt. De huiusmodi et hac se ratione gerentibus haereticis magnus Athanasius in epistola, quam ad Aegypti et Libyae episcopos misit, ita loquitur. „Nam singulis annis,” inquit, „velut qui pacta scribunt, ipsi quoque conveniunt, et de Fide scripto statuere simulant, ut etiam inde potius deridendos se et ignominia notandos praebeant: quippe quorum decreta non ab aliis sed ab ipsis rescindantur. Si enim his, quae prius definierunt, confiderent, certe secundam Fidei non quae-

A. M. 6859
Ind. 4

τουν, οὐδ' αὖ πάλιν ἔγραφον νῦν, ἀφέντες ἄπερ ἔγραψαν· κίν-
τως τοῦτο μελετήσαντες, ὅτι πάλιν ἀλλάξουσιν ἐὰν ὀλίγος πα-
ρελθῆ χρόνος, καὶ πρόφασιν λάβωσι τοῦ συνήθως τισὶν ἐπιβου-
λεύειν. τότε γὰρ, ὅταν ἐπιβουλεύωσι, μάλιστα προσποιῶνται
περὶ πίστεως γράφειν, ἕν' ὡς Πιλάτος ἐνήφατο τὰς χεῖρας, οὕτω
D καὶ οὗτοι γράφοντες ἀποκτείνωσι τοὺς εἰς Χριστὸν εὐσεβοῦντας.
καὶ ἕν', ὡς περὶ πίστεως ὀρῶντες, δόξωσιν (ὡς πολλάκις ἔ-
πον) φεύγειν τὸ τῆς ἑτεροδοξίας ἔγκλημα. ἀλλ' οὔτε λαθεῖν οὐπι-
φυγεῖν δυνήσονται. ἕως γὰρ ἑαυτοῖς ἀπολογουῦνται, ἑαυτῶν αἱ
κατήγοροι γίνονται· καὶ δικαίως γε. οὐ γὰρ τοῖς ἐλέγχουσιν πρὸς
τοὺς ἀποκρίνονται· ἀλλ' ἑαυτοὺς, ὡς βούλονται, κίθουσι.
πότε οὖν, τοῦ ὑπευθύνου κρίνοντος ἑαυτὸν, λύσις γίνεται τοῦ
E ἐγκλήματος; διὰ τοῦτο γοῦν αἱ γράφουσι, καὶ αἱ τὰ ἴδια με-
ταποιῶντες ἄδηλον ἔχουσι τὴν πίστιν, μᾶλλον δὲ φανερὰν
ἔχουσι τὴν ἀπιστίαν καὶ τὴν κακοφροσύνην." ὁρᾶτε πῶς ὁ μέγας
τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῆς Ἀθανάσιος σαφέστατα πάννυ παρῆσται
ἡμῖν, ὡς τὰ νῦν πρὸς τοῦ Παλαμᾶ γιγνόμενα τῶν πάλαι γενο-
μένων τῆς κακίας εἰκόνων καὶ ἀρχετύπων μακρὰν ἀπόσπασαι
F μίμησιν. ἐγὼ γὰρ νῦν λέγειν, οὓς ἐπὶ κακοῖς κακοὺς προσέθηται
Ὀλύμπους οὗτος. διὰ δὲ ταῦτα καὶ χαίρω νῦν, εἶπερ ποτὲ, μὴ-
3 λον ἐγώ, καὶ ἡδύους μοι νῦν μᾶλλον ὑμεῖς εἶπερ ποτὲ φαινοδὲ,
ἄφυκτόν μοι τὸ πάλαι ζητούμενον θήραμα νῦν παράθετες, ἕ-

1. οὐδὲ πάλιν ἀφέντες ἐκεῖνα, ταῦτα νῦν ἔγραφον ἄπερ πάντως α.
2. μελετήσαντες om. al.
3. ἐπιβουλεύωσι al.
12. κρίνοντος α.
14. μᾶλλον δὲ καὶ ἀπιστίαν al.

rerent conscriptionem; neque rursus nunc scriberent, dimissis iis quae olim scripserunt; cum utique meditentur, se post aliquod tempus ea esse immutatu-
ros, ubi scilicet novam insidias alicui, ut assolent, struendi anas-
nacti fuissent. Si quidem tunc imprimis cum insidias alicui parant, fa-
gunt se de Fide scribere; ut, quemadmodum Pilatus manus lavit, sic et
illi scribendo plios Christi cultores interimant; et ut, quod quidem sae-
pius dixi, tanquam qui definienda Fide sint distenti, haeresis accusatio-
nem possint declinare. Verum nec latere nec fugere poterunt. Quamvis
enim se ipsi sibi duntaxat purgabunt, sui semper accusatores erunt: et
merito quidem; cum illis non respondeant, a quibus coarguantur, sed sibi
tantum quidquid voluerint persuadeant. Quis igitur unquam reus absol-
vitur, qui sui ipsius sit iudex? Hinc ergo nunquam cessant scribere; si-
que ita sua perpetuo decreta mutantes incertam Fidem, vel potius cer-
tam manifestamque infidelitatem et mentis pravitatem habent." Magnus, ut
videtis, propugnator veritatis Athanasius manifeste prorsus nobis ostendit,
Palamam iis quae nunc agit, antiquas improbitatis imagines et primigenias
exemplaria imitando maxime assequi. Iam enim silentio praetermittam quae
hic malis malos cumulos ac veluti Olympos imposuerit. Quapropter ma-
iori quam alias unquam laetitia nunc afficior, et si quando gratam mihi
rem fecistis, nunc certe multo facitis gratiorem, cum id quod olim adim-

μηκέτι μὴ δεῖσθαι μὴδ' ὄλωσ μὴτ' ἐμὲ μαρτύρων· μὴτ' ἐκείνον A. C. 1851
 ἔχειν ἔτι ἀρνεῖσθαι, μὴθ' ἡμᾶς τὰ κείνου διὰ μνήμης ἄγοντας, imp. Io. Can-
 καὶ γινόμενους μάρτυρας ἀπαραγράφτους τῶν ἐκείνου βλασφη- tacuz. 5
 μῶν· ὡς ἐξεῖναι καμὲ τῶν ἐλέγχων ἤδη μὴ πρὸς ἀνέδραστα καὶ P. 678
 δῶστατοῦντα σημεῖα τὴν τοξικὴν μετὰ τῶν βελῶν ἀναλοῦν, μὴδὲ
 τυφλὰ παρέχειν τὰ τραύματι τῷ ἐχθρῷ, ἀλλὰ σαφῆ καὶ ἀναμ-
 φισβήτητον ἔχοντα τὴν ἀλήθειαν. Καὶ τρίτον, ὅτι συγγὰ ταῖς
 τῶν αὐτοῦ λόγων αὐλαξίν ἐντίθησι καὶ διασπείρει, κηρύττων εἶ-
 ναι πολλοὺς τοὺς αὐτῷ συμφωνοῦντας, ἐπὶ σοφίᾳ καὶ θανμαζο- B
 θίμους, ὡς εἴρηται, ὅσοι τε τῶν ἡμετέρων καὶ ὅσοι τῶν θύ-
 ραθιν. ὣν ἐκάστων τοῦνομα ἢ σιγῇ παντελεῖ παραπέμπει, μὴθ'
 ὁποῖοι τινες, μὴθ' ἂ φασι, διασαφῶν οὐδέν· ἢ λέγει μὲν ἐνίων
 ὀνόματα σωρηδόν· ἂ δ' εἰσὶν ἂ λέγουσιν ἐκείνοι, καὶ ὅλα, τὸ
 πυράπαν οὐδέν οὔτε προτίθησιν, οὔτ' ἐπιτίθησιν, ὅσα γ' εἰδέ-
 ναι ἐμέ, ἵνα διὰ μὲν τῶν ὀνομάτων τὰς τῶν ἀκροωμένων ἀναρ- C
 τῶν καὶ ἀνασοβῶν ἀκοὰς ῥῆστα καὶ ἀπονητὶ πρὸς τὸ βουλό-
 μενον πειθομένους ἔχη (τοῦ γε καινοφωνεῖν δοκεῖν τοῖς πολλοῖς
 ἀπεωσμένου δῆθεν παντάπασι) διὰ δὲ τῆς τῶν ῥητῶν ἐκείνων
 σιγῆς διαδιδράσκη τὸν ἐλεγχον, ἕτ' ἐκείνοις ἤμιστ' ἀπάδοντα
 λέγων αὐτός. καὶ ποιεῖ διπλοῦν ἀνθ' ἀπλοῦ κακόν, αὐτός τε
 βλασφημῶν ἀνέλκλητα καὶ ἅμα κακείνους διαβύλλων, καὶ φέ-
 ρων εἰς μέσον ὁμοίως αὐτῷ βλασφημοῦντας.

2. ὁμᾶς coni. Capp.

star praedae conquirebam, ita mihi offeratis, ut effugere amplius non possit, nec ego iam testibus ullo pacto indigeam, nec ipse negare quae illi adscribuntur valeat; quemadmodum nec vos, qui opiniones eius memoria tenetis, et ipsius blasphemiarum testes estis omni exceptione maioribus. Unde mihi licebit non iam in signa inconstantia et instabilia resolutiones nostras quasi totidem tela per artem sagittariam contorquere, nec caeca hosti vulnera infligere, sed manifesta, et quae indubitata veritatem prae se ferant. Tertio suis libris passim inserit et praedicat, sibi assentiri multos, ut dictum est, sapientia mirabiles, tum Christianos, tum paganos; quorum omnium nomen aut alto silentio praetermittit, neque quae sint nec quae dicant explicat; aut quorundam quidem acervatim nominata recenset, sed quae aut qualia dicant nullatenus, quod saltem sciam, praemittit aut subiungit: ut illorum nominibus aures auditorum suorum suscipiens teneat et conturbet, sicque facillime quidquid voluerit eis persuadeat (qui enim novas introducere voces videtur, a vulgo plane repudiatur), ad eorum dicta reticendo reprehensionem effugiat, quasi minime illis dissona proferret. Hic autem pro unico ac simplici duplex malum perpetrat, nam et ipse impune blasphematur, et illos simul philosophos calumniatur, et tanquam eiusdem secum blasphemiae reos in medium adducit.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΚΓ.

NICEPHORI GREGORAE
BYZANTINAE HISTORIAE
LIBER VIGESIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Pergit Gregoras disputare cum Cabasila.

A. M. 6859 α'. Ἄλλ' ἡμεῖς γε οὐκ αὐτὸν μιμησόμεθα, οὐδὲ τὰς τῆς κα-
Ind. 4 κίας ζηλώσομεν μηχανὰς, οὐκ οὐκ οὐχ ἕως γ' ἂν ἐν τῷ τοῦ φε-
A. C. 1351 Imp. Io. Can- νεῖν ἡμᾶς καθεστῶτι φυλάττουσαν ἔχωμεν τὴν τοῦ μόνου θεοῦ
tacuz. 5. δεξιάν. τῶν γὰρ ἐναντίων ἀρχῶν ἐναντίας καὶ τὰς ἀποβάσεις ἐ-
D V. 547 ναι τῶν εἰκότων παντί που δῆλον. πάσης γὰρ ὧν αὐτὸς ἀσύνετος;
Μούσης Ἑλληνικῆς καὶ πάσης ἐπιστημονικῆς μαθήσεως (ὅς οἱ
Ἐμὲν θύραθεν ἔφθησαν παραδόντες σοφοί, τῶν τε θείων προστά-
ται δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἐκείθεν παρειληφότες τὴν τε γλωτ-
ταν ὥπλισαν ἀσφαλῶς καὶ ἅμα κατ' ἐκλογὴν τὸ μὲν ἔξετασι-

1. Verum nos ipsum non imitabimur, nec improbitatis machinas et frudes aemulabimur, quamdiu saltem solius Dei dextra nobis mentem sanam conservabit. Nam ut contrariorum principiorum contrarii sint effectus, consentaneum esse omnibus patet. Et vero Palamas Graecanicae omnis litteraturae imperitus est, et longe remotus ab omni, quae scientiam parit, disciplina. Eam profani quidem sapientes prius tradiderunt: sed divinum ecclesiae dogmatum patroni acceptam inde suos in usus converterunt: ea scilicet suam tuto linguam armarunt; et delectu habito, quidquid ad contemplationem et indagacionem veritatis conferre poterat, susceperunt:

κόν τε καὶ θεωρητικὸν ἐδέξαντο, ὅσον δ' εἰς δαίμονας φέρει καὶ A. M. 6859
 ἀπωλείας βυθὸν διέπτυσαν, ἔκ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον καταμα- Ind. 4
 θύοντες, καὶ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν ἰσχὺν τοῦ εὐσεβοῦς ποιησόμε- A. C. 1351
 νοι λόγου) ἀνέδραστον οὗτος ἔσχε λοιπὸν τὴν βύσιν τῆς γλώττης, Imp. Io. Can-
 5 καὶ ἀπαγεῖς τὰς τοῦ λόγου κρηπίδας, ἐν ὧμῳ τῷ τόκῳ φάναι τὰς P. 679
 τῆς γαστροῦ ἀναλύσας ὠδύνας, καὶ τὸ κῆμα τῶν πρώτων ἔξαμ-
 βλώσας τοῦ λόγου στοιχείων. διὸ καὶ νοῶν οὐ νοεῖ, καὶ βλέπων
 οὐ βλέπει, καὶ τὴν ἐγκειμένην ταῖς λέξεσι βουλόμενος μὲν, οὐ δυ-
 νάμενος δέ, συναρμότην διάνοιαν ἐκεῖνο σαφῶς ἐπεπόνθει τὸ
 10 τοῦ Ἰκάρου. τά τε γὰρ ἄλλα διαπορθμέουσι ταῖς ἡμῶν ἀκοαῖς
 τὸν μακρὸν δολιχεύοντες χρόνον οἱ μῦθοι, καὶ δὴ καὶ Ἰκάρου τι- B
 νὸς ὑπομνήματα ἔχομεν ἐξ αὐτῶν· ὡς ἐπιθυμήσειεν ὁ μάταιος
 περῶν, ἐπεὶ μὴ ἐβούλετο μήτε γῆν ἐκεῖνος ἔτι πατεῖν· ὁ δὲ καὶ
 φύσει ὑπερόρια διὰ θράσους πλεονεξίαν ἤδη ἐπόθει, καὶ ἦν
 15 ταῦτα ἐφόδια τάνδρῳ σφαλερὰ καὶ πρόσω ἢ ὥστε σωφρονοῦντος
 εἶναι δοκεῖν. τῆς ὁμοίως εἶναι κακοβουλίας δοκῶ μοι, καὶ διερ ὁ
 βαρδυαίμων ἄνθρωπος οὗτος ἐπεπόνθει τὰ νῦν. λήληθε γὰρ τοῖς
 ἑπὲρ δύναμιν καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἔξαρτήσας (λέγω δὴ ταῖς τῶν C
 γραφῶν διανοαῖς, τῶν τε ἡμετέρων σοφῶν καὶ τῶν θύρουθεν)
 20 κῆπειτα, διὰ ξενίζοντα κρότον ἀμαθῶν ἀκοῶν, ἐνιας τῶν Ἑλ-
 ληνίδων ἐρανισάμενος λέξεων, αἷς περὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἐκεῖ-
 νοι κέχρηται δόγματα, καὶ τοῖς θείοις ἀναιδῶς παραμιγνὺς καὶ

quod autem ad daemonum cultum et perditionis gurgitem ducebat, respue-
 runt. Hinc ex peiori meliora pernoscentes, ipsa profanorum imbecillitate
 piam et catholicam doctrinam corroborarunt. Cum ergo profanarum, ut
 iam dicebam, scientiarum rudis sit Palamas, instabile de caetero linguae
 fulcimentum habuit, et ruinosae maleque compactae sermonis fundamenta.
 Tum quasi partu immaturo ventris onus parturiendo exsolvisset, abortivus
 primorum sermonis elementorum foetus ab ipso editus est. Quapropter
 intelligendo non intelligit, videndo non videt: cumque sensum dictionibus
 congruum accommodare vellet, sed non posset, idem illi quod olliv Icaro,
 ut patet, accidit. Nam inter alias, quibus iampridem aures nostrae diu
 personuerunt, fabulas, hanc quoque de Icaro litterarum monumentis manda-
 tam esse novimus. Is nimirum vanus homo, cum terram calcare amplius
 nollet, alas expetivit, et ob nimiam temeritatem praescriptos a natura
 limites transilire cupiebat. Sed valde perniciosum homini fuit huiusmodi
 adminiculum; quippe quod Icarum ultra ferret quam prudentiae ratio po-
 stulare videbatur. Aequae imprudenti ac malo consilio hic usus esse mihi
 videtur infelix ille Palamas. Nec enim se animadvertit his se implicasse,
 quae ipsius vires longe superant. Loquor autem de sensu, qui philoso-
 phorum tum Christianorum tum gentilium scriptis inest. Deinde propter
 imperitarum aurium insolentem plausum quasdam Graecanicas dictiones,
 quibus illi ad suorum dogmatum expositionem usi sunt, emendavit; et
 eas divinis nostris dogmatibus impudenter immiscet et occulte inserit.

- A. M. 6859 ὑποσπείρων αὐτὸς δόγμασιν, ἔλαθε κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλη-
 Ind. 4 **D**σίας σφοδρὸν ἀναβρίπτισας κυκεῶνα καὶ θόρυβον καὶ μετὰ μίλον
 ὄψε ποτε λαμβάνειν ὀφείλων, ἐφ' οἷς ἁμαρτιῶν οὐκ ἤσθετο. ὁ
 δ' ἔξεμῆνη κατὰ τῶν διορθοῦν πειρωμένων ἡμῶν, καὶ θροῦ λοι-
 πὸν ἀκρατῶς μεῖζω μὲν ἢ κατὰ θηρίου μανίαν παντός, ἦτις δ' ἴ
 ἢ κατὰ βούλησιν τὴν αὐτοῦ· καὶ τοῖς μὲν ἄρχουσιν ὑπέρχεται,
 ποριζόμενος ἰσχὸν ἑαυτῷ, τὴν δ' εὐσέβειαν ἀδικεῖ· κἀκεῖνος
Eμὲν τὴν εὐμένειαν πραγματεύεται, τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ διωθεται·
 καὶ οὗ μὲν ἠτῶνται, δεινῶς φεύγει· καθ' ὃ δὲ ὑπερέχειν νομίζει,
 V. 548 πρὸς τοῦτο συγνὰ καταφεύγει. ἀληθείας γὰρ οὐκ παρῆρησεν δι-
 κάζειν ζητούσης, ἠτῶμενος φεύγει· μοχθηρία δὲ γνώμης εὐδο-
 κμιῶν πρὸς διαβολὰς, ταύτης ἀντέχεται. δικαιοσύνης γὰρ καὶ
 ἀληθείας κρινούσης, ἦν μὲν ἔφευγε, πολλάκις δίκην ἤλω· ἦ
 F δ' ἐδίωκεν, οὐκ εἶλεν. (B.) Ἐγὼ μὲν οὖν (εἰρήσεται γὰρ τῆς
 θῆς) τὴν ἀρχὴν ἐδεδίκεν, μὴ πάντῃ διαστρέφων ὁ σὸς Παλαμῆς ἴς
 διαβύλην κἀμὲ, βουληθέντα κατὰ καιρὸν ἐνταυθοῖ τοῖς οἰκείοις
 καὶ συντρόφοις χρήσασθαι ὄπλοις, λέγω δὴ ταῖς τῶν θύραθεν
 P. 680 πρὸς τὰς διαλέξεις ἐπιστήμαις, ὡς καὶ τέχναις καὶ μαρτυρίαις,
 ἐκεῖθεν ἡμῖν τὴν ἰσχὸν περιγίνεσθαι φάσκων τῶν ἀποδειγματῶν.
 ἐπεὶ δ' ἄοπλος οἰκοθεν ὑπάρχων αὐτὸς ἐκ τούτων ἑαυτὸν ὀπί-
 ζειν πειρᾶται κατὰ τῆς ἀληθείας, πολλῷ μᾶλλον ἡμῶς ἐς τὸ κρέ-
 τιστον ταῦθ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνιζομένους ὀπλιζουσι, τοῖς

Nec advertit quantam perturbationem, quamque vehementem tumultum in ecclesia Dei concitaverit. Cum autem peccatorum, quae a se admitti esse non sensit, tandem aliquando poenitere ipsum deberet, adversus nos, qui errores ipsius emendare conamur, furere coepit: et ita de caetero animi est impos, ut feræe omnis furorem superet, licet suam furendi voluntatem necdum expleverit. Et principes quidem obsequiosè atque assentatorie colit, ut vires sibi comparet; sed iniuria pietatem afficit. Et principum benevolentiam captando sibi conciliat; at Dei gratiam expellit. Et id quidem mirum in modum effugit, quo se aliis inferiorem esse animadvertit; ad hoc autem confugit, quo praestare se aliis existimat. Cum enim a veritate, quae liberum vult ferre iudicium, vincatur, eam fugit: sed cum insigni ad calumniandum mentis pravitate polleat, hanc labens amplectitur. Nam iustitiae veritatisque iudicio, ubi rei personam sustinuit, saepius damnatus est: ubi vero actoris partes egit, litem minime obtinuit. (II.) Ego itaque (dicam enim quod res est) initio timebam, ne tuus Palamas omnia pervertens me calumniaretur, cum hic opportune propriis mihiq̄e consuetis uti armis vellem, gentilium intelligo scientias, quarum usus est in disputationibus. Censeo enim eorum artibus et testimoniis multam demonstrationum nobis vim suppetere. Quoniam vero adversus veritatem profanorum armis, utpote propriis destitutus, instruere se conatus, longe potiori ratione nos inde pro veritate firmissime pugna- tes armabimur, qui sumus iis assuefacti et per omnem aetatem hinc pe-

μάλα συνήθεις τε καὶ ἡλικιώτας. ἐπιγνωσόμεθα γὰρ ἡμεῖς τὴν A. C. 1351
 τῆς ἡμῶν γλώττης μᾶλλον συγγένειαν καὶ τὸ ἦθος, ἢ αὐτὸς νό- Imp. Io. Can-
 θος νόθοις χρώμενος τούτοις. διὰ γοῦν ἔν γε τοιοῦτο, καὶ πρὸς B tacz. 5
 γε διὰ τὴν τῶν ἡμετέρων θεολόγων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλη-
 σίας παραινέσιν, οὐκ ὀκνήσομεν οὐδ' ἡμεῖς οὕτως πῶς ὀπλισ-
 σθαι κατὰ τῶν τοιχωρυχούντων καὶ βωμολογούντων ταυτὶ καὶ
 εἰς ἄλλοκότους διανοίας καὶ πλάνας ἐξ ἀμαθίας παραγόντων. εἰ
 οὖν καὶ ἡμῖν συνδοκεῖ, βραχέα σκεψάμενοι περὶ τῶν τοιούτων C
 πρῶτον, καὶ ὅσα τῇ προκειμένη προσήκοντ' ἂν εἴη ἐφόδια, ζῆπειτ'
 10 εἰς τὸν προκειμένον ἀγῶνα χωρήσωμεν. ῥήσοσι γὰρ ἂν εἴη χωρεῖν
 εἰς τὰ πρόσω, τὰς τῶν ὑποθέσεων ἀρχὰς καὶ προκαταστάσεις
 ἀνευδεῖς πηγνυμένους, ἢ ῥαθυμούσας. (Γ.) Διονυσίου τοίνυν
 ἐκείνου τοῦ πάνυ μεμηθήσομαι πρῶτον, διτιτὴν εἶναι τὴν τῶν θεο-
 λόγων παράδοσιν λέγοντος, τὴν μὲν ἀπόρρητον καὶ μυστικὴν,
 5 τὴν δὲ φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικὴν· καὶ „συμπλέκεται τῷ ῥητῷ D
 τὸ ἄρρητον· καὶ τὸ μὲν πείθει καὶ καταδείτῃ τῶν λεγομένων
 τὴν ἀλήθειαν· τὸ δὲ δρᾶ καὶ ἐνιδρῶει τῷ θεῷ ταῖς ἀδιδάκτοις
 μυσταγωγίαις.” Περὶ δὲ τοῦ ἀγενήτου λέγων ὁ μέγας κατ' Ἀρειαν-
 ῶν ὁ Ἀθανάσιος, „ἐρωτησάτωσαν,” φάσκει, „τοὺς Ἕλληνας, ἵνα
 0 ἀκούσαντες πόσα σημαινόμενα ἢ λέξις ἔχει μάθωσιν ὅτι οὐδὲ
 περὶ ὧν λέγουσιν ἐπίστανται καλῶς ἐρωτῶν.” καὶ πολὺν ἐξῆς ὁ

7. παραγόντων Capp. pro παράγοντας. 15. συμπέλεκται edd.
 18. ἀγενήτου al. Ἀρειανῶν Capp. pro Ἀρειανού.

gnae operam navavimus. Nam linguae nostrae affinitatem et ingenium
 potius cognoscemus, quam ipse Palamas nothus, qui profanorum testimo-
 niis adulteratis utitur. Itaque tum ob hanc unicam rationem, tum pro-
 pter nostrorum theologorum et ecclesiae doctorum adhortationem, non pi-
 gebit nos his armis instrui adversus istos veluti murorum effractores et
 sacrilegos scurras, qui monstrosas et insolentes in sententias et errores
 prae inscitia caeteros abducunt. Unde, si vobis etiam ita visum fuerit,
 ubi prius de his pauca et quaecunque ad institutum nostrum pertinent,
 consideraverimus, statim propositum nobis certamen ineamus. Nam si rei
 controversae principia firma et idonea praestiterimus, ulterius progredi
 longe nobis facilius erit, quam si infirma et debilia tantum praestruis-
 semus. (III.) Primum igitur magni et clarissimi Dionysii mentionem fa-
 ciam, qui duplicem esse theologorum traditionem asserit; unam quidem
 arcanam et mysticam; alteram vero philosophicam ac demonstrativam: et,
 „est,” inquit, „arcanam cum aperto et declarato connexum. Hoc quidem
 persuadet et eorum quae dicuntur veritatem adstringit: illud autem efficax
 est, et in Deo nos fundat atque collocat occultis, quas a nemine doce-
 mur, institutionibus.” Magnus vero Athanasius, de huius vocis „non fa-
 ctus” significatione adversus Arianos disputans, „interrogent (inquit) gen-
 tiles, ut cum audierint ab ipsis, quot significatus habeat haec vox, non fa-
 ctus, intelligant se nec de his quidem, de quibus disserunt, recte nosse in-

- A. M. 6859 **Θεὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ ποιεῖται λόγον, ᾧ τοῖς ἐθέλουσιν ἐντυχεῖν ἐξ-**
 Ind. 4 **ἔσται μαθεῖν τελεώτερον. ἡμῖν γὰρ ἥμισυ ἐν τῷ παρόντι σχολῆ**
ἄγουσι, διὰ τὴν ἐς τὰ πρόσω σπουδὴν, βραχέα τῶν θεῶν ἐκ-
των ἀνδρῶν ἐνταυθοῖ προτιθέσθαι δέδοκται, καὶ ὅσα πρὸς τὸν
σκοπὸν ἀφοσιῶσθαι χρεῖών· τὰ δ' ἐξῆς τοῖς βουλομένοις παρή-
καμεν, ἔξουσίας ἀφθόνου διηνεκῶς ἠνεωγμένης ἅπασι. σὺν δὲ
Ἔτοιγαροῦν καὶ ὁ μέγας ἐκεῖνος Βασίλειος φάσκει, ὡς „ἡ τῆς δια-
λεκτικῆς δύναμις τεῖχός ἐστι τοῖς δόγμασιν, οὐκ ἔῴσα αὐτὰ ἐ-
διάρπαστα εἶναι καὶ εὐάλωτα τοῖς βουλομένοις.” τὰ παλαιότερα
δὲ καὶ ὁ Θεὸς διέξεισι τούτοις Χρυσόστομος, „πρὸς μὲν βίαν,”
λέγων, „κατάστασιν ἀριστήν βίος ἕτερος εἰς τὸν ἴσον ἂν ἐπαύται
ἐξῆλον. ὅταν δὲ περὶ δόγματα νοσηῖ ἡ ψυχὴ τὰ νόθα, πολλὴ τοῖ
 P. 681 **λόγου ἐνταῦθα ἡ χρεῖα, οὐ πρὸς τὴν τῶν οικειῶν ἀσφάλειαν μέ-**
 V. 549 **ρον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολέμους. εἰ μὲν γὰρ τις ἔχη**
τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος καὶ θυρεὸν πίστεως τοιοῦτον, ἐξ
δύνασθαι θανατουργεῖν καὶ τῶν τεραστίων τὸ τῶν ἀνωσχη-
των ἐμφράττειν στόμα, οὐδὲν ἂν δέοιτο τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου βο-
θείας· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ἄχρηστος ἢ τούτου φύσις.” ἀλλὰ καὶ
 B ὁ **Θαυμάσιος τάδε διέξεισι Μάξιμος. „δίχα λογικῆς,” φησὶ, „θε-**
νάμειως ἐπιστημονικῆ γνώσις οὐκ ἔστι· καὶ γνώσεως χωρὶς οὐ
συνίσταται πίστις, ἀφ' ἧς τὸ καλὸν γέννημα πρόβεισιν ἢ ἑλπίς.”
καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Θεὸς ἐκ Λαμάρκου φησὶ Ἰωάννης· „ὡς εἰ πα-
ρὰ τῶν ἔξωθεν χρήσιμόν τι καρπώσασθαι δυναθήμην, ὡ

terrogare.” Multum deinde vir iste divinus habet sermonem, quem accuratius discere poterunt quicumque legere illum voluerint. Nam cum impraesentiarum nobis ad ulteriora festinantibus nihil otii sit, pauca saltem divinatorum hominum illorum verba hic proponere visum est, quantum scilicet instituti operis ratio a nobis postulat: caetera vero legere volentibus reliquimus, cum semper ampla cunctis ut id faciant data sit potestas. Consonat etiam illis magnus Basilius, ubi ait, dialecticae disciplinae facultatem esse instar muri, nec permittere, ut dogmata diripiantur, aut a voluntibus facile expugnentur. His fere similia profert divus Chrysostomus, ubi sic loquitur: „quod spectat ad optimam vitae institutionem, alterius vita posset nos ad vitae similis aemulationem inducere. Sed cum anima superiorum atque adulterinorum morbo dogmatum laboraret, tunc multa est sermonis et doctrinae necessitas; non solum ut nostra sint in tuto, sed etiam ut adversus externa bella muniamur. Nam si quis gladium spiritus et scutum Fidei tale habeat, ut miracula edere atque iis editis impudentiam et obstruere possit, sermonis vel doctrinae auxilio neutquam opus habet: imo vero neque tunc inutiles ex natura sua forent.” Sed et mirabilis Maximus alicubi sic disserit: „sine rationali facultate nulla est scientifica cognitio; et absque cognitione non consistit Fides, ex qua progenies preciosa, spes videlicet, enascitur.” Agmen claudet divus Ioannes Damascenus, qui sic ait: „si quid profanis e scriptoribus utilitatis percipere possint,

τῶν ἀπηγορευμένων ἐστὶ. γενόμεθα δόκιμοι τραπέζῃται, τὸ μὲν A. C. 1351
 γήσιον καὶ καθαρὸν χρυσίον σωρεύοντες, τὸ δὲ κίβδηλον παρα- Imp. Io. Can-
 τούμενοι. λάβωμεν λόγους καλλίστους· θεοὺς δὲ γελοίους καὶ C tacuz. 5
 μύθους ἄλλοτρίους τοῖς κυσὶν ἀπορρήνωμεν. πλείστην γὰρ ἐξ
 5 αὐτῶν κατ' αὐτῶν λαγὺν κτήσασθαι δυνηθήμεν." Καὶ τί δεῖ
 μέτροις ἀριθμητικοῖς πειρᾶσθαι συγκλεῖν τὰ καὶ αὐτοὺς σχε-
 δὸν ἀριθμητικοὺς παραιτούμενα νόμους; ὅσα τε δηλαδὴ διεξι-
 ασιπ, οὐδὲ διελάβομεν καὶ ὧν ἐμνήσθημεν, ἕτερα· καὶ ὅσα περ
 οὐδαμῆ διελάβομεν. οἷς γὰρ οὐκ ἀπέχρησε τὰ κεκομισμένα, τοῦ- D
 0 τοις οὐδ' ὅλας βιβλῶν ἀμάξας κομιζῶν τις σύνεσιν κομιεῖσθαι
 παρασκευάσει· ἢ μᾶλλον, ᾧ μὴ σύνεσιν ἀπέχρησε τοῖς λογι-
 σμοῖς ἐνθεῖναι, ἄφυκτον ἀνάγκην εἶναι τοῖς Ἑλλάδι χρωμένους
 φωνῇ, καὶ τοῖς τῶν συλλαβῶν καὶ στοιχείων ταύτης εὐρεταῖς
 ἀναφέρειν τὴν μίμησιν, καὶ τὰς γε τῶν ἀμφισβητουμένων ἀνα-
 5 τιθέναι κρίσεις καὶ λύσεις, καθάπερ στίθμαις καὶ κανόσι τέκτο-
 νες καὶ λιθουργοί, τῷ ποτ' ἂν τῶν πάντων οὗτος ἐτέρω πεισθῆι; E
 οἶμαι τῶν πάντων ἤμισι' ἂν ποτ' οὐδενί. τὸν γὰρ τοῖς θεοῖς
 ἐκκλησίας φωστήρησι τοῦτο δρωσιν οὐχ ἐπόμενον λόγοις οὐδεὶς
 ποτε πείσειεν ἂν, οὐ βαρβάρων, οὐχ Ἑλλήνων, οὐκ ἀγγέλων,
 0 οὐκ ἀνθρώπων, οὐκ ἀσώφων, οὐ σοφῶν τῶν ὄντων οὐδενός.
 πᾶρεσι τοίνυν σκοποῦσιν ὀρθῶς, οἷς ἐμπάθει τις ἀχλὺς δίκην

16. οὗτος em. Carr. pro οὐδ'. 21. σκοποῦσιν Carr. pro σκοποῦντι.

eam consecrari nullatenus est prohibitum. Probi simus nummularii: genui-
 num ac sincerum coacervemus aurum; adulterinum vero et scoria plenum
 respiciamus. Sermones praeclarissimos assumamus; ridiculos autem Deos
 alienasque fabulas canibus proliciamus. Multum enim roboris contra se
 nobis ipsi suppeditare poterunt." Sed quid opus est ut certo numero
 ea concludere conemur, quae ipsas ferme arithmeticas leges ferre recu-
 sant? Ea intelligo quae disserunt laudati a nobis SS. Patres, et alia quae
 vel commemoravimus, vel alto silentio praetermisimus. Quibus enim non
 sufficiunt a nobis allata testimonia, iis etiam si solida plaustra libris onu-
 sta quispiam adveheret, intelligendi vim afferre non poterit. Potius di-
 cam: quicumque ex allatis testimoniis non potuit mente comprehendere, in-
 evitabilis hoc esse necessitatis, ut qui Graeca utuntur lingua, eos sibi
 proponant imitandos, qui linguae huius elementa et syllabas adinveniant,
 et ad eorumdem iudicium controversias illi suas ac lites componendas refe-
 rant (quemadmodum fabri, et qui scalpendo lapides elaborant, amussi ac
 regulae omnia subiiciunt) quisquis, inquam, ineluctabilem hanc neces-
 sitatem mente concipere non potuit, cuiam alteri ex omnibus fidem habe-
 bit? Nemini unquam omnium, ut opinor. Si quis enim hoc etiam a divi-
 nis ecclesiae luminibus factitatum non imitetur, huic nemo unquam persua-
 dere poterit, cuiuscunque tandem sive barbarorum, sive Graecorum, sive
 angelorum, sive hominum, sive imperitorum, sive sapientium sermonibus
 ad hoc utatur. Igitur quicumque recte et attente rem considerarint, nec
 ullo affectu, quasi quadam caligine, perturbatum animum, nec ingenii tar-

- A. M. 6859 *ἥμιστα ἐνοχλεῖ τῇ ψυχῇ, μηδὲ νοῦ βραδυτῆς τὸ θαρρόεν ἀμβλύ-*
 Ind. 4 *ῖναι τῆς γνώμης, ἀδεκάστους φέρειν τὰς ψήφους. (Δ.) Καὶ*
πρῶτον μὲν δὴ κελσθω ζήτημα τοῦτῃ ταῖς παρούσαις χρεῖαις· ἢ
ἐπὶ τῆς ἀπλῆς καὶ ἀσωμάτου φύσεως (λέγω δὴ τοῦ Θεοῦ) δια-
 P. 682 *φορὰν ἡντινοῦν δογματίζειν οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἐξέτη· ὡς τῆς*
μὲν οὐσίας ἀμέθεκτον εἶναι κτισμασιν ἅπασι κομιδῇ („αὐτὴ γὰρ
καθ' αὐτὴν,” φησὶν, „ἢ θεία μετεχομένη τε καὶ λαμβανομένη
φύσις ἢ φουρμὸν πείσεται, ἢ τὴν παθητὴν ἐξαναλώσει φῶς,
πρὶν ἂν ληφθῇ· οὐδαὶς γὰρ, φησὶν, ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου,
καὶ ζήσεται”) τὴν δ' ἐνεργεῖαν μόνην ἅπασι κτισμασι γίνεσθαι
Β μεθεκτὴν, μόνην μὲν τῷ ἄκτιστῷ μηδὲν ἐκείνης διαφέρουσαν· ὡς
δ' αἰτεῖαν ὑπερκειμένην ἔχουσαν ἐκείνην, τοῦτῳ δὲ διαφέρουσαν
εἶναι δὲ τὴν ἐνεργεῖαν εἰς εἶδη διαιρουμένην, σοφίαν, δύναμιν,
ζωὴν, ἀλήθειαν, βούλησιν, ἀγιασμόν, καὶ ὅσα μυρία τοῖς ἐντι-
 V. 550 *γάνουσι ταῖς αὐτοῦ διαιρέσεσιν ἐξεσι διαγιγνώσκειν σαφέστερον, ἢ*
Ὀδῶσιν ἄγουσιν οὐκείας εἰς πίστιν ἑαυτοὺς ἀκριβῆ. (Ε.) Ἐκείνῃ
τοίνυν ἐκ τῶν ἁγίων ἡμῶν διδασκάλων οὐθ' ὁ ἑμέτερος ἔγνω πε-
σθῆναι διδάσκαλος Παλαμῆς, οὐθ' ἡμεῖς ἐκείνῳ πευθόμενοι,
διαμαρτίας (ὡς ἔοικε) λέξεων καταγνόντες, φέρε τοὺς τε ἄλλους
μιμησόμεθα καὶ ἡμεῖς θείους πατέρας, ὡς εἴρηται, καὶ δὴ καὶ
Ἰουστίνον τὸν θεῖον καὶ σοφώτατον ἄνδρα, καὶ μέγαν τῆς ἐστ-
ῶ βελίως μάρτυρα καὶ ἀθλητὴν. εἶναι γὰρ τῶν ἐκείνου βιβλίων καὶ

7. φησὶν, quod post μετεχομένη τε in apogr. est, delevit Capp. u
 supervacaneum.

ditate alacritatem mentis hebetatam habuerint, his rectum licebit atque incorruptum ferre iudicium. (IV.) Et quidem, in huiusce commoditatis articulo, prima haec proponatur quaestio: utrum in simplicij et incorporei natura (de divina loquor) aliquod substantiae et operationis discrimen statuere liceat; adeo ut substantia quidem a nulla creatura possit ullatenus participari („divina enim natura,” inquit, „si ipsa per se ipsam participatur et recipiatur, aut mixtionem patietur, aut patibilem naturam assumet, antequam recepta fuerit. Nemo quippe videbit faciem meam, et vivet”), operatio vero sola possit ab omnibus creaturis participari: et tamen, quatenus increata est praecise et formaliter, nihil a substantia differat; sed quatenus eam ut sui causam et se ipsa superiorem agnoscit, eatenus distat ab ea distet, et in multas dividatur species; nimirum in sapientiam, potentiam, vitam, veritatem, voluntatem, sanctificationem, et seriositate huiusmodi; quae manifestius poterunt deprehendere, qui divisiones eius legerint, et propriis oculis plenam sibi ipsi fidem fecerint. (V.) Cum igitur a sanctis doctoribus nostris persuaderi sibi magister vester Palamas sollet, sicut nec vos eidem obsequentes; qui etiam, ut videtur, sanctos Patres accusatis, quod suis in verbis aberrarint: age, cum alios sanctos Patres, ut dictum est, imitemur, tum maxime Iustinum, divinum sapientissimumque virum, et magnum pietatis martyrem ac propugnatores. Nam

λόγων καὶ τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, ἐν ᾧ πλείστας παράγει τὰς A. C. 1351
 μαρτυρίας ἐξ Ἑλλήνων φιλοσόφων, ποιητῶν τε καὶ ῥητόρων, οἷς Imp. Io. Can-
 ὁμολογεῖν εἶναι συντηρέσθαι μὴ δύο, μηδὲ πολλοὺς, ἀλλ' ἓνα tacuz. 5
 θεόν. εἰκὸς γὰρ ᾤήθη τοῖς πλείστοις ἀξιοπιστοτέρους εἶναι τὰς
 δῶν ἐχθρῶν μαρτυρίας. καὶ τὸν τοιοῦτον καὶ ἡμεῖς τήμερον τρό-
 πον ἐκ τῆς τῶν θύρουθεν ἐπιστήμης τὰς μαρτυρίας ἀγάγωμεν κατὰ
 τὴν ὑπόθεσιν, τὴν σφῶν παρωσάμενοι θρησκείαν. μηδὲ γὰρ E
 εἶναι τῆς θρησκείας τὴν ἐπιστήμην, μηδὲ βλάβην ἐκείθεν ὑφο-
 ρῆσθαι μηδ' ἤρτινοῦν, οὐ μᾶλλον γε ἢ τῶν τροφίμων τὰ πλείω
 10 κομιζομένους ἐκ βαρβύρων καὶ ἀλλοφύλων γενῶν· αἷς ἐπενεγκεῖν
 ἀξιώσομεν αὐθις τὰς τῶν ἁγίων, ὁπόσας καὶ οἷας ἐπιτηδεῖς ἐτα-
 μενσάμεθα τράπεζαν· καὶ δεῖξαι σύμφωνον μὲν ἐκείνους ἄδοντίας
 μίλος καὶ ἐναρμόνιον, κὰν ταῖς τῶν λέξεων σημασίαις· τὸν δ' F
 ὑμέτερον Παλαμῶν μήτε τούτοις μήτ' ἐκείνοις συνάδοντά, ἀλλ'
 15 ὅμοιον πάσχοντα, καθάπερ ἂν εἴ τις νοσώδης τὴν φύσιν καὶ
 γᾶνος ὑπάρχων ἀνὴρ χρεῖας ἴστινοσοῦν, εἰληθῶς ὄτουδῆποτε
 μάχαιραν τῆς οἰκειας δυνάμεως ὑπερτέραν, ἔπειτα μὴ δυνάμενος
 ἄλλοθεν, ἐκ τῶν οἰκειῶν σαρκῶν ὠμοβόρον ἐαντῷ παρετίθει
 τράπεζαν, αὐτὸς ἐαντὸν ἐστιῶν μοχθηρῶς, κὰκ τοιούτων φιλο-
 20 φρονοῦμενος πόγων, ἐστιῶν καὶ δαιτυμῶν ἐν ταυτῷ γινόμενος P. 683
 αὐτὸς ἐαντῷ, ὡς γε εἴρηται τε καὶ εἰρήσεται. ὑπὲρ γὰρ ὧν ἠπεί-
 γετο, τούτων ἐκπέπτωκε· καθ' ὧν δ' ἐπὶνει, τούτοις δ' ἔλαθεν
 ἄθρυμα γεγρονῶς προφανές· ἀμφοῖν, οἰήσεως ἅμα καὶ ἀμαθίας,

inter alios eius libros ac tractatus unum de monarchia habemus, in quo
 plurima e gentilibus philosophis, poetis, et oratoribus, adducit testimo-
 nia, quibus isti neque duo, neque plures, sed unum esse Deum aperte
 confessi sunt. Hoc enim esse verisimile putavit; inimicorum scilicet testi-
 monia maiorem apud plurimos fidem mereri. Eadem nos hodie ratione e
 scientiis profanorum petita testimonia, sicut polliciti sumus, proferemus,
 repudiata tamen eorum religione. Neque enim ad religionem scientia per-
 tinet; neque hanc potius nobis fore noxiam suspicari debemus, quam ali-
 menta, quae e barbaris et alienigenis asportamus. Profanorum autem testi-
 moniis esse subiungenda censemus SS. Patrum dicta quaecumque condidi-
 mus et veluti ad mensam equipare instruendam consulto asseruimus. Osten-
 demus etiam, scriptores profanos, quasi aequaliter effecto contentu, SS.
 Patribus plane consona proferre, etiam quantum ad verborum significatio-
 nes: vestrum autem Palamam neque his neque illis concinere: sed ita se
 gerere, ac si quis ex natura sua valetudinarius, et ad quamlibet operam
 prae languore ineptus, cuiuscumque demum enssem, qui suas vires superet,
 arripiat; ac deinde, cum aliunde non possit, saltem propriis e carnibus
 crudivorum sibi mensam apponat, ipse se ipsum male pascens, et ex hisce
 laboribus suis benevolus et oomis ipse sibi convivator simul et oonviva fiat,
 ut iam dictum est, et etiamnum dicetur. Nam de quibus tanto studio tan-
 toque contendebat opere, iis excidit; contra quos autem tantum laboris
 impendebat ac studii, se iisdem manifeste ludos factum non animadvertit:

A. M. 6859 *ἐκατέροιον ἐκείνοιον αὐτῶ γενομένοιον αἰτίοιον. (ζ΄.) Πλωτίνου το-*
Ind. 4 *νῶν ἀκουσώμεθα πρῶτως, περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας Θεοῦ τάδε*
διεξιόντος. „εἰ ὑποδοιτό τις (φησὶν) ἐλῆσθαι τὸν Θεὸν ἀλλάξα-
Β *σθαι τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, μήτ' ἂν ἄλλο τι γενέσθαι βουληθῆναι,*
μήτ' ἂν ἑαυτῶ μέμψασθαι, ὡς ὑπ' ἀνάγκης τοῦτο ἦν. ἔστι γὰρ
ὄντως ἡ ἀγαθοῦ φύσις θέλησις αὐτοῦ· ὅτι μηδὲν ἦν ἄλλο, ἔνα
πρὸς ἐκεῖνο λεχθῆ. εἰ μὲν οὖν εἴη τις ἐνεργεῖα ἐν αὐτῶ, καὶ τῆ
ἐνεργείᾳ θείημεν αὐτὸν, οὐδ' ἂν διὰ τοῦτο εἴη ἕτερος αὐτοῦ, καὶ
οὐκ αὐτὸς αὐτοῦ κύριος, ἀφ' οὗ ἡ ἐνεργεῖα· ὅτι μὴ ἕτερον ἐνερ-
С *γεία καὶ αὐτός. ἐπεὶ γὰρ οὐσία καὶ ἐνεργεῖα ἐκεῖ ἐλέγετο, δύο 10*
πῶς ὄντα, ἐκ τῆς ἐνεργείας ἐδίδου τὴν ἔννοιαν τοῦ κυρίου· τοῦ-
το δ' ἦν τῆ οὐσίᾳ ταῦτάν. διὰ τοῦτο καὶ οὐ χωρὶς ἐγένετο τὸ
κύριον εἶναι, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτοῦ κύριον ἐλέγετο. οὐ γὰρ δύο ὡς
ἐν, ἀλλ' ἓν. ἡ γὰρ ἐνεργεῖα μόνον, ἡ οὐδ' ὄλως ἐνεργεῖα. εἰ δ'
οὐσίαν ἄνευ ἐνεργείας τις λέγοι, ἐλλιπίης ἢ ἀρχῆ καὶ ἀτελής ἢ 15
τελειοτάτη πασῶν ἔσται. καὶ εἰ προσθῆῃ ἐνεργεῖαν, οὐχ ἔν τηρεῖ,
D *ἀλλ' ἠλάττωσε τῆ προσθήκῃ. εἰ οὖν τελειότερον ἢ ἐνεργεῖα τῆς*
V. 551 *οὐσίας, τελειότερον δὲ τὸ πρῶτον, πρῶτον ἂν ἐνεργεῖα εἴη.*
ἐνεργεῖα δὲ, οὐ δουλεύουσα οὐσίᾳ, καθαρῶς ἔστιν ἑλευθέρα.
καὶ οὕτως αὐτὸς παρ' αὐτοῦ ὁ Θεός, εἴτ' οὐσίαν εἶποις, εἴτ' 20
ἐνεργεῖαν. οὐ γὰρ δύο, ἀλλ' ἓν. πῶς γὰρ ἂν εἴη βούλησις ἐξ οὐ-

7. λεχθῆ Capp. pro ἐλεχθῆ. 12. ἐγίνετο coni. Capp.

quae damna duo arrogans existimatio sui et insecitia ipsi intulerunt.
(VI.) Plotinum itaque primo audiamus, de Dei substantia et operatione
ita disserentem. „Si quis,” inquit, „supponeret velle Deum suam commu-
tare naturam, neque tunc aliud fieri Deus vellet, neque id sibi vitio da-
ret, quod necessario talis esset. Nam boni natura est revera Dei volun-
tas: quia nihil esset aliud, cuius habita ratione Deus velle diceretur. Si
quis igitur esset in eo actus, et eum esse in actu poneremus, non ideo es-
set alius a se ipso, nec ideo non esset sui dominus, a quo actus procede-
ret: quoniam aliud non est actus, et aliud ipse Deus. Cum enim ibi sub-
stantia et actus esse quadamtenus duo dicerentur, ex actu ipso ideam ali-
cuius domini darent. Hoc autem, quod domini rationem haberet, esset
idem cum substantia. Ideo, esse dominum, non esset quid separatum ac
divisum; sed idem sui ipsius dominus diceretur. Non enim duo ut unum,
sed re ipsa unum forent. Aut enim actus duntaxat, aut nullo modo actus
esset. Quod si quis absque actu, seu operatione, substantiam esse dix-
erit, tunc substantia, quae principium est, in aliquo deficiet; et quae
omnium est perfectissima, erit imperfecta. Iam vero si quis ei substantiam
actum seu operationem addat, non servat unitatem; sed hocce additamento
substantiam immittit. Si ergo actus perfectior sit substantia, et alio modo
quod primum est, illud quoque sit perfectius, sequitur actum esse quid
primum. Actus autem substantiae non inserviens est pure liber. Et sic
ipse a se ipso Deus est, sive substantiam dicas, sive actum. Nec enim
duo sunt, sed unum quid. Et vero quomodo volitio procederet a substan-

σίας ἀνενεργήτου; οὐχ ἕτερον ἄρα τῆς οὐσίας οὐδέν. φύσις οὖν A. C. 1351
 ἀπλή, καὶ ἐνέργεια μία, καὶ οὐδὲ τὸ δυνάμει ἔχουσα ἄλλο, ἄλλο Imp. Io. Can-
 δὲ τὸ ενεργεῖν, πῶς οὐκ ἐλευθέρη; οὐδὲ γὰρ πεφυκέναι λέγοιτ' E
 ἂν ενεργεῖν, ἄλλης οὐσης τῆς οὐσίας, καὶ τῆς ἐνεργείας ἄλλης.”
 5(Z.) Φησι δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, ὅτι „τὸ ἐξ ἀνάγκης ὄν κατ' ἐνέρ-
 γειάν ἐστι καὶ ἄδιον καὶ χωρὶς δυνάμεως, εἴτουν αὐτοεέργεια
 καὶ πρώτη οὐσία.” καὶ ἀλλαγῶ· „ἕκαστον τῶν ὄντων, ὧν ἔργον
 τί ἐστιν, ἤτοι ἐνέργεια, ἕνεκα τοῦ ἔργου αὐτοῦ ἐστι. Θεοῦ δ' F
 ἐνέργειά ἐστιν ἀθανασία, ὅπερ ἐστὶ ταυτῶν εἰπεῖν ζωὴ αἰδίδιος·
 10 ὥστε ἀνάγκη τὸν Θεὸν κίνησιν ἄδιον ὑπάρχειν, εἴτουν ἐνέργειαν.”
 Ὅρας τὰς μαρτυρίας, οὖν ἐπιστήμης εὐροία προενεργείας, καὶ
 ὄσσην αὐτόχηρμα τοῖς περὶ Θεοῦ λεγομένοις πρὸς τῶν σοφῶν δι- P. 684
 δασκάλων ἡμῶν καὶ φωστήρων τῆς ἐκκλησίας τὴν συμφωνίαν
 ἔχουσιν· ὡς ταυτῶν ἐπὶ Θεοῦ σαφῶς ἀψία τε καὶ ἐνέργεια, μηδὲν
 15 οὐδαμῶς διαφέροντα· καθάπερ καὶ ἡμῖν ἀνωτέρω λαβοῦσιν εἰς
 μῆκος ἐκτέθειται· Ἀθανασίου φημι, Βασιλείου, Κυρίλλου, καὶ
 Θεοδώρου, τοῦ τὴν Εἰκονομαχίαν ἐλάσαντος σοφωτάτοις ἐκ μέ-
 σος λόγοις, ὡς Ἀθηναῖοι πύλαι τὸ Κυλώνιον ἄγος ἐξ Ἀθηνῶν. B
 τότε μὲν γὰρ ἐγὼ τῶν ἄγιων ἐκείνων βιβλους σχῶν ἀνὰ χεῖρας
 20 ἐπ' ὄψιν ἤγον λαμπρὰν τὰ λεγόμενα· ἐνταυθοῖ δ' οὐ παρέθηκα,
 περιττὸν ἠγησάμενος πανταχοῦ τὴν ὁμοίαν ἔκθεσιν δρῶν. εἶναι
 γὰρ τοῖς βουλευθεῖσι ῥάδιον, ἀναδραμοῦσι μικρὸν τῆς ἡμῶν ταυ-

3. πεφυκέναι Capp. pro πέφυκα.

tia, quae actu et efficacia careret? Ergo nihil aliud est actus praeter substantiam. Itaque natura simplex, et actus unicus, in quo aliud non est esse in potentia, et aliud esse in actu, quomodo non erit liber? Nec enim diceretur Deus ex natura sua esse in actu, si aliud esset ipsius substantia et aliud actus, seu operatio.” (VII.) Aristoteles etiam ita loquitur. „Quod necessario est, actu est et aeternum et absque potentialitate, seu potius est ex natura sua et per se actus sive operatio, et prima substantia.” Et alibi. „Unumquodque entium, quorum est aliquod opus proprium, seu operatio, est propter suum opus. Porro Dei operatio est immortalitas; quod idem est ac si dicas, est vita aeterna: ita ut Deus necessario sit aeterna motio, seu operatio.” Vides testimonia, cum facili expeditaque scientia huc usque prolata. Cernis quantum re ipsa consona sint iis, quae sapientes nostri doctores et ecclesiae lumina de Deo disserunt; nempe in Deo substantiam et actum, seu operationem, esse manifeste unum quid, nec ullatenus a se invicem differre: quemadmodum et supra fuis exposuimus. Porro cum sapientes nostros doctores dico, loquor de sanctis Athanasio, Basilio, Cyrillo et Theodoro, qui iconomachorum haeresin sapientissimis suis libris e medio sustulit, sicut Athenienses olim Cyloniae caedis labem Athenis exegerunt. Et vero cum Sanctorum illorum libros prae manibus haberem, tunc eorum verba palam ob oculos ponebam. Hic autem ea non apposui, supervacaneum quid facturum me ratus, si eadem ubique similiter exhiberem. Qui enim ea repetere voluerint, quae paulo ante haec

- A. M. 6859 *τησι διάστημα συγγραφῆς, ἐντυχεῖν· εἰς πλάτος ἡμῖν εἰρημένον*
 Ind. 4 *αὐτοῖς, ἔνθα λαληθέντα τε καὶ πραχθέντα παρὰ τὴν ληστρακὴν*
 C *ἡμῖν ἐκείνην ἐκτέθειται σύνοδον. ἀλλ' ἐπιλείψει με (εἶπον) τὰ*
παραπλήσια κομιζέιν ὁ χρόνος ἐθέλοντα. (H.) Ὅμως καὶ ἐπὶ
τὴν εἰκόνα θεοῦ φασιν οἱ θεοὶ πατέρες τὸν νοῦν, πολλαχῆ δὲ
καὶ νοῦν καλοῦσιν αὐτὸν, καὶ πρό γε τῶν θεοπρεπῶν ὀνομάτων
ἐμάθομεν εἶναι τὸ ἐν καὶ τὸ ὄν καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν βούλησιν,
 D *φάρε σκεψώμεθα, τί καὶ περὶ τούτων τεχνολογοῦσιν οἱ τῆς ἡμ-*
τέρας γλώττης ἐπιστήμονες ἀρμολογοῦσιν καὶ παιδευταί. ἐς γὰρ τὴν
αὐτὴν ἀγάγοι ἔν καὶ ταῦθ' ἡμᾶς ἐπιστημονικῆν τεχνολογίαν καὶ
γνώσιν, οἷς ἔφθημεν περὶ γε οὐσίας ἐκείνης, μοναδικοῦ τε καὶ
ἐνιαίου. φησὶ τοίνυν εὐθύς ὁ Πλωτῖνος αὐθις· „τὴν τοῦ παντός
διάθεσιν εἴ τις ὀνομάζει πρόνοιαν, οὕτω νοεῖτω· ὅτι ἐστὶ πρὸ
τοῦδε νοῦς τοῦ παντός ἐστὼς, ἀφ' οὗ καὶ καθ' ὃν πᾶν τόδε. εἰ
 E *μὲν ὄν νοῦς πρὸ πάντων καὶ ἀρχὴ ὁ τοιοῦτος νοῦς, οὐκ ἂν ἦν*
ὡς ἔτυχε.” καὶ αὐθις φησιν, ὡς „ἀπλῆ ἐστὶν ἡ τοῦ νοῦ οὐσία, καὶ
 V. 552 *οὐκ ἄλλο νόησις, καὶ ἄλλο νοῦς. οἱ γὰρ λέγοντες ἄλλως προστι-*
θέασιν αὐτῇ, ὡς περὶ ὀφθαλμοῖς τὸ ὄρᾶν. ἐατέον ὄν ἐπὶ τῆς
ἀπλῆς φύσεως, τᾶλλα μηδεμιᾶς ἐπικουρίας δεομένης. ὁ γὰρ ὢν
 νεστέρους ἔνια τῷ παρόντι συντάγματι καὶ ἡμῖν ἐρανοσημένους
 ἐκείθεν ἐκτίθειται. „ὥσπερ γέννημα μονογενὲς ὁ υἱὸς ἔστιν, οὕτω P. 705
 20 καὶ τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ διδόμενον καὶ πεμπόμενον καὶ αὐ-
 τὸ ἐν, καὶ οὐ πολλὰ, οὐδὲ ἐκ πολλῶν ἐν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ τὸ
 πνεῦμα. ἐνὸς γὰρ ὄντος τοῦ υἱοῦ, τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν εἰ-

3. εὐρίσκειται ed. S. Athanasii. 4. ἢ ante τοῦ Θεοῦ add. ibid.
 5. ὅτι ante αὐτοῦ om. ed. 8. τοῦ λέγοντος om. al. 19. μονο-
 γενῆς υἱὸς ed. 20. Post αὐτὸ ἐν ed. add. ἔστι. 21. τὸ om. ed.

prophetam Amos Deum ita loquentem audire: Ecce ego firmans tonitru et spiritum creans: „Dicite,” inquit, „an in aliquo divinae Scripturae loco sanctum Spiritum dici simpliciter Spiritum reperiatur, sine hac addita voce, Dei, vel Patris, vel meum, vel ipsius Christi et Filii, vel a me (hoc est a Deo) vel aliter nisi cum articulo; ita ut non spiritus simpliciter dicatur sed ille Spiritus, vel conceptis verbis, Spiritus ille sanctus, vel Paracletus, vel spiritus veritatis, id est Filii, dicentis nimirum: ego sum veritas; ut vos nuda et simplici spiritus voce audita, sanctum Spiritum ibi esse designatam suspicemini?” Sed magnus iste doctor, cum haec epistolae initio dixisset, et veluti futuri sermonis fundamentum praestruxisset, per totam deinceps epistolam multus est in adducendis et suis exponendis divinae Scripturae testimoniis, ut inde satis discere poterunt, qui eum legere voluerint, quibus probetur unum esse Spiritum sanctum: non vero multiplicem, neque ex multis unum, ut Palamas asserit, omnes Pneumatomachos hac in re superans, et eorum improbitati recens inventam a se magna veluti liberalitate addens improbitatem. Attamen in gratiam infirmiorum huic operi nonnulla inseruimus, quae ex eadem epistola collegimus. „Quemadmodum,” inquit, „Filius est unigenita Patris aeterni proles, ita Spiritus, qui a filio datur et mittitur, unus ipse non multiplex, neque ex multis unus, sed solus idem spiritus est. Cum enim sit unus Filius, Verbum

A. M. 6859 *ναὶ δεὶ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν,*
 Ind. 4 *οὕσαν ἐνεργεῖαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἥτις ἐκ πατρὸς λέγεται ἐκπο-
 ρεύεσθαι.” ἐντεῦθεν ἔχειν οἶμαι πάντα τινὰ συνιέναι τὴν τῶν πα-
 Βλαμναίων ἀνατροπὴν, καὶ μὴ πλειόντων ἔτι ῥημάτων δεήσεισθαι
 πρὸς ἀκραιφνή μαρτυρίαν. ὁμως ἐπέπερ καὶ οὕτως ἐν ὧν τῷ
 πνεῦμα τὸ ἅγιον πολλοῖς καὶ διαφόροις αὐτὸ τοῖς ὀνόμασι κέ-
 κληκεν ἢ γραφῇ, βραχέα καὶ περὶ τούτου λεκτέον. „εἰ ὁ υἱός,
 ἐπεὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστιν, ἀνάγκη
 καὶ τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ Θεοῦ λεγόμενον, ἴδιον εἶναι κατ’ οὐσίαν
 τοῦ υἱοῦ. ἀμέλει τοῦ Κυρίου ὄντος υἱοῦ αὐτὸ τὸ πνεῦμα εἴρηται
 πνεῦμα υἰοθεσίας.” καὶ πάλιν· „τοῦ υἱοῦ ὄντος σοφίας καὶ ἀλη-
 θείας, γέγραπται τὸ πνεῦμα εἶναι σοφίας καὶ ἀληθείας.” πάλιν·
 „ὁ μὲν υἱὸς δύναμις ἐστὶ Θεοῦ καὶ κύριος τῆς δόξης, τὸ δὲ πνεῦ-
 μα λέγεται πνεῦμα δυνάμεως καὶ πνεῦμα τῆς δόξης.” (E.) Ἐγὼ
 δὲ μεταξὺ λέγων ἐμνήσθην καὶ Γρηγορίου, τοῦ μεγάλου τῆς
 Δέκκλησίας φωστῆρος, τὰ ὁμοία τούτῳ διεξιόντος. ὅθεν οὐκ ἔμογε
 δέδοκται, μὴ οὐ κἀκείνον τινὰ μαρτυρίαν ἐνταῦθα συνελθεῖ-
 ναι. λέγει γὰρ οὕτως· „ἐγὼ φρίττω, τὸν πλοῦτον ἐννοῶν τῶν
 κλήσεων, καὶ καθ’ ὅσων ἀναισχυνοῦσιν ὀνομάτων οἱ τῷ πνεῦ-
 ματι ἀντιπίπτοντες. πνεῦμα Θεοῦ λέγεται, πνεῦμα Χριστοῦ,*

1. ζωσαν ed. 2. ἥτις γε al. 8. Pro ἐκ τοῦ Θεοῦ ed. ἐκ πατρὸς,
 al. ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς. 10. τὸ om. ed. 12. πνεῦμα υἱοθε-
 σοφίας ed. add. πάλιν τς ed. 13. Verba τὸ δὲ πνεῦμα —
 δόξης Capp. supplevit ex ed. 20. νοῦς Χριστοῦ add. ed. post
 πνεῦμα Χριστοῦ.

vivens, necessario etiam una est perfecta et plena, sanctificans et illumi-
 nans vita, ipsius videlicet efficacia et gratia, quae ex Patre procedere
 dicitur.” Ex his, opinor, perspicere quisque nullo negotio poterit, quo-
 modo prava et conscelerata Palamae dogmata refellantur, nec pluribus
 verbis opus erit, ut sincerum atque incorruptum veritati testimonium per-
 hibeatur. Quia tamen, licet unus omnino sit Spiritus sanctus, multa et
 diversa ipsi nomina Scripturae sacrae contextus indidit, hac quoque de re
 paucis disserendum est. „Si Filius,” inquit, „quia est ex Deo Patre, id-
 circo proprius est ipsius Dei Patris substantiae, pariter Spiritus sanctus,
 qui ex Deo esse dicitur, proprius Filii secundum substantiam esse neces-
 sario debet. Nimirum sicut Dominus noster Iesus est Filius; ita Spiritus
 ipse, spiritus adoptionis filiorum dictus est.” Et iterum: „Ut Filius est sa-
 pientia et veritas, ita scriptum est Spiritum esse sapientiae spiritum et ve-
 ritatis. Ut item Filius est Dei virtus et gloriae dominus, pariter Spiritus
 dicitur virtutis et gloriae spiritus.” (V.) Ego autem inter disputandum
 de magno ecclesiae luminari Gregorio, qui eadem atque Athanasius obser-
 rit, mentionem feci. Unde mihi visum est, quoddam saltem illius testi-
 monium hic adhibere. Sic enim habet. „Equidem ipse ad tantam appella-
 tionum copiam dum attendo, atque adversus quot et quanta nomina fran-
 tem perficerent qui Spiritui sancto adversantur, totus cohorresco. Spiritus

πνεῦμα Κυρίου, πνεῦμα νόθευσις, ἀληθείας, ἐλευθερίας, πνεῦ- A. C. 1351
 μα σοφίας, συνέσεως, βουλήs, ἰσχύος, γνώσεως, εὐσεβείας, φρό- Imp. Io. Can-
 βον Θεοῦ. καὶ γὰρ ποιητικὸν τούτων ἀπάντων, πάντα τῇ οὐσίᾳ E
 πληροῦν· μετεχόμενον, οὐ μετέχον· συνέχον, οὐ συνεχόμενον·
 δδάκτυλος Θεοῦ, πῦρ ὡς Θεός· σοφώτατον, καὶ πολύτροπον ταῖς
 ἐνεργείαις.” καὶ τί δεῖ πλείους κἀνταῦθα λόγων ἡμᾶς ἀνελίττειν
 φάλαγγας, μνήμης εἰνεκά γε καὶ ταυτὶ τὰ μέτρια παρειληφότας
 ἐκείθεν; ἔξδν, ὅτε μὴ ταυτὶ πρὸς ἐνδείξιν ἤρκεσεν, οὐ μόνον
 ἐπὶ τοῦ Θείου πνεύματος ἀπονητὶ λαμβάνειν ἐκείθεν ὀνόματα, F
 10 ὅτι μὴ καὶ πλεονάκεις τε καὶ πεντεκαίδεκάκις ταῦτα, καὶ εἰ δεῖ
 κατ’ αὐτόν γε φάναι τὸν νέον διδύσκυλον Παλαμᾶν, ἀπερᾶκεις
 ἄπειρα, ἄπερ ἄκτιστά τε καὶ ἅγια πάντα δεδογματικῆ πνεύματα·
 πρῶγμα τῶν ἔξ αἰῶνος οὐδενί, μηδ’ ἐς ψιλὴν γοῦν ἐπίνοιαν ἀνα- P. 706
 ληφθὲν, μὴ ὅτι γε τῶν εὐσεβεῖν αἰρουμένων· ἀλλ’ οὐδ’ Ἑλλή-
 15 των ἢ βαρβάρων, ἢ ὅσοι φύσει γοῦν ἄγονται Θεσμῶ. σκοπεῖν
 οὐν ἄξιον, ὡς ἐν τοῖς ἁγίοις ὁμολογεῖται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,
 καὶ οὐ πολλὰ, οὐδ’ ἐκ πολλῶν ἐν, ὡς Παλαμᾶ καὶ τοῖς αὐτοῦ·
 Διασώταις κηρύττεται νῦν, οὐδ’ ἔστιν ἄκτιστον οὐδὲν τῶν ἀπάν- V. 669
 των, ὡς ἡμῖν πολλαχῆ τῶν Θείων δέδεικται τε σοφῶν διδασκά-
 20 λων καὶ ἔτι δειχθήσεται προῖοῦσι τρανότερον. (ζ’.) Δεύτερον B
 δ’ ἐπὶ τούτοις σκεπτέον ἔστιν, ὅτι τε ποιήματα τοῦ Θείου πνεύ-

1. ἀποτοκῆριος add. ed. post πνεῦμα Κυρίου. 10. τοσαῦτα con-
 Capp. 15. Θεσμῶ em. Capp. pro Θεσμῶν. 19. ὡς add. Capp.

Dei dicitur, spiritus Christi, spiritus domini, spiritus adoptionis, veritatis, libertatis, spiritus sapientiae, intelligentiae, consilii, fortitudinis, scientiae, pietatis, timoris Dei; utpote cum omnia haec efficiat, et cuncta per essentiam suam repleat: participatur, non participat: continet, non continetur: dicitur Dei digitus, ignis ut Deus, sapientissimus et in suis operationibus varius ac multiplex.” Quid necesse est plures hic verborum quasi turmas explicare, postquam inde haec modica, saltem recordationis gratia, excerpsumus? cum liceat, cuicumque haec minus sufficientem demonstrationem suppeditarint, non solum septem divini spiritus nomina ex illa sancti Gregorii oratione nullo negotio desumere, sed etiam pluries et quindecies tanta, atque ut novi doctoris Palamae verbis utar, infinities infinita; quae omnia tanquam totidem increatos et sanctos esse spiritus docuit: quae res post hominum memoriam ne quidem in meram ac simplicem mentis cogitationem cuiquam venit, nedum eorum qui pietatem profitentur, sed nec ulli gentiliū aut barbarorum, vel caeterorum, quicumque scilicet naturae legibus ducuntur. Igitur operae pretium est advertere, iuxta unanimum sanctorum Patrum consensum, unum esse sanctum Spiritum, non multiplicem, neque ex multis unum, ut Palamas eiusque sectatores nunc praedicant. Nullam quoque omnium rerum, excepto Deo, increatam esse, iam ex multis sanctorum et sapientum ecclesiae doctorum locis ostendimus, et adhuc evidentius in disputationis nostrae progressu ostendemus. (VI.) Post haec secundo loco animadvertendum est, tam quod a

A. M. 6859 **ματος τῷ πολλῷ διδασκάλῳ ταύτ' εἴρηται Γρηγορίῳ (ποιητῶν**
Ind. 4 γὰρ τούτων ἔφησε πάντων) ἡ Παλαμῆς ἀκρίστους λέγων θεότη-
 τας αὐτὸν (ὡς εἴρηται) διαβάλλει τρανῶς καὶ ὀνομασί, καὶ
 ὅτι πρὸς τοῖς πολλοῖς τούτοις ὀνόμασι καὶ δάκτυλον τὸ θεῖον
 Ἐἔφησεν ὁ θεὸς ἀνὴρ ὀνομάζεσθαι πνεῦμα. ὁ καὶ βουλόμενον τοῖς
 προτέροις ἐνδιατρίβειν ἔτι βιαίως ἀπάγει με πρὸς ἐαυτὸ λαμπ-
 ρῶς ἐφελκόμενον. δεῖ τοίνυν τὴν ῥῆσιν ἐκείνην τὴν βλάσφημον
 τοῦ ἀνδρὸς εἰς μέσον αὐθις κομίζειν, ἀναμνήσεως εἴνεκα. μικροῦ
 γὰρ καμὲ διαφυγεῖν ἐδέξασεν, ἀπασχολησούσης τῆς τούτου λήθης
 ἐφ' ἕτερα. ἔχει δ' οὕτως. „τὴν μίαν τῶν τοῦ πνεύματος ἐνεργειῶν 10
 Δὲ κύριος ἐν εὐαγγελίοις κατὰ μὲν τὸν Λουκᾶν δάκτυλον θεοῦ,
 κατὰ δὲ τὸν Ματθαῖον πνεῦμα τοῦ θεοῦ καλεῖται. ἐν τίνι δὲ
 πνεύματι ὁ κύριος ἐκβάλλειν ἔφη τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ ἁγίῳ
 πνεύματι; τὸ ἐν ἄρα τῶν κατὰ διαφρεσιν χαρισμάτων πνεῦμα
 ἁγίον ἐστίν· εἰ δὲ τὸ ἐν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα.” ὁρῶτε τὴν κηχη-15
 νώδη τοῦ δυσσεβοῦς διάνοιαν, οἷας ἐξηγήσεις τοῖς θεοῖς ἐπίσω
 Ἐρήμασι· καὶ ὅπως συλλογιζέσθαι πειρωμένος ὁ ἁμαθῆς ἐκ ψευ-
 δῶν τε καὶ ἀσεβῶν προτάσεων ψευδῆς τε καὶ ἀσεβῆς συνάγει συμ-
 πέρασμα. παρὰ γὰρ οὐδὲν λογισάμενος τῶν ἁγίων ὑπάντων, ὡς
 ἠκηκόετε νῦν, ἐξηγήσεις δάκτυλον εἶναι προτίθησι μίαν αὐτῶν 20
 τῶν πολλῶν ἐκείνων ἐνεργειῶν, ὡς ἀκρίστους αὐτὸς πεποιμ

12. καὶ αἱ αἱ.

magno Gregorio effectus divini spiritus appellantur (horum enim omnium, inquit, causa efficiens est sanctus Spiritus) eae ipsae proprietates, quas Palamas deitates increatas vocat, et propterea ipsum, ut diximus Gregorium manifeste ac nominatim calumniatur; tum quod inter haec multa, quae divino Spiritui nomina indidit, ipsum etiam Dei digitum nominari dicitur ille vir asseruerit. Licet autem supra dictis immorari amplius vellem, haec tamen, quam sancto Gregorio Palamas impegit, calumnia vi quadam ad se me rapit et manifeste attrahit. Necesse est igitur, ut illa ipsa Palamae blasphema verba in medium rursus adducam, ne illorum nos memoria fugiat. Parum enim abfuit quia me effugerent, dum Palamas oblitus ad alia, quae me distinebant, avocarer. Sic porro habet. „Unam e sancti Spiritus operationibus, in Evangelio quidem secundum Lucam, Dei digitum vocat Dominus; in Evangelio autem secundum Matthaeum Dei spiritum appellat. Atqui quo in spiritu Dominus a se daemonia eici dicit, nisi in sancto spiritu? Ergo e gratis gratuitis, quas Deus diversimode distribuit, una est Spiritus sanctus. Quod si de una dicitur, de caeteris quoque dici poterit.” Videtis iam, quid sentiat impius ille ac facio similibus Palamas, qualem divinis verbis interpretationem subiungat, et quomodo iste imperitus, dum syllogismos conficere conatur, ex falsis atque impia propositionibus praemissis falsam et impiam deducat conclusionem. Nam omnium Sanctorum, quas nunc audistis, interpretationes nihili faciens ipse digitum Dei statuit unam esse ex multis illis operationibus divinis, quas idem increatas esse hodie confinxit; ubi sanctos Chri-

τῆμερον, διαβάλλον ἰμοῦ Λουκᾶν καὶ Ματθαῖον τοὺς τοῦ Χρι- A. C. 1351
 στοῦ μαθητῆς, καὶ ἕμα αὐτὸν τὸν Χριστόν. αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ ^{Imp. Io. Can-}
 τοιαύτη φωνή. ἔπειτα συμπεραίνει τὴν ἀκόλουθον ὁ μάταιος ἀτο- ^{tacuz. 5}
 πλαν, „τὸ ἐν ἄρα (λέγων) τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων πνεῦμα
 5 ἁγίον ἐστι. εἰ δὲ τὸ ἐν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πνεύματά εἰσιν ἅγια.”
 καὶ μὴν εἶπερ ἐχρῆν κατὰ τέχνην συλλογιζέσθαι τὰ ὑπὲρ τὴν τέ-
 χνην, οὕτω πάντως λέγειν ἐχρῆν· ἐπεὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δά-
 κτυλος ὠνομάσθη Θεοῦ μεταφορικῶς, ὁ δὲ δάκτυλος τῷ λοιπῷ P. 707
 καὶ ὄλῳ σώματι πέφυκεν ὁμοίσιος, ἐξ ἀνάγκης ὁμοῦσιον ἄρα
 10 καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ δάκτυλος εἶρηται, δηλαδὴ τῷ Θεῷ.
 ἄλλ’ ἀμαθῆς ὑπάρχων ἐκεῖνος, καὶ συλλογιζέσθαι οὐκ εἰδώς,
 ἔδοξεν, ἐν οὐκ εἰδόσι τοιαῦτα βλασφημῶν καὶ συλλογιζόμενος,
 τῶν εἰδόντων πολλῷ γε δήπου πιθανώτερος εἶναι, μήτ’ αὐτὸς, ὡς
 εἴοικε, μήθ’ οἱ ἐπόμενοι μήπω καὶ τῆμερον αὐτήκοοι τοῦ εὐαγ- B
 15 γελίου γενόμενοι, λέγοντος· ὡς ὁ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον
 βλασφημῶν ἀσυνχώρητόν τε καὶ ἄφυκτον ἔξει τὴν κόλασιν. ἄρ’
 οὖν οὐ τοῦ ἐναντίου πνεύματος σαφῶς ἡ ἐνέργειαι, ἣν ὁ ἀσεβῆς
 ἐνεργεῖται; ἄρ’ οὐχὶ καὶ Ἰουδαίων ἐστὶν ἀσεβέστερος; ὃ γὰρ ὡς
 ἔβριων ἐσχάτην προῦφερον τῶς ἐκεῖνοι Χριστοῦ, ἐν Βεελζεβοῦλ.
 20 ἐκβάλλειν λέγοντες αὐτὸν τὰ δαιμόνια, καὶ οὐκ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ, C
 εἶπουν ἐν πνεύματι Θεοῦ, τοῦθ’ οὗτος ὑμῶν τῇ ἐκκλησίᾳ χαρί-
 ζεται τῆμερον, ὡς ἥδιστον ἀνάθημα· φεῦ τῆς τῶν ἐπομένων V. 570
 ἐνθ’ αἰετῶς· μᾶλλον δὲ, βαβαὶ τῆς ἀνοχῆς σου, Χριστέ! (Z.), „Al-

sti discipulos Lucam et Matthaeum, imo ipsum simul Christum, cuius est
 vox illa: digitus Dei, calumniatur. Deinde absurdam pariter conclusio-
 nem futilis iste Palamas his verbis colligit. „Ergo,” inquit, „e donis
 gratuitis, quae Deus diversimode distribuit, unum est sanctus ipse Spi-
 ritus. Quod si de uno vere dicitur, alia quoque Dei dona totidem erunt
 sancti Spiritus.” Attamen si artificialibus uti liceat syllogismis in iis rebus,
 quae omnem artem superant, argumentari sic oportebat: quoniam Spiritus
 sanctus Dei digitus per metaphoram appellatus est, et aliunde reliquo to-
 tique corpori consubstantialis est ex natura sua digitus, necessario itaque
 Spiritus sanctus ei, cuius digitus dicitur, Deo videlicet, est consubstantia-
 lis. Verum licet imperitus sit Palamas, neque conficiendorum artem syl-
 logismorum calleat, tamen apud imperitos blasphemias hasce conclusiones
 deducens dignus visus est, qui longe maiorem doctis et eruditis fidem ob-
 tineret. Hucusque, ut apparet, necdum ipse, neque sectatores eius, il-
 lud quod in Evangelio dictum est, audierunt: Qui sanctum in Spiritum
 blasphemat, is inevitabili nullaue venia digno supplicio subiacebit. Non-
 ne igitur adversarii et diabolici spiritus operatio ea est, qua impius iste
 possidetur et vexatur? Nonne Iudaeos ipsos impietate superat? Quod enim
 illi antea velut summam in Christum contumeliam proferebant, dum in
 Beelzebub, non vero in Dei digito seu in Dei spiritu, dicebant ab ipso
 daemonia eiici, hoc Palamas ecclesiae vestrae quasi gratissimum donarium
 largitur. O sectatorum eius stoliditatem! potius dicam, o quanta est tua,

A. M. 6859 *λά τὸ ποιεῖν,*” φησι, „καὶ ἐνεργεῖν τῶν πολλαχῶς λεγομένων
 Ind. 4 *ἐστίν.* οὐ γὰρ τὸ κτίζει σημαίνει μόνον, ἀλλὰ πρὸς πολλοῖς ἐπι-
 ροῖς καὶ τὸ φυσικῶς ἐνεργεῖν ὡς καὶ τὸν ἥλιόν φαιμεν ποιητικῶν
 Διτῆς ἡμέρας, ἅτε φυσικῶς αὐτὴν ἐκτελοῦντα, οὕτω καὶ τὸ πνεῦ-
 μα τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ τούτῳ συναπηριθμημένα, διατελοῦ-
 σιν ἄκτιστα, ἐπεὶ ποιεῖ καὶ ἐνεργεῖ ταῦτα τὸ πνεῦμα τὸ ἵγιον,
 ὡς ἐμφύτους ἐνεργείας.” ἀκούετε γραιῶδων φληνάφων, αὐτόχρημα
 φάναι, ληρήματα. Πνευματομάχος γὰρ ὑπάρχων σαφῆς, ἔπειτα
 Εφεύγειν πειρώμενος τοῦνομα, γίνεται χείρων ἔτι μᾶλλον ἐκείνων
 μακροῖς τισι μέτροις· καὶ κακὸν ποιῶν ἑαυτὸν ἄλλοπρόσβαλλον,¹⁰
 ἵνα δῆθεν λανθάνῃ διαδιδράσκων τοὺς τῆς κακίας ἐλέγχους, ὁ
 δὲ λήληθε μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτὸν ἄλισκόμενος πανταχόθεν. οἱ γὰρ
 τῆς αὐτοῦ κακίας πατέρες Πνευματομάχοι, πόλημα λέγοντες εἶναι
 τὸ πνεῦμα, καθάπερ Ἄρειος τὸν υἱὸν, ἀκολούθως καὶ τίσιμα
 Ετοῦτ’ ἐξ ἀνάγκης ἔφασκον· ἅτε μὴ δυναμένης μήτε τῆς τεχν-¹⁵
 κῆς μεθόδου, μήτε φυσικῆς τῶν ἀνθρώπων γνώσεως, ἄκτιστος
 πόλημα λέγειν ποτέ. ὁ δὲ μηδὲν αἰσχυρόμενος ἄκτιστον πόημα
 τετόλμηκεν ἤδη νομοθετεῖν ἐν ταῖς ἐσχάταις ταύταις ἡμέραις.
 ἐχρῆν οὖν καὶ ἡμᾶς ἐνταυθοῖ σιωπῆ τὰ τοιαῦτα μισήσαντίς τε
 καὶ τὰ ὧτα βύσαντας φνεῖν ἀπὸ ἀκοῆς πονηραῖς. ἀλλ’ ἐπεὶ,²⁰
 P. 708 διὰ τοῦ ἀνέλεγκτα ψεύδισθαι τοῦτον ἀνόσιόν τε καὶ αὐτοχεροτό-

8. γὰρ conl. Capp. pro poster. καλ.

Christe, patientia! (VII.) „Verum,” inquit, „verba haec *ποιεῖν* et *ἐνεργεῖν*, id est facere et operari, sunt de illorum numero, quae plures habent significatus. Nec enim creare solummodo significant, sed praeter alia multa significant etiam naturaliter operari. Nam quemadmodum a nobis dicitur sol diem facere, utpote quam naturaliter perficit; ita tum spiritus veritatis, tum alii, quos eidem annumeravimus, increati permanent; quoniam enim ipse Spiritus sanctus, ut innatas et insitas operationes, facit atque operatur.” Auditis, ut dicam plane quod res est, nugacium animalium deliramenta. Cum enim ipsum esse Pneumatomachum liquido constat, ac deinde istam appellationem effugere conetur, Pneumatomachorum improbitatem longo superat intervallo, et mutabile malum se facit, ut nempse clam nobis effugiat, nec eius improbitas arguatur. Verum undequaque, quod non animadvertit, hac potissimum ratione certo captus est. Nam Palamiticae improbitatis patres Pneumatomachi, cum sanctum Spiritum esse factum dicerent (sicut Filium divinum Arius factum esse dixerat), necessaria quadam consecutione creatum esse ipsum asserebant; quandequidem sive arte comparatas, sive a natura insitas hominum cognitiones consideramus, id quod factum est, increatum dici nunquam poterit. Sed Palamas, quem nullius rei pudet, novissimis hisce diebus, id quod factum esset, increatum statuere non dubitavit. Oporteret itaque ut haec omnia summo prosequenti odio sileremus, et obstructis auribus ab audicione mala dedinareremus. Verum quoniam (ex eo quod impune mentitur nefarius ille et me-

ητον δίκαιον, αἱ τε ἀρχαὶ καὶ ἕξουσίαι καὶ οἱ τοῦ αἰῶνος του- A. C. 1351
 τοῦ κοσμοκράτορες χορηγοῦσιν αὐτῷ δι' ἀμαθίαν τρόπαιον τοῦ- Imp. Io. Can-
 το κατὰ τῆς ἀληθείας ἐλθεῖν εἰς πλάνην τῶν ἀπλουστέρων· tacuz. 5
 ἀνάγκη καὶ ἡμῶς ἐνταυτοῖς γρηγορεῖν τε ἅμα καὶ τὸ τῆς ἀλη-
 5 θείας ἀναλαμβάνοντες ξίφος παρρησίᾳ κατὰ τοῦ ψεύδους ἐλαύ-
 νειν, τό γε ἡμῖν ἐφικτὸν, ὅπλα καὶ τεῖχος ἀκροπόλεως ἰσχυρὸν·
 τὰς ἡμετέρας τοῖς ὀρθοδόξοις γραφὰς παρεχόμενοι, ἢ μᾶλλον B
 τὰς τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίας, ἵνα μὴ ἀκοῇ σκοτεινῇ τε καὶ
 ἀλαμπεῖ κατακολουθήσαντες εἰς βάρβαρον ἑαυτοὺς συνωθῶσω-
 10 σιν ἀπωλείας. ἐπεὶ γὰρ τσοῦντας αὐτῷ καὶ τοιαύτας ἐγὼ συμφο-
 ρήσας πρότερον μὲν διὰ τε τῶν στηλιτευτικῶν ἐκείνων καὶ ἀν-
 τιρρητικῶν, καὶ αὖ δι' ὧν ἠκηκόετε νῦν, οὐκ ἐμπέπληκα, οὐδέ
 γε συνίεναι πέπεικα, ἄκτιστον ἤκιστα πάντων εἶναι ποιήμα· φέρε C
 λοιπὸν σαφιστέρων τινῶν, καὶ αὐτοῖς γνωρίμων εἰπεῖν σκαπα-
 15 νεῦσιν, ἀψώμεθα λόγων. ἔνδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὄλοις, ὡς τὸ
 τῆς πίστεως ἡμῶν ἱερὸν σύμβολον, ἐν ἡμέραις πάσαις καὶ νυξίν,
 ὁμολογία πᾶσιν ὀρθοδόξοις κοινῇ περιβάδεται πάντῃ διηνεκῆς, ἐν
 κύμαις ἅμα καὶ πόλεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ὄρεσι καὶ, συλλήβδην
 εἰπεῖν, ἐν πάσῃ γε τῇ γῆ καὶ ὅπῃ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας διήκει τὸ
 20 ῥόδιον. ἔχει δὲ οὕτως· „πιστεύομεν εἰς ἓνα θεὸν πατέρα παντο- D
 κράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀο-
 ράτων, καὶ εἰς ἓνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ

5. ἀναλαμβάνοντας et deinde παρεχομένους conl. Capp.

met suffragio iustus Palamas) principes, potestates, quique saecularem
 hunc in mundum habent imperium, ipsi ob imperitiam suppeditant, unde
 ad simpliciores decipiendos hoc adversus veritatem tropaeum-erigat et
 statuatur, necesse est ut hic etiam vigilemus, et assumptum veritatis ense
 libere in mendacium exseramus et, quantum in nobis erit, adigamus: arma
 pariter et abeneum arcis murum orthodoxis praebemus, nostra videlicet
 conscripta opera, seu potius sacrarum Scripturarum testimonia; ne illi
 tenebricosam et caliginosam auditionem sequantur, sicque se ipsos in per-
 ditionis gurgitem coniciant. Cum enim tot, tanta et talia, prius quidem
 in nostris investivis et Antirrheticis, nunc autem in ea, quam audiistis, dis-
 putatione testimonia ipsi Palamae protulerim, nec tamen plene huic per-
 suaserim, ut id, quod factum est, minime omnium increatum esse posse in-
 telligeret: agendum de caetero clariora et ipsis fessoribus, ut ita dicam,
 nota verba usurpemus. Omnibus quippe notum est, sacrum fidei nostrae
 Symbolum, diebus cunctis et noctibus, communi omnium orthodoxorum
 confessione ubique iugiter, in pagis, urbibus, montibus et speluncis, at-
 que, ut uno verbo complectar omnia, in universa terra, et quacunque
 aquarum natura facile pervadit, decantari. Porro sic habet istud Symbo-
 lum: „Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et
 terrae, visibilium omnium et invisibilium; et in unum Dominum Iesum Chri-

- A. M. 6859 τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ,
 Ind. 4 δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο." ὁρᾶτε πῶς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῖς
 V. 571 θεοῖς ἀναιρεῖται πατράσι διαβρόχῃ τὸ, ποιήματα εἶναι τὸν δι'
 Θεοῦ τὰ πάντα πεποιήται. γεννηθέντα γὰρ φησιν, οὐ ποιηθέντα.
 (H.) Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα πρώτῃ
 τᾶδε διέξεισιν ἐπιστολῇ· „ἐν τούτῳ," φάσκων, (τῷ πνεύματι δη-
 λαδῆ) „τὴν κτίσιν ὁ λόγος δοξάζει θεοποιῶν, καὶ υἰοποιῶν δὲ
 προσάγει τῷ πατρὶ· τὸ δὲ συνδοξάζον τῷ λόγῳ τὴν κτίσιν οὐκ
 ἂν εἴη αὐτὸ τῶν κτισμάτων." καὶ μετ' ἄλλα· „ὁ γὰρ πατήρ διὰ
 Θεοῦ λόγου ἐν πνεύματι ἁγίῳ τὰ πάντα ποιεῖ, καὶ οὕτως ἡ ἐνότης 10
 τῆς ἁγίας τριάδος σώζεται." καὶ πάλιν· „εἰ τὰ ποιήματα βουλήσει
 καὶ εὐδοκία ὑπέστη καὶ ἡ κτίσις πᾶσα θελήματι γέγονεν, ἐπιός
 ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων, καὶ μᾶλλον οὗτος ἐστιν ἡ
 ζῶσα βουλή τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ τὰ πάντα γέγονε." καὶ πάλιν· „εἰ
 ἐν χειρὶ Θεοῦ τὰ ποιήματα εἰργάσθη (γέγραπται γὰρ ὅτι διὰ τοῦ 15
 P. 709 λόγου πάντα γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν), εὐδελον
 ὡς οὐκ ἂν εἴη ὁ υἱὸς ἔργον· ἀλλ' αὐτός ἐστιν ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ
 καὶ σοφία." καὶ τί δεῖ περὶ τὰ αὐτὰ διηνεκῶς ἀνειλουμένους τὰς
 ὕμῶν ἀκοὰς ἀποκναεῖν; παριστῆν ἱκανῶς τῶν λεχθέντων ἐχόν-
 των, ὡς διήρηται τε πανταχοῦ τῆς γραφῆς τὰ ποιήματα τῆς 20
 ποιούσης οὐσίας· καὶ ὡς κτίσματα εἴη ποιήματα πάντως· καὶ
 ὡς τοὺς θεοὺς διαβάλλει πατέρας, δέει μὲν τῶν οικειῶν ἐλέ-

7. θεοποιῶν δὲ καὶ ed. 8. συνάπτων ed. 13. αὐτός ed. pro poster. ὁ-
 τος. 14. ταῦτα ed. 15. τοῦ Θεοῦ ed. δὲ ed. 18. ἡ σοφία ed.

atum, filium Dei unigenitum, genitum, non factum, Patri consubstantialem; per quem omnia facta sunt." Videtis ut iam inde ab initio divini Patres Nicaeni illum, per quem omnia fuerunt facta, factum esse discrete negarint. Genitum enim inquit, non factum. (VIII.) Sed et magus Athanasius in prima, quam ad Serapionem conscripsit, epistola haec edisserit. „In hoc," inquit, (Spiritu videlicet) „Verbum res creatas glorificat deificans, et in filios adoptans Patri adducit. Porro qui simul cum Verbo creatas res glorificat, ipse neutiquam creata res esse potest." Et paulo post: „Nam Pater per Verbum in sancto Spiritu omnia facit, eoque modo sanctae Trinitatis unitas servatur." Et iterum: „Si creatae res voluntate ac mero Dei beneplacito subsistunt, et omnis creatura voluntate Dei facta est, haud dubie istud Verbum extra eorum numerum est, quae libera Dei voluntate facta sunt, vel potius vivens est Patris voluntas et consilium, in quo facta sunt omnia." Et rursus: „si per Dei manum facta sunt ipsius opera, scriptum autem est, omnia per Verbum esse facta, et sine ipso factum esse nihil, clarum est utique filium non esse opus, sed Dei manum et sapientiam." Et sane quid necesse est ut, in iisdem perpetuo versati, vestras aures obtundamus, cum ex supra dictis abunde probetur, ubique acri in Scripturis factas res a causa sua efficiente distingui, neque creatas res inter et factas quidquam esse discriminis? Satis etiam demonstratum est, quomodo sanctos Patres calumniatur Palamas, eorum verba, ne ipse

ζων τὰ ἐκείνοις λεχθέντα σιγή παριῶν, σκιωδῶς δ' ἐνίων ἐνιαχοῦ A. C. 1351
 προσεμβάλλον γυμνά πως ὀνόματα, ἵνα δι' αὐτῶν συναρπάξῃ Imp. Io. Can-
 δῆθεν τῶν ἀπλουστέρων τὰς ἀκοάς. δῆλον δ' ἔσται μᾶλλον ἐξ B
 ὧν ὀνομασί τε ἐμνήσθη καὶ ὧν τὰς ῥήσεις ἐκτέθειται, παρα-
 ὁσπῶν τὴν αὐτῶν ὀλοκληρίαν, καὶ ἄλλα ἄλλως ἄλλοσε δεικνὸς καὶ
 διασπείρων τεμάχια, καὶ ἀνελευθέρῳ πανταχοῦ χρώμενος ἀνα- C
 δειμ, ὅπη ἂν καὶ ἔθεν οἴηται τὸ βουλόμενον εὐχερέστερον ἀνύ-
 σαι τῆς γνώμης, ὡς ἐκείνους τε προφανῶς διαβάλλοι καὶ ὡς
 οὐκ οἶδ' ὀπότερον, εἴτ' ἐξ ἀμαθίας μᾶλλον ἢ κακοῦθειας δέδρακέ
 10 τε καὶ δρᾶ τουτοῖ, εἴτε τοῦτο μὲν οὐχί, διὰ δὲ κακοῦθειαν καὶ
 μῦλα μόνην μάλιστα ψυχῆς· εἰ δὲ καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἡ τῶν
 πολλῶν μακρὰ κεκράτηκε φήμη, ἦκιστ' ἔγωγε διοίσομαι. πολλα-
 χοῦ γὰρ (ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν) ἠλώκει τε καὶ ἀλίσκόμενος D
 ὁρᾶται μῦλα περιπετῆς καθιστάμενος ἑκατέροις, ὥστε ὀπότερον
 15 ἂν τις βούλοιο προφέρειν κατ' αὐτοῦ, δεξιὸν ὑποκείμενον, οἴ-
 μαι, εὐρήσει τὸν ἄνθρωπον καὶ μῦλα γέ τοι δεκτικόν. καὶ εἰ-
 κότερον τουτί. ὅς γὰρ ἂν οἴησεως ἄωριᾶ τὴν ἡγεμονίαν τῆς γνώ-
 μης πιστεύσας ἐπὶ τὰς τῶν θείων δογμάτων θύρας ἄνευ ἐπι-
 στήμης, ὡς δέδεικται, λεξικῆς ἀφίκτηται, αὐτὸς ἑαυτὸν πεπεικῶς E
 20 ὡς γνοίη καλῶς, ἑαυτὸν τε ἔσφηλε τὰ μέγιστα καὶ σὺν γε αὐτῷ
 πολλοῖς πολλῶν κακῶν ἑτέροις γίνεται τὰ ἐς ψυχὴν αἰτιώτατος.

6. ὡς οὐκ] Capp. hic nonnihil deesse videtur.

redarguatur, silentio praetermittens; alicubi tamen mera et nuda quorum-
 dam nomina obscure interserens, ut iis ad se simpliciorum aures rapiat.
 Hoc autem magis patebit ex illis SS. Patribus, quos nominatim citavit, et
 quorum verba ita in medium adduxit, ut eorum sinceritatem atque integri-
 tatem detruncaret, aliter aliis in locis alia fragmenta exhibens et dissemi-
 nans. Hinc illiberali ubique impudentia utitur, dummodo animi sui propo-
 situm adimpleat, undecunq̄ue et quomocunq̄ue facilius sese illud adim-
 pleturum esse opinatur. Hinc etiam sanctos illos Patres manifeste calu-
 niatur: atque haud scio an ex ignorantia potius quam ex improbitate hoc
 fecerit et faciat: an vero non ita quidem se res habeat, sed sola praeser-
 tim animi malignitate id perpetrarit. Quod si, ut multus vulgi rumor ob-
 tenuit, per ignorantiam simul et improbitatem ita se gesserit, ego minime
 repugnabo. Nam ut plurimum multis in locis deprehensus est, et etiam-
 num deprehenditur in utrumque vitium impegisse; adeo ut utrumlibet ad-
 versus ipsam proferre quispiam voluerit, idoneum, opinor, subiectum et
 hominem ad utrumque maxime habilem sit reperturus. Et hoc profecto
 longe probabilius est. Qui enim importunae, quam de se imbibit semel,
 opinioni principalem animae partem concredidit, ac deinde ad aperiendas
 quasi divinatorum dogmatum fores accedit, ea, quae vocabulorum rationem
 ut ostendimus expendit, scientia destitutus, et tamen sibi se illam pul-
 chre callere persuasit; is maximos primum se in errores inducit, et tum in
 se tum in alios multos multa mala confert, unde ipsorum animae non leve

- A. M. 6859 (Θ.) Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπόλοιπόν ἐστι διδάξαι τὸν ἄνδρα
 Ind. 4 και τῆς τοῦ ἐτοιμάζειν τε και κρίνειν λέξεως τὸ σημαίνόμενον. ὁ
 μὲν γὰρ, ὡσερ τὸ ποιούμενον και τὸ κτιζόμενον ἀποίητόν τε και
 Ἰ ἄκτιστον ἤηται, οὕτω και τὸ ἐτοιμαζόμενον και τὴν κρίσιν
 V. 572 ἄκτιστα εἶναι σημαίνειν ἡγεῖται, ἄττα ποι' ἂν εἴη τὰ ἐτοιμαζόμενα-5
 μενα και κρίνόμενα. ὁ μέγας τοίνυν φησὶν εὐθὺς Ἀθανάσιος· ὡς
 „οἱ ἀσεβεῖς οὐ θέλουσι λόγον μὲν και βουλήν ζῶσαν εἶναι τὸν υἱόν,
 περὶ δὲ τὸν θεὸν βούλησιν και φρόνησιν και σοφίαν, ὡς ἔστιν συμ-
 P. 710 βαίνουσαν· πειθίσθωσαν οὖν Σολομῶντι λέγοντι· ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ
 ἐθμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει. οὕτως¹⁰
 ἐν ψαλμοῖς· πάνθ' ὅσα ἡθέλησεν, ἐποίησεν. εἰ δὲ βούλησις τοῦ
 θεοῦ ἢ σοφία ἐστὶ και ἡ φρόνησις, ὁ δὲ υἱὸς ἐστὶν ἡ σοφία, ὅρα
 μὴ ὁ λέγων βουλήσει τὸν υἱόν, ἴσον λέγη τὴν σοφίαν ἐν σοφίᾳ
 γεγενῆναι, και τὸν υἱόν ἐν υἱῷ πεποιῆσθαι, και διὰ τοῦ λόγου
 Βτὸν λόγον ἐκτίσθαι.” ὁρᾷτε πῶς εἰς ταῦτόν συνάγει τὴν σημασίαν¹⁵
 τοῦ θεμελιοῦν και ποιεῖν και κτιζειν τῇ σημασίᾳ τοῦ ἐτοιμά-
 ζειν. ἀλλὰ και Δαβὶδ, ἡ τοῦ θεοῦ πνεύματος ἔμπνευχος κισάρα και
 μουσα ἁρμονικῇ, „ἐτοιμάζων ὄρη,” φησὶν, „ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ.”
 και πάλιν· „ὄν ἡτοίμασας εὐδύτητας· κρίσιν και δικαιοσύνην ἐν
 Ἰακώβ οὐ ἐποίησας.” Ἴδου και οὗτος ταυτοσημαντὸν ἔδειξεν εἶναι²⁰
 Cτὴν πόλησιν τῇ ἐτοιμασίᾳ. οὕτε γὰρ οὐρανοὺς ἀκτιστους, οὕτ'

7. και σοφίαν al. 8. και ἀποσυμβαίνουσαν al. 9. Σολομῶντι ed.
 11. ἡ βούλησις ed. 12. ὁ ἄρα λέγων ed. 13. λέγει ed. pro λέγη.

detrimentum accipiant. (IX.) Quae cum ita sint, restat ut horum verbo-
 rum (parare et iudicare) significationem Palamam doceamus. Hic enim,
 sicut non factum et increatum existimavit esse illud, quod revera factum
 creatumque fuit, ita vocibus his (praeparatione et iudicio) res increatas
 designari putat, quaecumque tandem praeparentur et iudicentur. Stans
 itaque magnus Athanasius ita loquitur: „Nolunt impii filium esse Verbum
 et vivens consilium; sed contendunt ipsam esse apud Deum voluntatem,
 prudentiam, et sapientiam, quae velut habitus quidam Deo adveniant.
 Salomoni potius fidem adhibeant dicenti: Deus terram sapientia fundavit,
 et caelos in prudentia paravit. Sic in Psalmis dicitur: omnia quaecum-
 que voluit, fecit. Quodsi voluntas Dei sit sapientia et prudentia, et
 aliunde Filius ipsa sit sapientia, cavendum est, ne qui Filium voluntatis
 factum esse asserit, idem omnino dicat, ac si sapientiam in sapientia fa-
 ctam esse, Filium in Filio esse factum, et Verbum per Verbum creatum
 fuisse, affirmaret.” Videtis ut verborum fundare, facere, et creare signi-
 ficationem eandem esse, quae verbi parare propria est, censeat sanctus
 Athanasius. Sed et David, animata illa spiritus divini cithara et harmo-
 nica musa, „praeparans,” inquit, „in fortitudinae sua montes.” Et ite-
 rum: „Tu parasti directiones; iudicium et iustitiam in Jacob tu fecisti.”
 Ecce hic etiam Propheta verborum facere et parare unam eandemque esse
 significationem ostendit. Nec enim caelos increatos, nec increatos terras

ὄρη γῆς ἄκτιστα κύριος ἔκτισε. ναί μὴν οὐδ' ἐδοῦσθης, οὐδέ A. C. 1851
 κρίσις, οὐδέ τι τῶν πάντων, ὅσα τε πεποίηκε καὶ ἡ ἡτοίμασεν, Imp. Io. Can-
 ἄκτιστον οὐδὲν οὐτ' ἔφησέ τις, οὔτε φήσειέ ποτε, πλὴν εἰ μὴ tacuz. 5
 μαινοικό τις. ἀκούομεν δὲ καὶ τοῖς εὐαγγελίοις, πῦρ ἡτοιμασμέ-
 νον εἶναι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. εἰ οὖν ἄκτιστον
 κἄκεινο κατὰ τὸν Παλαμῶν, καὶ θεὸς ἄκτιστός τε καὶ ἄναρχος D
 εἶη ἂν αὐτὸ, καὶ ἔσται διὰ ταῦτα θεὸς καὶ ὁ διάβολος ἄκτιστός
 τε καὶ ἄναρχος, θεωρεῖς τῷ ἀκτίστῳ κλήρῳ αὐτοῦ τῷ πυρὶ· καὶ
 γενήσεται τὰ τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ κολάσεως, ὣν κατὰ τῆς ἀν-
 10 θρωπίνης ἀπάσης ἔδρασε φύσεως ἐξ αἰῶνος, ἕπαθλον τοῦτο. καὶ
 γὰρ τὸ κράτιστον καὶ τοῦθ', ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ὃ παρὰ πάντα
 μοχθεῖ τὸν χρόνον ὁ Παλαμῶς, ἵνα θεὸν τὸν διάβολον καταστη-
 σάμενος ἅμα αὐτῷ καὶ τοῦ πυρὸς κληροῦχος ἐκείνου γένοιτο τοῦ E
 ἀκτίστου, καὶ οὐκ ἔτι φοβοῖτο τὴν κρίσιν τοῦ πάντων δημιουργ-
 15 οῦ καὶ θεοῦ, πρόξενον οὖσαν τοσοῦτου καλοῦ κατ' αὐτόν. ἀλλὰ
 γὰρ ἐλάθομεν δρωῦντες ἐν πίσθῳ τὴν κερυμείαν, ἕτερον τρόπον
 αὐτῷ γηρῶντα παιδεύοντές τε καὶ ἀσκούντες ἄνθρωπον τὴν τῶν
 λέξεων σημασίαν καὶ τέχνην, ἡ πεντεκαδεκέτην μανθάνειν ἐχρήσθαι·
 καὶ δέος, μὴ οἱ φιλοσκώμμοι αἰσθῶνται τε ἡμᾶς περὶ τὰ τοι-
 20 αῦτα ἀσχολουμένους καὶ οὐ ῥῆστα καταγελαῖν ἡμᾶς γε ἀπόσχων- F
 ται. διὸ δὴ τῶν τοιούτων ἀπαλλάττεσθαι τάχιον χρή, μὴ ἀσθε-
 νέστερα γένηται πῶς εἰς τοῦμπροσθεν τὰ τῆς σπουδαιοτέρας ἡμῶν
 ἀσχολίας, ἀνακεραυνώμενα πολλαῖς τε καὶ πολλῶν ταῖς ἐκείνου

montes dominus creavit. Et certe neque directionem, neque iudicium, ne-
 que quidpiam eorum omnium, quae fecit et praeparavit Deus, increatum
 dixerit quis, neque dicet unquam, nisi desipiat. In divinis etiam Evan-
 geliiis Diabolo et eius angelis paratum esse ignem audimus. Igitur si se-
 cundum Palamam increatus ignis ille sit, idem quoque increatus Deus et
 principii expers erit; ac proinde Diabolus erit increatus et principii ex-
 pers Deus, increato igne illo, quae ipsius haereditas est, deificatus; et
 poena ipsi debita, ob mala quae a saeculo in universum genus humanum
 contulit, in huiusmodi praemium convertetur. Etenim istud ipsum praeci-
 pue videtur esse, quod semper tanto molitur opere Palamas, ut, cum ad
 Dei conditionem Diabolum evexerit, simul cum eo ignis illius increati hae-
 res efficiatur; neque amplius omnium opificis et Dei iudicium pertimescat,
 utpote quod iuxta ipsius opinionem tantum bonum conciliet. At enim non
 advertimus nos in dolio figlinam exercere, dum iam senem hominem dedo-
 centes, verborum significationem docemus, et ea instituiamus arte, quam
 decimo quinto aetatis anno discere debuerat; et locus timendi est, ne qui
 mordacibus diceriis et scommatis gaudent, nos huiusmodi rebus occupari
 animadvertant, et a deridendis nobis aegre abstineant. Unde his defungi
 citius nos oportet, ne deinceps in gravioris momenti negotiis defeticamur,
 neve multis et juvenilibus Palamae disciplinae nostrum studium commiscean-

- A. M. 6859 τὰνδρὸς μειρακιώδεσι παιδείαις, καὶ τοσοῦτον οἶκοθεν ζημιό-
 Ind. 4 μενα, ὅσον τῆς ἐκείθεν μεταλαμβάνει φανλότῃτος. (I.) Καὶ
 μὲν δὴ λοιπὸν ἐστὶν ἡμᾶς ἀναδραμόντας ἐκεῖσε δεικνύειν περὶ τε
 P. 711 τῆς θείας μεταλήψεως καὶ ἅμα τοῦ θείου βαπτίσματος. „μύθη-
 σθε γὰρ (σφίσις ἔφη) εἰπόντες, ὅσα καὶ περὶ τουτωνὶ τῶ ὑμῶν
 ἐταίρω νενομοθέτηται Παλαμῶ καὶ πρὸς γε Ἡρακλείας τῶ τοῦ-
 του θεριμῶ διασώτῃ· ὡς δαιμόνων εἴη σκοτεινῶν εὐρημα, μὴ
 τὴν διάφορον τῆς οὐσίας ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὴν θείαν εἶναι τομ-
 V. 573 ζειν οὐσίαν αὐτὴν τὴν ἀγιάζουσαν ταῦτα. μήτε γὰρ τὴν θείαν
 Βπεφυκέναι βαδίζειν οὐσίαν ἐς ὅσα ὑφ' ἥλιον, μήθ' ὅσων ἀδδῖς 19
 εἶναι πιστεύειν, αἷμα καὶ σῶμα τὸν τ' οἶνον γίνεσθαι καὶ τὸν
 ἄρτον ποτὲ τοῦ Χριστοῦ· τύπον γὰρ ταῦτ' εἶναι ἐκείνου, καὶ
 οὐκ ἐκείνου αὐτόχημα.” μακρὸς δ' ἂν εἴη χρόνος μηκύνειν, ἃ
 περὶ τῶν τοιούτων αὐτοὶ τε ἔφασαν καὶ τοῖς γε σφετέροις συνέθε-
 σαν γράμμασι· καὶ ἅμα οὐχ ὅσιον ὁσίων ἀνδρῶν ἀκοὰς ἐμπικλῆν 15
 ἀσεβείας τοσαύτης· ἔξδν ἐνὶ γε τῶ τρόπῳ ταυτὶ προεμένους ἐκ-
 Cna διεξιέναι, ἃ ἂν λέγων οἶομαι τοῖς τὰ ὅσια βουλομένοις λαμ-
 πρῶς χαριῶσθαι. (I.A.) Ὁ τοίνυν ἐκ Λαμασκοῦ φησιν εὐδῆς
 Ἰωάννης, ὅτι „καθάπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς
 ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέλεξε τῶ 20
 ἐλαίῳ καὶ ὕδατι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος [ὁ θεὸς], καὶ ἐποίησεν
 αὐτὰ λουτρὸν ἀναγεννήσεως, οὕτως ἐπεὶ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις

6. τῶ add. Capp. ante Ἡρακλ.

19. ὡσπερ ed.

22. αὐτῶ ed.

tes tantum in nobis ipsis detrimenti patiamur, quantum inde vitii parti-
 cipando contraxerimus. (X.) Et sano superest, ut ad propositam rever-
 tatur, quae divinam Eucharistiae participationem ac divinam simul Baptisma spe-
 ctant, declarem. „Nam (illis aiebam) meministis vos dixisse, quaecumque
 de his amicis vester Palamas, et insuper Heracleensis episcopus, arden-
 tissimus ipsius assecla, statuerunt; a tenebrionibus videlicet daemoneis
 adinventam esse opinionem, qua quis a divina substantia operationem non
 distingui, sed ab ipsa divina substantia isthaec, Eucharistiam et Bap-
 tismum, sanctificari existimet. Nec enim, inquit, divina substantia eius-
 modi naturae est, ut ad ea quaecumque sub sole sunt descendat: neque
 rursus fas est credere, vinum et panem Christi sanguinem et corpus un-
 quam fieri. Illa quippe Christi figuram, non autem re ipsa Christum esse
 dicunt.” Porro multum temporis innumerem, si fusius vellem recensere,
 quae de istis dixerunt ipsi, suisque scriptis consignarunt: aliunde vero ne
 fas est aures piorum impietate tanta implere, cum his omissis una et ea-
 dem ratione liceat ea dicendo percurrere, quae ubi protulero in medium,
 illi qui sancta piaque desiderant rem, ut opinor, gratissimam fecerit.
 (XI.) Stalim itaque sanctus Ioannes Damascenus ita loquitur. „Quemad-
 modum in Baptismate, quia hoc est in more positum apud homines, et
 aqua laventur et oleo ungantur, sancti Spiritus gratiam oleo et aquae con-
 iunxit Deus, et fecit ut ea regenerationis lavacrum essent; ita quoniam

ἐσθίειν ἄρτον, ὕδωρ τε καὶ οἶνον πίνειν, συνέλεξε ἐν αὐτοῖς τὴν A. C. 1851
 αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, ἵνα Imp. Io. Can-
 διὰ τῶν συνήθων καὶ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γενόμεθα. D tacuz. 5
 σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἠνωμένον θεότητι τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου
 βῶμα· οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται,
 ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος μεταποιεῖται εἰς σῶμα καὶ
 αἷμα Χριστοῦ. εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς πῶς γίνεται, ἄρχει
 σοι ἀκοῦσαι ὅτι διὰ πνεύματος ἁγίου." (IB.) Ἀκούετε, πῶς οὐκ E
 ἐέργειαν ἀνούσιόν τε καὶ διάφορόν φησι τῆς θείας οὐσίας ὁ μέ-
 10 γας τῆς ἐκκλησίας φωστήρ, ἀλλ' αὐτὴν γε τὴν θείαν οὐσίαν τοῦ
 πνεύματος· οὐδὲ τύπον γινόμενον σώματος ἐκείνου τοῦ σωτηρίου
 τὸν ἄρτον, ἀλλ' αὐτὸ γε ἐκεῖνο, καὶ οὐκ ἄλλο ἐκείνου. καὶ τό γε
 μῆλον, ὡς οὐχ ἁπλῶς οὕτωςι παρῆλθεν εἰπὼν ἐν βραχεῖ, ἀλλ' F
 ὅλον ποιεῖται λόγον, καὶ λίαν πεφροντισμένον, καὶ σὺν γε μακραῖς
 15 ἐπιεικῶς ἀποδείξει φυσικαῖς τε καὶ γραφικαῖς. πολλὴ γὰρ τις
 τότ' ἦν ἡ θάλασσα τῶν τῆς ἐκκλησίας πολέμων, καὶ ὁ τῶν κυ-
 μάτων ἐκείνων ὄγκος σφόδρα γε ᾧθει πρὸς τῶν Εἰκονομάχων
 πάνυ σφοδρῶς ἀναρρέπιζόμενος, περὶ γε δὴ τῶν εἰρημένων, καὶ
 πρὸς γε τοῦ ἐν Θαβωρίῳ φωτός· ἐξ ὧν ἀφορμὰς οὐχ ὅσας ἀνα- P. 712
 20 πλάττοντες τὸν τε τῆς εἰκονομαχίας ἠρέθιζον θόρυβον καὶ τὴν
 ἔνσαρκον τοῦ κυρίου διέβαλλον παρουσίαν· ὡς ἀνωτέρω πον διε-
 λύβομεν καὶ ἡμεῖς, οὐκ ἐρῶσθιμημένον τινα μηκύναντες λόγον·

3. γινόμεθα al.

4. ἠνωμένων ed.

6. μεταποιεῖνται ed.

7. θεοῦ ed.

moris est hominum, panem manducare, et aquam ac vinum bibere, suam
 iis divinitatem coniunxit, et eadem corpus et sanguinem suum effecit, ut
 per consueta et naturalia ad supernaturalia perveniamus. Vere corpus est
 divinitati unitum, quod ex sancta Virgine sumptum est corpus; non quod
 assumptum in caelos corpus inde descendat: sed quia ipse panis et vinum
 in corpus et sanguinem Christi convertuntur. Si autem quaeras, quomodo
 haec fiant, satis tibi sit audire, per sanctum Spiritum haec fieri." (XII.) Au-
 ditis, quomodo magnum ecclesiae luminare non operationem substantia
 vacuam et a divina substantia distinctam, sed ipsam divinam sancti Spi-
 ritus substantiam, neque salutaris illius corporis figuram, sed ipsum illud
 corpus nec ab illo aliud esse, panem eucharisticum asserat. Porro, quod
 maius est, non simpliciter neque in transcurso paucis haec verbis protulit:
 sed solidum atque integrum libri quarti caput magno studio hanc in rem
 elaboravit, et valde prolixas demonstrationes, tum ex naturalium rerum
 penu, tum sacris e Scripturis deprompsit. Tunc enim ecclesiae gravi bello
 velut marina tempestate iactabatur, et valde intumescerat illorum moles
 fluctuum, quos vehementissime concitabant Iconomachi, tum de praedictis,
 tum de Thaborico lumine, disceptantes. Hinc erroris occasionibus, quas
 impie confinxerant, captatis, haereseos iconomachicae tumultum excitabant,
 et domini Iesu incarnationem calumniabantur, ut supra exposuimus, ubi
 nec nos piguit prolixiorē hac de re sermonem instituere. Tunc certe ma-

- A. M. 6859 **Ind. 4** ὅτε δὴ καὶ πάσας μὲν ἀρχὰς, πάσας δ' ἔξουσίας, οἱ τῆς τόσου ταύτης ὑπηρεῖται διενενέμηστο, καὶ πῦσα πάντων ἄμιλλα πρὸς Β τὸν ὁμοῖον τῆς κακίας ταύτης ἐτέτακτο δρόμον, καὶ σχεδὸν ὁ τῶν τηρικῶτα βίος ἀνθρώπων, διὰ τρυφήν καὶ βλακειάν, ἐς τὴν τῶν βασιλικῶν θεσπισμάτων ἔκλιε κολακείαν, καὶ πάντο βρα-5 χεῖς τινες ἦσαν, ὧν ἐλεύθερον τῆς ψυχῆς ὑπῆρχε τὸ φρόνημα, καὶ ἔξει τὸ τῆς καρδίας πῦρ, μεθ' οὗ καὶ πρὸς τὸ πολέμιον ἐκῆτο γενναίως ἀντεστρατεύοντο πῦρ, καὶ τοῖς λόγοις τοῦ σοφοῦ τοῦδ' ἀνδρὸς συνεμάχουν ἐκ τῶν ἐνότων, οἱ μὲν λόγοις, οἱ δ' ἔργοις, C οἱ δὲ δι' ἑκατέρων. ὧν εἷς καὶ Θεόδωρος ἦν, ὁ πολλὴν μὲν τὴν 10 ἐκ λόγων σοφίαν, πολλὴν δὲ τὴν τοῦ σώματος καρτερίαν πρὸς τὰς τῶν πολεμίων ἐκείνων πληγὰς ἐνδειξάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τοῖς πατρίοις τὸ βέβαιον καὶ ἀσάλευτον χαρισάμενος δόγμασι τὸ V. 574 νεμόμενον ἔπαυσε τῆς κακίας ἐκείνης. καὶ μὲν δὴ πολλῶν ὄντων, ἃ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ καταλελοίπει συγγράμματα, πλήρη σο-15 φίας ἐπιστημονικῆς καὶ ἅμα δ' εὐσεβείας σεμνῶς πανηρωρίσσης, ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος, ἕνια μὲν καὶ ἡμῖν ἐς τὴν ἀν-τέρω που χρεῖαν μεγίστην παρέσχετο συμμαχίαν· καὶ νῦν δ' ἀ-θεις κατὰ γνώμην ἂν εἶη καὶ οὐ μᾶλα γέ τοι ἀηδὲς ἐμοί, τῶν ἐκείνου βίβλων, ὡς ἔξ ἱερῶς τινος ὀπλοθήκης, τὸ καίριον καὶ 20 τῇ πυγούσῃ χρεῖα πάλιν ἀνειληφέναι ξίφος. προτίθησι γὰρ ἐκί E τὰ τῶν προέδρων τῆς εἰκονομαχίας ἐναγώνια ῥήματα πρότερον, ἔχοντα οὕτως. (ΙΓ.) „Προγονοὺς,” φησὶν, „ὁ Χριστὸς τὸν θύνα-

gistratus omnes, et caeteras imperii dignitates, huius, quae velut verbum cunctos infecerat, haereseos ministri distribuebant, et certatim omnes maxima contentione ad similem correbant improbitatem; quin et illius aetatis homines, ob vitae delicias et luxum, eo fere inclinabant animum, ut actionibus imperatorii adulerentur. Supererant paucissimi, quorum generosus ac liberior animus, itemque ardentissimus in corde ignis, contra inimicum illum ignem fortiter decertabant; et hoc in bello sapientiam huiusce viri S. Ioannis Damasceni sermonibus pro sua quisque facultate, alii verba, alii opere, utroque alii, opitulabantur. Horum unus fuit Theodorus Graptus, qui multam tum scriptis in sermonibus sapientiam, tum ad perferendas hostium illorum plagas corporis patientiam demonstravit. Unde firma et inconcussa, quae a maioribus accepimus, dogmata servavit, et grassantem ubique malitiam compevit. Porro magnus hic doctor scripsit plures et Dei ecclesiae reliquit libros, qui ubere sapientiam cum scientia coniunctam et pietatem Augusto splendore festam continent; ex quibus nonnulli quidem maximum et necessarium ad superiorem controversiam adiumentum nobis attulerunt: attamen perlubenti animo, nec sine quadam voluptate, rursus ex ipsius libris, ceu sacro ex armamentario, nunc opportunam ad praesentis disputationis necessitatem gladium educam. Ibi quippe statim proponit verba, quae velut classicum canentia proferebant Iconoclastarum haereseos antistites. Sunt autem huiusmodi. (XIII.) „Christus,

τον αὐτοῦ ἤθελσε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις A. C. 1851
 παραδοῦναι, δι' οὗ ἠράσθη πράγματος, τύπον εἰς σῶμα αὐτοῦ. Imp. Io. Can-
 ἵνα διὰ τῆς ἱερατικῆς ἀναγωγῆς λάβωμεν ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς
 σῶμα αὐτοῦ." εἶτα ἐπιφέρει τὴν ἐκείνην οὗτος καθαιρέσειν οὕτως. F
 5, "ἡμεῖς δέ," φησὶν, „οὔτε εἰκόνα οὔτε τύπον τοῦ σώματος ἐκεί-
 νου ταῦτα λέγομεν, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελεῖται, ἀλλ' αὐτὸ
 τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τὸ τεθειωμένον. τοῦτο καὶ τοῖς μαθη-
 ταῖς αὐτοῦ παρείδου, λάβετε, φάγετε τὸ σῶμά μου, λέγων,
 οὐχὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματός μου. ὡς γὰρ ἐκ τῆς παρθένου τὴν
 10 σάρκα διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐαυτῷ ὑπεστήσατο· εἰ χρῆ
 δὲ καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς τοῦτο δηλῶσαι, ὡς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶ- P. 713
 νος καὶ τὸ ὕδωρ φυσικῶς εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίουτος καὶ
 πίνοντος μεταβάλλεται, καὶ οὐκ ἂν εἶπομεν ἕτερον σῶμα γίνε-
 σθαι παρὰ τὸ πρότερον, οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπερφυσῶς ἐπικλή-
 15 σει τοῦ ἱερατεύοντος, ἐπιφοιτήσει τε τοῦ ἁγίου πνεύματος,
 εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταβάλλεται." Ἰδοὺ καὶ ὁ μέγας
 οὗτος διδάσκαλος ταῦτ' αὐτῷ ἁγίῳ ἐκείνῳ φθέγγεται πατρὶ, καὶ B
 πολλῷ πλέον, ἢ Παλαμᾶς τοῖς ἀτοπωτάτοις ἐκείνοις Εἰκονομά-
 χους. ἀλλίσκεται γὰρ κἀναυθὰ καὶ τούτους ἐς τὴν ὁμοίαν κα-
 20 κίαν ὑπερβαλόμενος, εἴ τις τὰ ἀμφοῖν παράλληλα θέμενος συν-
 ορήφ' ἐγκλήματα· μάλα εἰκότως. τὰ γὰρ θεῖα δόγματα, καθόσι
 πατέρων ὁρθῶς ἐνθμιζόμενα, παραλύειν οὐκ οἶδεν οὔθ' ἦν

4. ἐκείνων conl. Capp.

inquiant, „cum suam praenovisset mortem, sanctis discipulis et Apostolis
 suis, per id quod valde concupivit, figuram sui corporis tradere voluit, ut,
 accedente mystica sacerdotis benedictione, velut proprie ac vere corpus
 ipsius accipiamus." Deinde illorum verborum refutationem ita subiungit hic
 doctor. „Nos autem," inquit, „neque imaginem neque figuram illius corporis
 haec sacra Eucharistiae mysteria esse dicimus, quanquam symbolice
 conficiantur; sed ipsum Christi corpus deificatum. Hoc et suis discipulis
 tradebat: accipite, manducate corpus meum, dicens, non mei corporis
 imaginem. Ut enim ipse sibi per Spiritum sanctum carnem ex Virgine pro-
 duxit; aut, si exemplo a nobis petito istud explicari oporteat, sicut panis
 et visum et aqua naturaliter in corpus et sanguinem comedentis et bibentis
 transmutantur, nec dicemus unquam aliud a priori diversum corpus
 fieri; ita haec etiam Eucharistiae symbola, sacerdotis invocatione et sancti
 Spiritus adventu, in corpus et sanguinem Christi supernaturaliter trans-
 mutantur." Ecce hic quoque magnus doctor eadem profert, quae protulit
 olim sanctus ille Pater Ioannes Damascenus, et quidem multo magis quam
 Palamas eadem cum ineptissimis illis Iconomachis proferat. Hos enim hic
 etiam in similibus malitiae collatione superat, si quis ea secum invicem col-
 lata conspiciat, quae possent ambobus exprobrari. Nec sane immerito.
 Nam divina catholicae fidei dogmata, cum sanctorum Patrum regulis ap-

- A. M. 6859 ἡ παξ ἤρμουςται συμφωνίαν πρὸς ἑαυτὰ, οὐθ' ἦν αὐτὸ πρὸς τὰ ὁμό-
 Ind. 4 C στιχα. τὸ δὲ κακὸν, οὐδέσι κανόσιν ἐπόμενον, συμφωνεῖν οὐκ
 οἶδεν οὐδέσιν· ἀλλὰ μάχεται μὲν τῷ φύσει καλῷ, μάχεται δ'
 οἷς ἔναγχος γέγηθε συμφωνῶν, μάχεται δ' ἐπίσης καὶ ἑαυτῷ. οὐ-
 τως ἐμμανῆ τε καὶ ἄτοπον ἔσχε τὴν ἕξιν αἰεὶ τὰ κακά. (IΔ.) Προς-5
 οιστέον δ' ὑμῖν καὶ ἡ Γρηγορίῳ τῷ Νυσσαέων εἰρητιμώτατον,
 Δ' ἵνα γινώτε τὴν τοῦ καλοῦ συμφωνίαν ἐκασταχόθεν καὶ πολλα-
 χόθεν ὁμοίως ἔχουσαν. „ὁ ἄρτος,” φησὶν, „ἄρτος ἐστὶ τῶς κοι-
 νόσ· ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα Χριστοῦ
 λέγεται τε καὶ γίνεται.” ἢ που μακρὰ τις ἂν εἴη σχολῆς ἡμεῖς,¹⁰
 μὴ τοῖς οὕτω λεχθεῖσιν ἀρκουμένους πλείω ζητεῖν εἰς ἐκλογὴν
 τοῦ καλοῦ τε καὶ χείρονος ἕτι. ὁρᾶτε γὰρ ὑμεῖς, ὅπως ἀμογητὶ,
 E καὶ κατὰ τὸ αὐτόματον εἰπεῖν, ἀναβήθησιν πανταχόθεν τὰ τῆς
 πονηρῆς τοῦ ἀνδρὸς ἑορτῆς ἀνακαλυπτήρια, καὶ δέδεικται σα-
 φῶς πάσαις μὲν αἰρέσεσιν ἔνοχος ὢν, πάσας δ' ὑπερβάλλων ἐκ-
 V. 575 σταχοῦ, πάσας δ' εἰς ἀναίρεσιν τῆς ἐνοχίας θείας συνάπτων
 οἰκονομίας· ὡς ἀνωτέρω τε πολλάκις ἡμῖν δέδεικται καὶ πολλῶ
 πρότερον ἐν τοῖς ἡμῶν Ἀντιβήρητικοῖς. πηγὴ δ' ἀπάντων κακῶν
 F τουτωνὶ καὶ θεμελίος ἀμαθία καὶ οἰήσις, οἷς φάρμακον οὐκ
 ἔστιν εὐρεῖν τῶν ἀπάντων οὐδὲν οὐδαμῆ· οὐδ' ἀλώσιμα ταῦτα
 τέχνη γένοιτ' ἂν οὐδενὶ γε τῷ τρόπῳ τῶν πάντων τινί. ἢ γὰρ ἂν
 ᾗδει καὶ αὐτὸς, ἀκούων τῶν ἱερῶν καὶ σοφῶν διδασκάλων τῆς

4. συμφωνοῦν coni. Capp. 6. τῷ em. Capp., τῶν apogr.

prime congruant, quem inter se semel effecerunt aut cum similibus aliis
 servant concentum, hunc dissolvere nequaquam possunt: malum autem,
 cum nullis regulis accommodatum sit, nullis consonat; sed ei, quod ex sa-
 tura sua bonum est repugnat, ut et iis, quorum concentu paulo ante gaudebat,
 imo secum etiam peraeque pugnat. Adeo insane semper et absur-
 de mala sese habuerunt. (XIV.) Verum operae pretium est ut ea vobis
 afferam, quae sanctus Gregorius, Nyssenorum episcopus, olim protulit, et
 multis e locis et undecunque bonum sui semper esse simile, cognoscatis.
 „Panis,” inquit, „hucusque communis est panis: cum autem eucharistico
 mysterio fuerit consecratus, Christi corpus dicitur et efficitur.” Certe
 multo intempestivoque otio abundarent, qui supra dictis minime contenti
 adhuc plura quaerent, ut boni ac peioris delectus haberetur. Ipsi enim
 videtis, ut nullo negotio atque, ut ita loquar, sponte ac ultro erumpant us-
 dequaque nefanda hominis istius festa, et impia mysteria retogantur.
 Omnium haeresoon Palamam reum evidenter peregrinus; demonstravimus
 omnes haereticos ab ipso ubique superari; cunctas ab eodem connecti simul
 haereses, ut divinae incarnationis mysterium evertat, quemadmodum saepe
 supra et nostris in Antirrheticis multo antea ostendimus. Horum autem
 omnium fons atque causa malorum est ignorantia et arrogans de se con-
 cepta opinio, quibus nullum omnino inveniri potest remedium; neque ars
 ulla est, quae qualibet ratione possit haec sanare. Alioqui artem huiusmodi
 nosset ipse Palamas, qui a sacris et sapientibus ecclesiae doctoribus audiv,

ἐκκλησίας, μὴ εἶναι διαφορὰν οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἐφ' ἀπλῆς A. C. 1851
καὶ ὡσώματου φύσεως, καὶ μάλιστα πάντων τῆς θείας ἐκείνης Imp. Io. Can-
καὶ ὑπὲρ νοῦν, μηδ' ἐς τοσαύτην ἤκειν διαίρεσιν, ὡς τὴν μὲν tacuz. 5
ἀμείβετον εἶναι παντάπασιν κτίσμασιν ἅπασιν καὶ ἄνω που περιγε-
5 γραμμένην, τὴν δ' ἐνεργεῖαν ἐς τὰ περιγεία κατιοῦσαν ἀνούσιον P. 714
σάρκα τε δένασθαι φορέσαι μεθ' ἰλαρότητος καὶ αὐτὴν τε μέ-
νουσαν ἄκτιστον ἄφλεκτόν τε διατηρεῖν τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ
πρὸς γε μεταδιδόναι καὶ τῆς οὐκείας ἀκτιστότητος αὐτῆ· ὃ τῆ
θεία οὐσία ἐνεῖναι οὐ συγκεχώρηται οἱ. φθείρεσθαι γὰρ φησι τὴν
10 σάρκα, πρὶν αὐτῆς μετασχεῖν. τῆς γοῦν ἁγίας παρθένου μηδα-
μῆ φλεγθείσης μηδ' ἀναλωθείσης τῷ πυρὶ τῆς θείας οὐσίας, B
συνάγεται κατ' αὐτὸν, μὴ τὴν θεῖαν οὐσίαν ἐξ αὐτῆς σεσαρκῶ-
σθαι τοῦ λόγου, ἐνεργεῖαν δ' οὖν, ἄκτιστον οὖσαν μὲν καὶ αὐ-
τὴν, ἀνούσιον δὲ καὶ ὑφειμένον πως καὶ μὴ πάνυ τοι φλέγον τὸ
15 πῦρ κεκτημένην. οὐ γὰρ ποτ' οὔτε του τῶν ἄλλων ἁγίων, οὔτ'
οὖν Ἀθανασίου τοῦ θελοῦ ἀκήκοε βοῶντος τοῖς Μανιχαίοις· „εἴ-
πατε, οἱ ἐφευρεται τοῦ καινοῦ καθ' ὑμᾶς εὐαγγελίου, πόθεν
ἐμῖν κατηγγέλη, σάρκα ἄκτιστον λέγειν, ὥστε ἢ τὴν θεότητα C
τοῦ λόγου εἰς μετάπτωσιν σαρκὸς φαντάζεσθαι, ἢ τὴν οἰκονο-
20 μίαν τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως, δόκησιν
νομίζειν καὶ φαντασίαν. ἄκτιστος μὲν γὰρ πέφηνε μόνῃ ἡ ἁγία

11. φλεγθείσης Capp. in textu, in mg. conl. φθαρθείσης, in apogr.
erat φθιγθείσης. 18. κατηγγέλλη vel κατηγγέλλη edd. 20. ὡς
δόκησιν ed. 21. καὶ φαντασίαν deest in ed.

in simplici atque incorporea et omnium maxime in divina illa, quae omnem intellectum superat, natura, nullum essentiae et operationis esse discrimen; nec eas inter se tantopere differre, ut essentia quidem ab nulla creatura possit ullo modo participari, et caelestibus locis quodammodo circumscripta sit. Operatio autem, seu efficacia per se minime subsistens, ad res terrenas descendat, libenter et hilare carnem gestet, ipsa increata et inconsumpta manens conservet humanitatem, cum qua insuper sibi propria in creati conditionem communicet; quod in divinam substantiam convenire Palamas inficiatur. „Caro enim,” inquit, „prius absumeretur, quam divinae fieret substantiae particeps.” Cum itaque sancta Virgo, divinae substantiae igne combusta aut consumpta non fuerit, colligitur secundum eius opinionem, divinam Verbi substantiam ex ipsa beata Virgine non fuisse incarnatam, sed operationem seu efficaciam quandam duntaxat, increatam quidem, sed per se minime subsistentem, quae inferiorem seu remissam ignem nec omnino combustivum possidebat. Numquam enim ulium e sanctis Patribus, sanctum praesertim Athanasium, audiit Manichaeis clamantem: „Dicite, auctores novi secundum vos Evangelii, undenam vobis praedicatum est, carnem increatam esse dicendam, ita ut aut deitatem verbi in carnem dilapsam et mutatam fuisse comminiscamini, aut oeconomiam passionis, mortis, et resurrectionis, meram apparentiam et phantasiam existimetis? Sola enim sancta deitatis Trinitas est increata et ae-

- A. M. 6869 λέγοντας, ἄγλους οὐκ ἂν εἶναι· οὐδὲ γὰρ ἂν ποτε φαιῖμεν ἡμεῖς,
 Ind. 4 E οὔτε τὰ διελλημμένα πνεύματα, οὐκ οὖν οὐδὲ τὰς τοῖς κτίσμασι
 διδομένας χάριτάς τε καὶ ἐνεργείας ἐκ τοῦ παντός αἰῶτος, ὡς
 οὐκ εἶεν κατὰ τὸ ἀναμφίλεκτον ἄκτιστα. εἰ γὰρ καὶ Θεὸν διδόναι
 κτιστὰ συγχωροίημεν, τί ἂν εἴη τὸ τῆς Θείας ὑπεροχῆς ἐξαιρετον; 5
 τοῦτο γὰρ καὶ ἀνθρώποις ἐξῆστι ποιεῖν ἕλ, καὶ διδόναι ὡς ἂν
 τις ἐθέλοι ὅποσα ἂν τῶν προσκαίρων καὶ ὅσα τῶν κτισμάτων ἐθέ-
 Fλοι. Θεὸς οὖν ἄκτιστος ἄκτιστα διδοίη ἂν κατὰ τὸ εἰκός. εἰ δὲ
 τις ἄλλως ἐθέλοι λέγειν; ἀπόβλητος ἂν εἴη ἡμῖν ἐκ παντός γε τρό-
 που, κἄν οὐρανοῦ βοῶσι βρονταί, κἄν στοιχεῖα πάντα φωνήετα 10
 καταστάντα λέγῃ ταυτί. (B.) Ἐμοῦ δὲ τῶν ἁγίων προκομίζω
 ἐπιχειροῦντος τὰς βίβλους, ἐκεῖνοι μὴδὲ μικρὸν γοῦν ἀνασχομένοι
 ἐξανέστησαν, πολλὴν ἐμοῦ καταχέοντες χλεύην καὶ πλεῖστα τε
 λέγοντες ἕτερα καὶ „ὡς ἄσύνετα δρῶς κατὰ σευτοῦ, βασιλικῶς
 P. 716 ἀντιπρότιων προστάγμασιν, ἐξὸν ἐνδόντα βραχὺ μείζονος ἢ κατῆ 15
 τὴν πρὶν ἀπολαύειν εὐμένειαν, ἐκ τε βασιλέων καὶ βασιλίδων,
 καὶ ἅμα πρὸς πάντων, ὅσοι τε τῶν συγκλητικῶν καὶ ὅσοι τῶν
 ἄλλως ἐχόντων αἰδοῦς καὶ τιμῆς. καὶ μὲν δὴ κεφάλαιον, ἔφασαν,
 ἔστω σοι τοῦτο τῶν λόγων, ὡς ἐπιμένων ταύτῃ τῇ σκληρότητι
 πολλῶν μὲν στειρήσῃ τῶν ἀγαθῶν, πολλῶν δὲ πειραθῆσῃ τῶν 20
 λυπηρῶν· καὶ ἅμα τῶν μὲν σῶν λόγων ὅσοι ἐπ' ἐκκλησίας ἐν
 Βταῖς τῶν ἁγίων ἀναγινώσκονται μνήμαις, πῦρ δαπανήσει πολέ-

16. εὐμενείας conl. Capp. 20. στερεθῆσῃ conl. Capp.

„Sancti sunt, et sic ista non dixerunt; vel ista dixerunt; ac proinde Sancti non sunt. Absit enim, ut dicamus unquam, non esse dubio procul increata, tum illa sancti Spiritus dona, quae Deus uerbo distribuit, tum gratias et operationes, quas ab omni aevo creaturis largitur. Nam si creatas res dari etiam a Deo fateremur, quid egregii praeter caetera et eximii diuina maiestas haberet? Hoc enim facere semper ipsi homines possunt; neque quibuslibet dare quotquot temporaria et quaecunque creata quisquam uoluerit. Deus itaque, cum sit increatus, par est ut increata largiatur. Si quis autem aliter loqui uelit, hunc omni prorsus ratione reiciimus, licet caelestis tonitruum clamor audiatur, licet omnia quoque elementa fiant uocalia et isthaec proferant.” (II.) Cum uero me accingerem ad afferendos sanctorum Patrum libros, illi ne tantillum quidem sustinere: sed statim surrexerunt, ualde me irridentes, et haec inter alia plurima mihi dixerunt. „Nae tu,” inquebant, „imprudenter et insipienter aduersus temet ipsum agis, quod sanctionibus imperatoris obsistas; cum liceret (si paulo remissior esses) longe maiorem quam antea imperatorum, imperatorum, et omnium quicumque vel senatorii sunt ordinis, uel aliqua dignitate alia et honore fulgent, beneuolentiam consequi. Caeterum (aiebant) sermonis nostri summa illa sit: si ita obstinatus permanseris, multorum quidem bonorum iacturam facies, multa uero tristitia malaque habebis. Adde, quod sermones tuos omnes, qui per festos Sanctorum dies in ecclesia leguntur,

μιον και αντίθετον άπαντας εν βραχεϊ, προστάττοντος βασιλέως· A. O. 1851
 σὸ δ' άταφος θανὼν έξω που εἰρήσῃ τῆς πόλεως." (Γ.) Ἐγὼ ^{Imp. Io. Can-}
 δ' ὑπολαβὼν Διοκλητιανοῦ και τῶν κείνου καιρῶν ἔφασκον εἰ- ^{taeuz. 5}
 ραι ταυτὶ τὰ ῥήματα· και μὴ, τὰ μέγιστα χαριζόμενοι τῶν κα- ^{V. 577}
 βλῶν, συγγεῖτε τὴν χάριν εν τῷ τῆς ἀπειλῆς σχήματι. τοὺς γὰρ C
 μαρτύρων ἐμοὶ στεφάνους ὑπισχνόμενοι χορηγεῖν κακίστοις ὀνό-
 μασι τὰ βέλτιστα δοκεῖτε συγγεῖν· και ἡμεῖς μὲν ὧν βασιλεὺς κύ-
 ριος, ἀπειλεῖτε· ἐγὼ δ' ὧν ἐγὼ κύριος σὺν γε θεῷ και πάνυ φυ-
 λάττειν, ἀγωνιοῦμαι και μέχρι θανάτου στήσομαι, τὸ φρόνημα
 O τῶν ἀδοῦλωτον. εὐσεβεῖν μὲν γὰρ ἀνάγκη, ζῆν δ' οὐκ ἀνάγκη·
 και θνήσκειν μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνάγκη, θάπτεσθαι δ' οὐκ ἂν
 ἀνάγκη. κάκεινοι μὲν εν τούτοις ἀπήσων. (Δ.) Ἐμοὶ δὲ πάλιν D
 κλειθρα και μοχλοὶ θυρῶν ἐπήγοντο, και τῶν προτέρων πικρό-
 τεροι φύλακες. καίτοι γε ἐβουλόμην γ' ἂν ἐπ' αὐτῶν και θάτε-
 5 ρον μέρος τῆς σφῶν ἀπειλῆς τῇ προσηκούσῃ παραπέμψαι γλεῦθι,
 και δεῖξαι κἀνταῦθα διαψάλλεστερον, ὅσον τῆς ἀπονοίας τὸ ἄγνω-
 μόν τε και εὐθδεις. οἱ δὲ, ὡς ἔοικε, τὴν ἑαυτῶν αὐτοὶ κασα-
 γρόντες εἰσχύνην, κωφοὶ τοῖς λεχθησομένοις ἀπιόντες ὤχοντο.
 εἶναι γὰρ Παλαμίταις τὸ σκοπιμώτατον, παῦσαι μὲν τὰς ἑορτὰς E
 τοῦ θεοῦ, τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν μηδαμῶς αὐτοῦ προσιεμέ-
 νοις· παῦσαι δὲ και τοῦνομα τοῖς λόγοις τούτοις τοῦμὸν μετὰ
 τῆς ἐμῆς ἐμφαινόμενον εὐσεβείας. εἰ οὖν τοῦτο διδοῖη τις, οὐκ

7. συγγεῖν em. Capp., συγγεῖνων apogr. 13. πικρότεροι em. Capp.,
 μικρότερα apogr.

ibente imperatore, inimicus et infestus ignis brevi absumet; tu vero post
 obitum tuum extra urbem insepultus aliquo proicieris." (III.) Illorum ego
 sermonem excipiens, „haec," inquam, „Diocletiano eiusque temporibus verba
 congruunt. Et certe cum maxima mihi bona gratificantes offeratis, nolite
 minarum obtenta gratiam istam confundere. Nam dum pollicemini fore ut
 Martyrum mihi coronas impertiatis, res optimas pessimis, ut videtur, no-
 minibus confunditis. Et vos quidem ea minitamini, quae sunt penes impe-
 ratorem: ego autem (quae iuvante Deo constanter servare penes me est)
 certabo et usque ad mortem stabo, nemini mancipatam mentem conservans.
 Nam pietatis exercendae summa est necessitas, nulla autem vivendi: pro
 pietate quoque mihi necesse est, non item sepeliri." Interim illi abierunt.
 (IV.) Ut autem strictius iterum custodirer, foribus admoventur serae, pes-
 suli obduntur, et custodes prioribus acerbiores apponuntur. Maxime ta-
 men optarem, ut alteram partem eorum comminationis congruo derisu pro-
 sequi coram ipsis mihi licuisset, et ibi luculentius ostendere, quanta fuerit
 vesanorum hominum amentia et soliditas. Illi autem, ut videtur, perspe-
 cta sua ipsorum ignominia, obsurduerunt ad res dicendas, et discesserunt.
 Hunc enim sibi praecipuum Palamitae scopum proponunt, ut tum omnes
 Dei festos dies abolant (quoniam incarnationis eius mysterium nullatenus
 admittunt), tum etiam impediunt, ne amplius in istis hominibus ac sermo-
 nibus nominis mei cum pietate appareat. Quod si concederet quis-

- A. M. 6859 ἄν φθάνοι τὰς Μωσέως καὶ Δαβὶδ καὶ πάσας Ἰουδαϊκὰς διαγρά-
Ind. 4
A. C. 1351 φων βιβλούς, ἅτε χρόνοις ὕστερον ἐκκηρύκτου καταστάντος τοῦ
Imp. Io. Can-Ἰουδαίων ἔθρους ἡμῖν. καὶ μοι θαυμάζειν περὶ στί, πῶς Νεστό-
tacz. 5
P. 717 ριον μὲν καὶ εἰκονομάχους τὰλλα ζηλοῦσιν αὐτοῖς, ᾧ μάλιστα
γε ἐχρῆν ὁπωσοῦν ἐχομένῳ σιλαντία, ἐν τούτῳ μάλιστα ζηλοῦσιν
οὐ γέγνηται νῦν. τὴν γὰρ τοῦ Θεοῦ λόγου συγγέοντες ἐνασθρῶ-
πησιν ἐκείνοι, καὶ τὰς θείας ἐκ μέσου ποιοῦντες εἰκόνας, ὅσα
P. 717 μουσουργοὶ καὶ λογογράφοι τῇ ἐκκλησίᾳ καταλελοίπασιν ἄσματα
καὶ λόγους, τούτων δ' οὐδὲν οὐδαμῆ συνεξώθησαν· ἀλλ' ἦδον
καὶ ἐτησίοις ἐγέραιρον πανηγύρεσιν. οὗτοι δέ, τό σφισιν εἰωθὸς 10
κάνταῦθα ποιεῖν οὐδαμῆ γε ὀκνοῦντες, καὶ ταύτῃ κἀκείνους τῇ
κακίᾳ φιλονεικοῦσι νικῆσαι. αἰσχύνῃ γὰρ τοῦτο, καὶ μάλα ἀπό-
βλητον εἶναι νομίζεται Παλαμᾶ, καδ' ὅποσα τοῖς ἀρχηγοῖς τῶν
Βαίρέσεων εἴρηται σπέρμα δυσσεβείας ἀρχεισθαι, εἰ μὴ καὶ τὴν
παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρου κακίαν ἐπὶ κακίᾳ. ἐνεργὸν γὰρ αἰεὶ τὸ 15
φιλότιμον ὁ ἀνὴρ ἐνδείκνυται, πανταχῆ πάντας κακοῦς ἐν κακοῖς
ἐπερβύλλαν.

priam, fieri non posset, quin protinus Mosis, Davidis, et omnes Iudaeorum libros oblitteraret, utpote cum iam pridem Iudaeorum gens a nobis damnata et proscripta fuerit. Et hoc mihi valde mirum accidit, quomodo Nestorium et Iconomachos in aliis aemulentur, nec tamen eosdem nunc aemulati fuerint, hac praesertim in re, in qua illos aemulari deberet is, qui qualicumque sui amore teneretur. Nam licet Dei Verbi incarnationes everterent Iconomachi, et divinas imagines e medio tollerent, attamen nullus hymnos, nullas homilias, nulla cantica, ex iis quae scriptores huiusmodi operum ecclesiae reliquerunt, abolevere: immo canebant et anniversariis honorabant solemnitatibus. At vero cum Palamitas, quod sui moris est, hic etiam perpetrare neutiquam pigeat, ista quoque Iconomachos improbitate superare contendunt. Probrosus enim et relectissimus Palamas videtur, sibi satis habere quaecumque ab haeresion ducibus reperta sunt semina impietatis, nisi illorum improbitati suam quoque improbitatem conferat et adiungat. Namque actuosam semper ambitionem prae se fert Palamas, et malitia malos omnes ubique superat.

A N N O T A T I O N E S

HIERONYMI WOLFI

CAROLI DUCANGII

IOANNIS BOIVINI

CLAUDII CAPPERONNERII.

A N N O T A T I O N E S

HIER. WOLFII, CAR. DUCANGII, IO. BOIVINI, CL. CAP-
PERONNERII.

*Pag. 1, 1. ed. Bonn. Titul. ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗ-
ΓΟΡΑ ΡΩΜ. ΙΣΤ.]* In Codice Regio, qui libros undecim
prios complectitur, titulus est, *Νικηφόρου τοῦ Γρηγοῦ Ῥωμαϊκῆς
σύνταξις ἱστορίας, περιέχουσα ἐτῶν ἑκατὸν καὶ πενήκοντα διήγη-
σιν ἤγουν ἀπὸ τοῦ βασιλέως Λάσκαρι κυρίου Θεοδώρου μέχρι τῆς
βασιλείας τοῦ Καντακουζηνού.* Id est, *Nicephori Gregorae Roma-
nae historiae liber, continens annorum CL. narrationem, nempe ab
imperatore Dom. Theodoro Lascari usque ad imperium Cantacu-
zeni.* Editio Wolfiana inscriptionem hanc praefert, *Nicephori Gre-
gorae, Romanae, hoc est Byzantinae historiae libri XI. quibus res
a Graecis imperatoribus per annos CXLV. a Theodoro Lascari priore
usque ad Andronici posterioris obitum gestae describuntur etc.*
Neutrum titulum retinimus, propterea quod in utroque male sub-
ducta erat annorum ratio. Nam undecim libri priores historiam
continent, non CL. aut CXLV. sed tantum CXXXVII. annorum,
CXXXV. Davidi Chytraeo. Wolfium in errorem induxit codex suus,
in quo scilicet huiusce historiae lib. XI. cap. XI. sect. 1. perperam
anni viginti ab Urbe capta numerabantur, cum tredecim tantum
numerari oporteret. Vide notas infra ad eum locum. ΒΟΙΒΙΝ.

*Pag. 5, 4. Ἡ δὲ γῆ τὴν ἄτρεπτον αὐτὴν ὁμοίως ἀρχῆθεν ἀεὶ
τροπομένη τροπήν]* Vel τὴν ἀκίνησιαν intelligit: Terra enim vic-
terum immobile universitatis rerum a plerisque statuitur: vel vices
temporum, quibus nunc sterilis squallet, nunc foecunda floret,
sicut Fortuna et Luna constantes in levitate sua dicuntur. WOLFIIUS.

Pag. 5, 9. ἡ γὰρ ἄν ἑλλιπέες ἐδόκει] Ita legendum, non ἡ
γὰρ ἄν, ut legebat Wolfius. Sic infra lib. XV. cap. VI. sect. 1.
ἡ γὰρ ἄν ἐς τὸ θαυσιλέστερον ἐσκομισάμενοι τὰ πηγήδεια. Sic apud
Homer. Iliad. α. ἡ γὰρ ἄν Ἀτρεΐδῃ νῦν ὕστατα λαβήσαιο. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 5, 15. Καὶ προφήτας ἕτερον τρόπον] Basilii Imp. in
Paraenetic. cap. LXVI. παρελθόντων τὰ πάθη τοῖς νῦν παρούσιν
ὑπάρχει διδασκάλια. DUCANG.

Pag. 6, 8. Ἐπι δ' ὅπερ ὀφθαλμός] Pachymeres lib. I. Hist. cap. 1. *ἱστορίας, ὡς ἂν τις εἴποι, ψυχῇ ἢ ἀλήθειαι, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας χρῆμα ἐπαναγκῆς ἱερὸν.* Ideo Eunapius aiebat historicos, priusquam se ad scribendum accingerent, *τῆς ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας* adorare debere. Vide Ciceronem II. de Oratore, et alios passim. DUCANG.

Pag. 6, 21. Ἀνδρονίκω τῷ Παλαιολόγῳ] Seniori, quem καὶ τὴν *σύνεσιν* fuisse ait, cui proinde longe potius convenit, quam Iuniori, quo imperante potissimum vixit ac notus fuit Gregoras. Ad quem vero ex istius tempestatis historicis pertineat, vel quem praesertim spectet ista Andronici imp. expostulatio, ex iis, quae in ea carpuntur, non omnino promptum est assequi, nisi Georgius Pachymeres intelligatur, cuius pars historiae postrema res a Seniore gestas complectitur, in qua forte eidem principi paulo aequior visus sit, et quam demum absolvit illo imperante, et annum aetatis quinquagesimum agente, ut idem scriptor testatur lib. XIII. cap. ult. DUCANG.

Pag. 6, 23. Ἐπὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἔτι παρόντων] Fortasse *περιόντων, illis adhuc superstitionibus.* WOLFIVS.

Pag. 6, 24. Καὶ ἵνα μὴ τῶν] *ἀνανταπόδοτον*, nisi forte ab illo pendeat, *ὡς καὶ πρόφασιν εὐλογον δεδωκέναι* etc., quod tamen valde durum fuerit. WOLFIVS. Hic se haerere fatetur Wolfius. Est autem haec transitio similis ei, quae occurrit infra lib. IX. cap. X. sect. 8. *ἵνα δὲ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος λόγου βεβαίωσιν καὶ παλαιότερῳ τινὶ διηγήματι χρήσωμαι· ὁπότε γὰρ Καμβύσου, etc.* Item lib. XI. cap. IX. sect. 2. *καὶ ἵν' ὡς ἐν κεφαλαίῳ διεξέλθωμιν ὅσα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἢ τοῦ ἀνδρὸς εὐφυῶς κατέπραξε σύνεσις... αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ β. ΒΟΙΒΙΝ.*

Pag. 6, 25. Ἐπ' ἐμοῦ] *Mea aetate.* Sed quia se familiarissimum Andronico fuisse testatur Gregoras, converti, sententiam secutus, *Me audiente.* WOLFIVS. Recte Wolfius, *quam is audiente me habuit.* Sic ἐπ' αὐτοῦ lib. VIII. cap. VIII. sect. 1. lib. IX. cap. I. sect. 6. Sic ἐφ' ἡμῶν lib. VIII. cap. X. sect. 4. Sic denique ἐπ' αὐτῶν lib. IX. cap. X. sect. 8. Aliter tamen veteres. Theocritus, *Ἄθ' ἐπ' ἐμεῦ ζῳοῖς ἱναριθμῖος ὄφραλις ἡμέας. Ὑψιστὴν μὲν αἰάτην ἐν βίῳ ἵσταντο.* Vide notas Wolfii. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 7, 5. Οἱ δὲ πρόθυμοι πρὸς τὸ λοιδορεῖν] Contra receptam ab omnibus historiae legem: *ὅταν γὰρ εἰς τὸ τῆς ἱστορίας ἥθος ἀναλαμβάνη, ἐπιλαθέσθαι χρὴ εὐνοίας καὶ μίσους, καὶ πολλὰς κοσμῆν τοὺς ἐχθροὺς τοῖς μεγίστοις ἐπαίνοις, ὅταν αἱ πράξεις ἀπειτῶσι τοῦτο· πολλὰκις δ' ἐλέγγειν τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀμαρτίαι τοῦ καθυποδεικνύωσι.* Anna Comnena in Prologo ad Alexiad. Christodulus, seu Cantacuzenus, in Prologo Hist. p. 4. *οὐ γὰρ ἀπεχθελαι τινὲ, ἢ φιλίαι (ἐξ ἂν τὸ ψεῦδος ἐπακοῦν τίκεται) πρὸς τούτους ἀπήχθην τοὺς λόγους, ἀλλ' ἀληθείαις ἐνετα, καὶ πρὸς ἀληθείαις ἐραστὴν τούτους ποιῶμαι.* DUCANG.

Pag. 8, 7. Τὸ δὲ καὶ κακῶν ἀρχέτυπα] Maximus Tyrius, serm. XII. ubi de historia: νῦν δὲ ἀναμιξὲ εἰσφύρεται πάντα ἐν τοῖς λόγοις, καὶ πλειονάζει τὰ χεῖρω, καὶ κρατεῖ τὰ αἰσχροῦ, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἱστορίας πλεονέκται, τύραννοι, καὶ πολέμιοι ἄδικοι etc. DUCANG.

Pag. 9, 15. Ἄπερ ὄνουσῶν ἠκηκόεσαν] Quo spectant quae habet Dio in Augusto, et ex eo Xiphilinus: καὶ κατὰ τοῦτο πολλὰ μὲν αὐτῷ γιγνώμενα θαυλλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα ἀγνοεῖται, πάντα δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἄλλως πως ἢ ὡς πράττεται διαθροεῖται. DUCANG. Ἄ παρ' ὄνουσῶν ἠκηκόεσαν] Ita Cod. Reg. 2078. Wolfius legit, ἄπερ ὄν. ἢ κ. ut legitur in Cod. Reg. 2558. BOIVIN.

Pag. 10, 10. Ἄλλα λόγοις καὶ τούτοις πλημμυλῶς ἐξ ἔτι νέου δεδωκότες] Verteram, sed illa impmatura aetate perperam descriperunt. Sed videtur legendum, ἑαυτούς δεδωκότες: eumque sensum expressi. WOLFIVS. Wolfius putat legendum esse ἑαυτούς δεδωκότες. Sed nil necesse est. Nam verbum δεδωκότες referri potest ad μακροῦς ἡλίους; ut constructio sit, δεδωκότες τοὺς μακροῦς ἡλίους τῇ τούτων σχολῇ, totis diebus in earum otio consumptis. Facile tamen crediderim, non legendum quidem sed subaudiendum esse pronomen ἑαυτούς. Certe post verbum δεδόναι passim apud Gregoram subauditur pronomen. Exempla habes lib. VI. cap. VI. sect. 4. lib. VIII. cap. V. sect. 1. et sect. 8. pag. 191. F lib. IX. cap. I. sect. 4. etc. BOIVIN.

Pag. 10, 13. Εἰ δὲ μηδὲ τούτοις οὕτωςι πως ἐδίδουν, οὐδὲν μέγα τὸ ἐκείνων ὑπῆρχεν ἀντάλλαγμα] Davus sum, inquit ille in comœdia, non Oedipus. Me vero, cum in Sphingem incidissem, Oedipum esse oportuit, quocumque eventu. Gratum mihi facient, qui aenigma hoc dexterius explicarint. WOLFIVS. Wolfius hoc loco Davum se ipse profitetur. Ego verti, Verum etsi litteris totos dies in hunc modum non dedissent, subaudiendo τοὺς μακροῦς ἡλίους, quod praecessit. Nunc autem malim subaudire ἑαυτούς, et sic vertere, Verum etsi litteris sese in hunc modum non dedissent, eodem plane sensu. BOIVIN.

Pag. 12, 11. Ἄλλως τε οὐδὲ πάνθ' ὅσα] Videtur addendum, ἐπειδὴ οὐδὲ. WOLFIVS.

Pag. 12, 24. Ἔσται δῆλος ἐν τοῖς ἐξῆς] Quae ab aliis depravata esse asserit, nusquam convellit in hoc opere: veriore forlassis expositione citra cuiusquam reprehensionem contentus. WOLFIVS.

Pag. 13, 9. Τῆς γὰρ τοι Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Ααίνων ἀλούσης] Aprilis die XII. feria II. hebdomadis VI. ieiuniorum, anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCXII. Christi MCCIV. DUCANG. Constantinopolis capta a Latinis anno Mundi (ut Graeci numerant) VI. MDCCXII. Chr. MCCIV. Aprilis die XII. non ut Maur. David putabat, anno Mundi VI. MDCCXI. Chr. MCCIII. Cod. Reg. 2525^a. in catalogo imperatorum, Ἀλέξιος ὁ Δούκας ὁ Μούρτζου-

φλος, μῆνας β'. ἡμέρας ι'. οὗ βασιλεύοντος, παρεδόθη ἡ Κωνσταντινούπολις πρὸς τοὺς Λατίνους, ἐν ἔτει ψββ'. κατὰ τὴν εβ' τοῦ ἀπριλλίου μηνός. ἡμέρα δευτέρα. Ἰνδικτιῶνος ζ'. κατείχεται δὲ κατὰ τούτων χρόνοις νς. μῆσι γ'. ἡμέρ. ιγ'. Codex 2522. in simili Catalogo, Ἀλέξιος ὁ Δούκας ὁ Μουρτζουφλος, ἡμέρας ο'. καὶ αὐτίκα γέγονεν ἡ ἄλωσις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων, κατὰ τὴν εβ' τοῦ ἀπριλλίου μηνός, τῆς ζ' Ἰνδικτ. τοῦ ψββ' ἔτους, ἐλθόντων καὶ πεσόντων ἀντικρὺ ταύτης εἰς Χαλκηδόνα, κατὰ τὴν κζ' τοῦ ἰουνίου μηνός, τῆς ε' Ἰνδικτ. καὶ σκυλευόντων τὰ περικύκλιω αὐτῆς χρόνον θνα. Cum his codicibus consentiunt Georgius Aegropolita, Villharduinus, et alii. Mauritius David primam oppugnationem cum expugnatione confundit. Urbs primum a Latinis obsessa est anno Mundi VI. MDCCXI. At non capta nisi anno VI. MDCCXII. Vide Nicetam Choniata. **βοινικ.**

Pag. 13, 15. Ἀναγορευθῆναι συμπέπτακι βασιλεῖα Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν] An. Mundi VI. MDCCXIII. Nam imperavit annos XVIII. quorum ultimus fuit annus Mundi VI. MDCCXXX., ut constat ex Cod. MS. Reg. 2731. fol. 46. V. ubi haec imperatorum series chronologica occurrit.

*)		**)	***)
ψββ'.	Θεόδωρος Λάσκαρις ὁ πρῶτος.	ιη.	αφμέ.
ψβξγ.	Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης.	λγ.	αφοη.
ψβξδ.	Θεόδωρος Λάσκαρις παῖς Ἰωάννου.	δ.	αφπβ.
ψβλδ.	Μιχαὴλ Παλαιολόγος.	κδ.	αχς.
ςωλς.	Ἀνδρόνικος, ὃς Ἀντώνιος μοναχός.	μέ.	αχνα.
ςωμθ.	Ἀνδρόνικος ὁ ἔγγονος αὐτοῦ.	ιγ.	αχξδ.
ςωξγ.	Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνός.	ιδ.	αχοη.
ςδ.	Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος γαμβρὸς αὐτοῦ.	λζ.	αψιε.

βοινικ.

Pag. 13, 17. Προσεβήθησαν] Nicetas in Balduino N. VII. **DUCANG.**

Pag. 13, 19. Ἀλεξίου Κομνηνοῦ] Cogn. Magni, ducis Trepezuntini, Andronici Comneni Tyranni ex filio Manuele nepotis. Vide Familias nostras Byzantinas p. 192. **DUCANG.**

Pag. 18, 21. Κομνηνὸς Μιχαὴλ] Ex Angelorum stemmate. Vocabatur autem *Michaël Angelus Comnenus*, Ioannis Angeli Sebastocratoris filius nothus, de quo pariter egimus in eadem lucubratione pag. 208. **DUCANG.**

Pag. 14, 6. Δολοίκος] Postea Δολοίκος: eadem μεταθέσει, qua Νικόλαος et Λαόνικος, et apud nostrates Bolganguus et Gangolius. **WOLFIIUS.** Καὶ ὁ κόμης Πλήτης Δολοίκος] Wolfius interpres,

*) Annus Mundi, quo quisque imperare desiit. **βοινικ.**

***) Anni imperii. **βοινικ.**

****) Anni a Philippo Aridaeo. **βοινικ.**

et *Pleae Comes Doloicus*, quem errorem erravit etiam apud Nicetam Choniaten, in Balduino, N. IV., ubi pariter indigitatur *Ludovicus Comes Blesensis*, utroque scriptore vocem *Blois*, seu potius *Blès*, quomodo ea tempestate urbis Blesensis nomen efferebatur, ita effingente. De Ludovico porro, ut et de Balduino Comite Flandrensi, et Bonifacio Montferratensi marchione, egimus in notis ad *Historiam Gaufredi de Villa-Harduini*. DUCANG.

Pag. 15, 15. Βαρεϊαν ὄπλιων] Acropolita N. XII. Ἰταλοῖς μὲν οὖν τῷ ἔθος ἐφ' ἵπποις ὑψαύχεσιν ἐποχεῖσθαι, καταφράκτοις τε δι' ὄλου εἶναι τοῖς ὄπλοις τοῦ σώματος, κἀντεῦθεν δυσκινήτως κατὰ τῶν ἐναντίων δρωῶσι. Id notavit idem Gregoras, lib. IV. cap. VII. et alii, quos laudamus in notis ad Villharduinum, N. CCXII., quibus addendi Ingulfus p. 899. prioris Edit. et Walsinghamus an. MCCCCL. pag. 78. DUCANG.

Pag. 15, 18. Ἀνίστανται τῶν λόγων] Eiusmodi insidiis circumventos Latinos scribunt pariter Nicetas et Gregoras. Id ipsum de Tartaris narrat Vincentius Beluacensis lib. XXX. cap. LXXXI. *Cum adversariorum fortitudini se praevalere posse non credunt, ante illos fugiunt, et quasi se ab illis fugari faciunt. Cumque illi armati Tartaros inermes diu insecuti fuerint, ac prae gravitate armorum et viae longitudine lassati iam non amplius sequi potuerint, tunc Tartari super equos recentes ascendentes, se super illos convertunt, et in eos capiendo et occidendo insiliunt.* DUCANG.

Pag. 15, 25. Ὁ δὲ Πλέης κβμης] Villharduin. n. CXC. DUCANG.

Pag. 16, 1. Ἐρίκος Δάνδουλος] Atqui Henricus Dandulus commisso cum Bulgaris proelio non interfuit, quod scribit Nicetas, neque proinde ex acceptis in eo vulneribus interiiit, quod Gregoras tradit. Rectius Acropolita n. XIII., qui τὸν τόπον τοῦ Δουκὸς ἐπέχοντα Βενετίας ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει interfuisse duntaxat observat. Vide Villharduin. n. CXCIII. Recte porro Gregoras hoc loco vocem Henricus extulit, quam lib. II. cap. I. Nicetas in Bald. et Henrico, et Pachymeres lib. VII. cap. XXVII. per Ἐρδῆς efferunt, quomodo nostri *Herri* olim dicebant, ut ex Villharduino liquet. Perperam vero doctus Pachymeris interpretes Ἐρδῆ ἐξ Ἑγγελλίνων, *Errem ex Englinis* vertit, cum scribere debuisset, *Henricum ex Anglis*. Wolfius etiam *Herricus* pro *Henricus* male vertit dicto cap. 1. DUCANG.

Pag. 16, 4. Σκυθικὸν πλῆθος] Quos Scythas Nicetas et Gregoras, hos Comanos vocat Villharduinus. Ubi vero habitarint Scythae Comani, exponit idem Gregoras lib. II. cap. VIII. DUCANG.

Pag. 16, 12. Σκυθῶν ἐρημίαν] Proverbium, cuius meminit Appendix Vaticana, Zenobius, praeterea Acropolita n. XXXV. et alii passim. DUCANG.

Pag. 16, 14. Καὶ περὶ τὴν Θράκην πλανώμενος] Ut Alexius

Angelus imp. a Bonifacio Montisferrati marchione captus fuenit, narrat etiam praeter Nicetam Villharduinus n. CLXIV. DUCANG.

Pag. 17, 10. *Ἰαθατινήν*] Iconiensem Sultanum, de quo et multis egimus in Familiis Turcicis n. X. DUCANG.

Pag. 18, 5. *Εἰς τὴν παρὰ Μαλιάνδρον Ἀντιόχειαν*] Cariae urbem, de qua Phlegon Trallianus et Geographi. DUCANG.

Pag. 18, 17. *Ὡν τοὺς ὀκτακοσίους μισθοφόρους εἶναι Λατίνους*] Pachymeres lib. I. cap. III. de Graecis post captam a nostris urbem in arctum redactis, ut qui tres solummodo urbes obtinerent, Nicaeam, Prusam, et Philadelphiam, cum ab oriente a Persis seu Turcis Iconiensibus, ab occasu a nostris impeterentur, τῇ μὲν Ἰουλικὸν ἔχοντες συμμαχικὸν ἐπέσταν Πέρσαις, τῇ δὲ Σκυθικὸν προσλαμβάνενοι ἄρτι ποτὲ φανέν τε, καὶ προσληφθέν, ἀνώθουν τοὺς Ἰαλούς. Enimvero incertum an illa tempestate Lascari militarint Latini seu Galli, pactis forte tum induciis, cuiusmodi cum eodem Lascari initas memorat Villharduinus n. CCXLIX. vel post foedus inter Robertum imp. Constantinopolitanum et Lascarum initam, de quo egimus in Historia Franco-Byzantina lib. III. n. III. cum scilicet Roberti sororem Mariam idem Lascaris in uxorem accepit, uti mox cap. seq. narrat Gregoras, Petri scilicet Comitiss Autisiodorensis et imp. Constantinopolitani filiam. Vide Famil. Byzant. pag. 219. DUCANG.

Pag. 20, 11. *Μόλις κατέκοψαν*] Deesse videtur, τοὺς Δαίνους. WOLFIUS.

Pag. 24, 1. *Ὀκτωκαίδεκα δὲ βασιλεύοντι τούτῳ παρεβύθησαν ἔτη*] Series chronologica imperatorum supra allata, praeterquam quod annos octodecim imperii Theodoro Lascari tribuit, etiam annum indicat, quo is obiit, nempe Mundi VI. MDCCXXX., qui a Ianuario mense fuit annus Christi MCCXXII. BOIVIS.

Pag. 24, 2. *Τὸν παρόντα βίον ἀμείβει*] Anno MCCXXII Acropol. n. VI. DUCANG.

Pag. 24, 3. *Ἰωάννην τὸν Δοῦκαν*] Cogu. *Vatatzem*. Vid. Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 24, 7. *Ὁξὺς μὲν ἦν τὴν ὀρμὴν*] Nicetas in Alexio lib. III. n. II. de Theodoro: *νεανίας τολμητίας καὶ θαλασσιῶς πρὸς τὰ πολέμια*. DUCANG.

Pag. 24, 11. *Ἄλλ' ἐπιβδήλευεν αὐτὴν, ἀωρία πολλὰς ἐς τὰ πρῶγματα χρώμενος*] αὐτὴν, scilicet τὴν αὐτοῦ ὀρμὴν, *πιστῆς festinatione laudatum illum impetum corruptebat*. Quo minus de Latinorum impetu hebetato intelligam, faciunt verba, *ἀλλ' ἐπιβδήλευεν αὐτὴν*. Quae sententia si cui placet, sic vertat: *Nam subitis et inexpectatis impressionibus impetum illorum retardabat*, et. WOLFIUS.

Pag. 24, 13. *Σύνεσιν πλουτῶν φυσικὴν*] Ioannis laudes attingit etiam Acropolita n. LII. extr. DUCANG.

- Pag. 25, 2. Ῥόμπεργος*] Vide Hist. Franco-Byzant. lib. III. n. 1. DUCANG.
- Ibidem. Ὁ τοῦ πρὸ βραχέος τετελευτηκός Ἐρδῆ ἀδελφιδούς*] *Henrici paulo ante mortui ex sorore nepos.* Ita vertendum, non *ex fratre nepos*, ut Wolfius vertit. Erat enim Robertus Iolentae filius; Iolenta autem soror Henrici. Testis Gregoras ipse, Historiae lib. IV. cap. II. sect. 4. BOIVIN.
- Pag. 25, 4. Ἀλέξιος οὔτοι καὶ Ἰσαάκιος*] Acropolita n. XXII. Vide practerea Hist. Franco-Byzant. lib. III. n. VI. et Famil. Byzant. p. 218. DUCANG.
- Pag. 25, 23. Θεόδωρος*] Confer Acropolit. n. XXI. Pachymer. lib. I. cap. XXX. lib. II. cap. XXXVI. et Famil. Byzant. pag. 207. DUCANG.
- Pag. 26, 5. Μεγαλόπολιν*] Inter urbes, quae hoc epitheto donantur a scriptoribus, Thessalonicam recenseri observamus in Gloss. med. Graecit. DUCANG.
- Pag. 26, 6. Ἀντίκα δὲ καὶ βασιλείας*] Cum antea sub titulo Despotae Graecis biennio praefuisset, Acrop. n. VI. DUCANG.
- Pag. 26, 9. Πλείστοις τε γὰρ ἄλλοις*] De Achride a Iustiniano privilegiis donata agit cap. seq. de quibus consulendi prae ceteris Ioan. Morin. lib. I. exercit. XXVII. Leo Allatius lib. I. de consensu utriusque Eccl. cap. XXV. n. IV. DUCANG.
- Pag. 26, 10. Πατρίδα*] At quae fuerit Iustiniani patria, disquisivit Nicolaus Alemannus ad Procopii Historiam arcanam p. 14. l. Edit. DUCANG.
- Pag. 26, 11. Ἀυτονομείσθαι*] Alia fuit civitatum priscis saeculis *αὐτονομία* ab ea, quae hic recensetur, ut quae archiepiscopalem dignitatem solum respexerit, nulli patriarchatui vel metropolitae subiectam. Vide Allatium loco laudato, et Gloss. med. Graecit. in *αὐτοκέφαλος*. DUCANG.
- Pag. 26, 13. Ἄλλοις ἐφέται*] Patriarchae Constantinopolitano. DUCANG.
- Pag. 26, 17. Χῶρός τις ἔστιν*] De primis Bulgarorum sedibus et migrationibus fuse satis egimus in Regum Bulgariae serie historica, in Famil. Byzant. sect. VI. DUCANG.
- Pag. 26, 19. Βούλγαν*] De quo prae ceteris Vincentius Beluacensis lib. XXXII. cap. XXI. DUCANG.
- Pag. 27, 1. Λεῖαν Μυσῶν*] Proverbium, de quo Zenob. Dio-genian. Apostolius, Suidas et alii passim. DUCANG.
- Pag. 27, 5. Αὕτη ἢ πόλις*] Ἀχρίς, in capitis lemmate. DUCANG.
- Pag. 27, 6. Καὶ πρώτην Ἰουστινιανήν*] An igitur Achris eadem fuit cum Bederina, quam Iustiniani patriam fuisse scribunt Procopius, Agathias, et auctor Chronici Paschalis; ac *primam Iustinianam* appellari pariter is sanxit, ut exserte scribit idem Agathias lib. V. Dubium tamen ingerit codex Procopii Vaticanus, quem

laudat Alemannus, ubi scribitur apud Dardanos Europaeos, qui post Epidamniorum terram habitant, ad Praesidium quod Bederiana vocatur, oppidum esse Tauresium nomine, unde Iustinianus ortus est, eum locum muro ac quatuor turribus circumdedit, iuxtaque urbem nobilissimam condidisse, quam Iustinianam primam appellavit, nutritionis officium altrici patriae rependens: unde colligere liceret non revera Bederinae, sed Tauresii natum Iustinianum, ac Iustinianae primae nomen neutri oppido, sed alteri, quod proxime aedificaverit, id nomenclaturae inditum, atque adeo Achridi, cui attribuitur a Gregora et aliis. Leunclavius in Onomastico Turcico scribit *Giustandil* a Turcis appellari Iustinianae urbis regionem, quae, inquit, priscis Iustiniana prima dicitur, Iustiniani Augusti patria, Macedoniae quidem illam, sed versus Illyricum, vel in ipso potius Illyrico sitam. DUCANG.

Pag. 28, 5. *Τοῦ Ἀγγέλου*] Michaëlis nothi, cuius supra meminit lib. I. cap. III. DUCANG.

Pag. 28, 7. *Λήμνια κατὰ*] Zenob. Diogenian. Suid. etc. DUCANG.

Pag. 28, 9. *Ἐν τοῖτοις*] Acropol. n. XXV. XXVI. Pachymer. lib. I. cap. XXX. Richardus de S. Germano an. MCCXXX. DUCANG.

Pag. 29, 13. *Καὶ τὴν τῶν Καρδιανῶν*] *Cardiam* vertit interpretes: melius *Cardiana*, tametsi *Cardia* urbs occurrat in Thracia. DUCANG.

Pag. 29, 16. *Πρέσβεις ἐκ Βουλγάρων*] Imo a Ioanne Vatzze ad Bulgarorum regem Asanem missos legatos scribit Acropolita cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 30, 3. *Καὶ ὁ τοῦ Τερνόβου ἐπίσκοπος*] Acropolita cap. XXXIII. Vide Ioan. Morin. lib. I. Exercit. XXVII. et Leonem Allatium lib. I. de concordia utriusque Eccl. cap. XXV. n. V. praeterea gesta Innocentii III. Papae, a quo Trinovitanus archiepiscopus Primas totius Bulgariae et Blachiae constitutus ibi legitur p. 36. Edit. Baluzianae. DUCANG.

Pag. 31, 8. *Ὅμηρος ἔφησεν*] Π. XIII. 6. BOIVIX.

Pag. 31, 18. *Καὶ ἀγορανομίων*] Wolfio *ἀγορανομία* sunt *leges agrariae*. Videat lector an is sensus esse possit eius vocabuli. Ego verti *Aedilitias functiones*. BOIVIX.

Pag. 31, 19. *Ἄλλ' εἰρήνη πᾶσα τὸ ἀπὸ τούτων*] Perinde accipio, ac si esset, *τούτων γε ἕνεκα: quod ad haec quidem attinet*. Sic enim malo, quam, *His de causis*. WOLFIVS.

Pag. 32, 9. *Τὴν γε μὴν προσηγορίαν αὐτῶν*] Reiniccias ad cap. XVI. Haitonis hunc Gregorae locum laudat, ubi ille consulendus. DUCANG.

Pag. 32, 20. *Οὐράνια δειμάτα*] Vide notata ad Chronicon Paschale pag. 310. B. DUCANG.

Pag. 34, 22. Οὗτε εἶτον ἔδουσιν, κ. τ. λ.] Homerus de Diis
II. V. 341. ΒΟΙΤΙΝ.

Pag. 35, 15. Ἦδη γὰρ καὶ Ἰωάννου Δούκα] Pachymeri lib. V.
cap. IV. DUCAÑO.

Pag. 35, 16. Μοῖρα Σκυθῶν] Scytharum voce Tartaros hic
intelligit, qui hac tempestate in varias Europae et Asiae regiones
effusi has omnino vastarunt: de qua quidem irruptione agunt pas-
sim historici, atque in iis Acropolita cap. XXXV. DUCAÑO.

Pag. 35, 19. Σιγισχάν] Pachymeri lib. V. cap. IV. Τζιγκι-
σχάν dicitur, ubi is haec addit: Τζιγγις γὰρ ὄνομα τὸ δὲ Κάνις,
βασιλεὺς, cuius vocis vim ac significatum prodit etiam Vincentius
Beluacensis lib. XXX. cap. LXIX. et lib. XXXII. cap. XXXIV. a
quo *Chingis* nude, omisso *Cham* epitheto, interdum appellatur, ut
eod. lib. cap. VIII. Latini vero scriptores *Chingischam* hunc vulgo
vocant, ut idem Beluacensis d. cap. LXIX. et aliis locis, qui Tar-
tarorum ab Indiae rege, cui parebant, defectionem ad annum MCCVI.
refert. DUCAÑO.

Pag. 35, 20. Ὁ τε Χαλαοῦ καὶ ὁ Τελεπουγᾶς] Aliter filio-
rum Chingischami nomina efferunt idem Beluacensis cap. XIII. eius-
dem lib. XXXII. Haytonus cap. XVII. Paulus Venetus, et alii.
DUCAÑO.

Pag. 35, 22. Καὶ Ἰαξάρτην ποταμὸν] De quo multis egimus
ad Nicephori Bryennii Historiam lib. I. n. VII. DUCAÑO.

Pag. 36, 3. Ὁ Τελεπουγᾶς] Hanc Tartarorum in Europaes
provincias irruptionem Bathy, Chingischami duci, ex Thossato filio
nepoti, adscribit idem Beluacensis lib. XXXI. cap. CXLIX. et lib.
XXXII. cap. XV. DUCAÑO.

Pag. 36, 14. Καὶ Ἀμαξόβιοι] Hic omissam lineam liquet in
Wolfii versione: *Zinchi sunt, Gotthi, et Hamaxobii*, quos et
ἀμαξοφορήτους alii vocant; atque ii sunt Scythae Nomades, ut est
apud Leunclavium in Onomastico priore Turcico, in voce *Iurchi*.
DUCAÑO.

Pag. 36, 16. Οὐννοι δὲ οὗτοι καὶ Κομανοὶ ἐκαλοῦντο] Du-
plicem fuisse Comaniam observare est, alteram, quae ad septentrio-
nem, Hungariae conterminam, seu versus Danubium, alteram, quae
in Asia, quo Comani cum aliis nationibus septentrionalibus iam
olim migrarant, extitit. De priore hic sermo est, quam Anna
Comnena lib. VIII. et Magister Rogerius de Destruct. Hungariae
cap. XX. circa Danubium, Tanaim et Borysthenem statuunt. De
sita vero regni Comanorum Asiaticorum egit Haytonus cap. V. et
ibi Remeecius, praeterea Vincentius Beluacensis lib. XXXII. cap.
XXI. XXIII. Nos etiam in notia ad Villharduini n. CLXXXV.
quaedam attigimus. Ut porro Comania Asiatica a Tartaris expu-
gnata fuerit, scribit idem Beluacensis eod. lib. cap. X. DUCAÑO.
Οὐννοι δὲ οὗτοι καὶ Κόμανοι ἐκαλοῦντο. ἦσαν δὲ καὶ οἱ Σαΐθας ἐν-
τούς κατινώμαζον] Hi vero Hunni et Comani vocabantur. Erant

etiam qui eos Scythas nominarent. Ita vertendum: non, ut Wolfius, Erant etiam qui se Scythas nominarent, alio sensu. BOIVIN.

Pag. 86, 28. *Διοφθέραις*] Acropolita cap. XXXV. de iisdem: *ἀσχοῖς τὸν Ἴστρον διαπεράσαντες.* Egit de eiusmodi coriaceis naviculis prae ceteris Ioan. Schefferus lib. I. de Militia navali cap. III. DUCANG.

Pag. 87, 6. *Καὶ τοῖς Ρωμαίκοις*] Comanorum, qui Ioanni Vatazæ imperanti se dediderunt, meminit Cantacuzenus lib. I. cap. II. DUCANG.

Pag. 87, 11. *ὑπερορίους ἐκείνους Σκύθας*] Quo vocabulo Tartaros Asiaticos pariter intelligit, qui ducibus Chingischanni filius Asian fere universam pervaserant, cum qui versus Danubium habitabant Europaeos vocat lib. IV. cap. 7. DUCANG.

Pag. 87, 15. *Καὶ Ὁξὸν τὸν Σόγδον*] De Oxio flavio egimus ad lib. I. Bryennii n. VII. p. 201. DUCANG.

Pag. 41, 1. *Ἀσλαν ἔχοντες Τοῦρκοι*] De Turcorum primis sedibus versus Tanaim, et ut in Asiaticas regiones penetrarint, Basilii Bulgaroctoni temporibus, uti scribit Bryennius d. cap. VII. seu ut Willelmus Tyrius lib. I. cap. VII. triginta aut quadraginta annis antequam nostri Hierosolymitanam expeditionem susciperent, multa congressimus ad eundem Bryennium. Vide infra lib. IV. cap. 7. DUCANG.

Pag. 41, 3. *Πονηρὸν τοὺς Σκύθας ὀρῶντες γετόνημα*] A quibus quidem Tartaris impugnabantur, uti narrat Beluacensis lib. XXXI. cap. CXXI. Quanta autem fuerit hac aetate nobilitas, magnitudo et opulencia regni Turcorum, quique magnates eorumdem dominio subiecti fuerint, exponit capitibus seqq. DUCANG.

Pag. 41, 4. *Ὁ τῶν Τοῦρκων ἡγεμῶν*] Iathatines Azatini Sultani filius. Acropol. cap. XLI. Vide Familias nostras Turcicas. DUCANG.

Pag. 41, 22. *Μετὰ τῶν Τοῦρκων ἐτέλει σπονδὰς*] Quibus quidem Vatachius in CCC lanceis serviebat, quotiens vel quantam volebat, uti scribit Beluacensis lib. XXXI. cap. CXLIV. incertum an ex hoc foedere, anno Chr. MCCXXXIV. percusso, vel sequenti, iuxta Acropolitam cap. XLI. DUCANG.

Pag. 43, 18. *Ἐξ ἀλλοδαπῶν ἐθνῶν ἐνδύματα*] Vide notas ad Zonaræ lib. X. Annal. n. XXVIII. DUCANG.

Pag. 43, 24. *Τῶν γὰρ ἀναγκαίων*] Videntur in utroque codice versus aliquot deesse, atque haec ex abrupto superioribus texti. WOLFIUS.

Pag. 44, 1. *Τὰ δὲ ἐνδεχόμενα ταῖς τῶν ἀρχόντων ἀπειροθεσίαν ὀρέξουσιν*] Non necessariae principum cupiditatibus potest. Ita quoque vertendum, non, et subditi quantum licet principum sequuntur cupiditates. τὰ ἐνδεχόμενα ea sunt, quorum usus est varius et mutabilis. Vide lib. VII. pag. 160. G. item lib. XIX. pag. 586. G. BOIVIN.

Pag. 44, 7. Τῇ μὲν βασιλίδι Ειρήνῃ] Inde incipit liber tertius in Cod. Reg. 2078. in quo et Capitum divisio diversa est a vulgatis. BOIVIN.

Pag. 44, 18. Σώσανδρα] Ubi is deinde sepultus fuit, infra ad pag. 80. B. DUCANG.

Pag. 45, 4. Ἡ μὲν βασίλις Ειρήνῃ] Acropol, cap. XXIX. DUCANG.

Pag. 45, 8. Αὕτη δὲ ἦν Ἄννα] Frederici II. imp. filia notha, Manfredi regis Siciliae soror. Vide Familias nostras Byzantinas pag. 223. DUCANG.

Pag. 45, 16. Μαρκεσίνης] Acropol. cap. LII. DUCANG.

Pag. 46, 3. Vide epistolam encyclicam ipsius Blemmydae, editam a Leone Allatio in notis ad Hist. Georgii Acropolitae, pag. 254. Edit. Reg. BOIVIN.

Pag. 46, 10. Κελεύσει τοῦ καθηγητοῦ Βλεμμύδου] *Abbatis seu Hegumeni*, non vero *Praeceptoris*, uti verterat interpres. Sic enim Graeci praefectos monasteriorum vocant. Nicephori vero Blemmydae, viri tum eruditione tum vitae sanctitate celeberrimi, elogium non semel perstringunt Acropolita cap. XXXII. XXXIX. LIII. Pachymeres lib. VII. cap. IX. Gregoras lib. V. cap. II. et alii, quos laudat Leo Allatius lib. II. de utriusque Ecclesiae consensione cap. XIV. n. IV. ubi, ut et in notis ad eiusdem Acropolitae cap. LII. Blemmydae epistolam encyclicam, scriptam postquam Marcesinam templi ingressu prohibuit, descripsit. De Blemmydae vero scriptis quaedam attigit idem Allatius d. cap. XIV. et in notis ad cap. XXXII. Acropol. DUCANG.

Pag. 46, 17. Σκόμμασι βάλλον αὐτήν, καὶ γλώττη καὶ γραμμασι διασύρων αἰεῖ] Vide Blemmydae orationem, ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλεῖα, quas extat in Cod. Reg. 3125. ubi haec imprimis notatu digna, τίς γὰρ οὐκ ἂν αἰσχυνθεῖη, καὶ μόνον ἐνθυμηθεὶς βασιλικὴν σεμνότητα εἰς αἰσχράς καὶ ἀπρεπεῖς πράξεις ἐμπιπτουσαν, καὶ παρόμοια ἀσχουσαν, ὥσπερ τινὲς ὑπὸ τῆς μυθευομένης μαγικῆς Κίρκης ἐκείνης εἰς χοίρους καὶ κύνας μετεβάλλοντο. BOIVIN.

Pag. 47, 19. μετὰ βραχὺ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχήν] Vide infra lib. IV. cap. IX. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 47, 20. Τέως μὲν οὖν πρέσβεις] Acropolita cap. XLIX. LL. Pachymer. lib. III. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 47, 25. Κατὰ τὴν ἔω] Wolsius: *Cum mane mater Theodora* etc. Atqui ἔω hic aliud sonat: *in orientem* nempe venit Theodora. Sic enim Acropolita: καὶ ἡ τοῦτου γαμετῆ Θεοδώρα, τὸν Νικηφόρον μεθ' ἑαυτῆς λαβοῦσα, εἰς τὴν ἔω διαπεραιοῦται. Atque sic emendavimus. DUCANG.

Pag. 48, 24. Καὶ τὸ . . .] Acropolita: καὶ ἀπέλυσε πρὸς τὸν Βασιλεῖα ὁ Μωχαῖλ τὸ ἅπτεν Παλλακὸν καὶ τὸν Βέλεσον, καὶ τὸ ἐν τῷ Ἀλβάνῳ φρούριον εἰς Κρούας. Hinc igitur supplendus Gre-

goras. De Croia urbe adeundus Leunclavius in Pandects Turc. n. CXXVI. DUCANG.

Pag. 49, 7. Ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν Φιλίππων] Acrop. cap. L. II. Pachym. lib. I. cap. VII. Phranz. lib. I. cap. I. II. DUCANG.

Pag. 49, 21. Πρὸς δὲ τὴν Ἴω] Ioannis Vatatzae obitum multis pariter refert Acropolita cap. LII. Contigit autem XXX. mensis Octob. anno Chr. MCCLV. cum annum aetatis LX. seu, uti vult Acropolita, LXII. attigisset. DUCANG.

Pag. 50, 22. ἐν τῇ μονῇ τῶν Σωσάνδρων] Magnesiae, in aede Deiparae Sosandrae sacra, quam is aedificarat. Supra, ad pag. 26. B. DUCANG.

Pag. 53, 3. Ἀνηγορεύετο ἤδη θανάτος ἐκείνου] Theodorus Lascaris iunior imperare coepit an. Mundi VI. MDCCLXIII. Id constat ex serie imperatorum chronologica, quam ex Cod. Reg. supra attulimus. Dubium est utrum ante, an post mensem Ianuarii. Si ante, fuit is annus Christi MCCLIV. et Mauritius David Possinum recte reprehendit. Si post, fuit iam tum an. Chr. MCCLV. et Possinus immerito reprehenditur. Ego Possini Chronologiam primum secutus sum, quam et Ducangius secutus fuerat. Deinde ex animadversionibus Mauritii David sacerdotis Divionensis (cuius librum, diu quaesitum, beneficio Viri illustr. Nicolai Toinardi tandem nactus sum) intellexi lapsum me semel atque iterum cum doctissimis viris in supputanda annorum ratione. Moneo itaque lectorem, ut huic volumini subiunctum indicem erratorum consulat, et ex eo chronologiam nostram corrigat. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 55, 2. Κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος] Acropolita cap. LIII. De hoc more passim scriptores. DUCANG. Verti, more tum usitato. Malim, more in his, vel hac in re usitato. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 55, 7. Ὁ πατριάρχης Γερμανός] Germano patriarchae Constantinopolitano Arsenium proxime suffectum hic scribit Gregoras, mira oscitantia, inquit Allatius lib. II. de utriusque Ecclesiae consensione cap. XIV. n. IV. Nam Arsenius Manuelli successit, ut est apud Acropolitam cap. LIII., Manuel Methodio, Methodius Germano. Quae quidem patriarcharum series sic describitur in catalogo Leunclaviano, Ephraemii, et Xanthopuli. DUCANG.

Pag. 55, 11. Νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης] Acropolita eod. cap. LIII. DUCANG.

Pag. 55, 16. Ὁ κατὰ τοὺς τῆς Ἀπολλωνιάδος Ἰδρυταὶ χωρίους] Acropol. ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνῃ, quomodo hunc locum effert Michaël Monachus in vita MS. S. Theodori Studitae, quem ait missum fuisse in exilium ἐν τῷ ἐγκειμένῳ κατὰ τὴν Ἀπολλωνιάδος λίμνῃ καλουμένῳ Μετόπα. Ephraemius in catalogo Patr. Constantinop. de Arsenio:

Ἐἶθ' ἠσύχασεν καὶ θεῶν προσώπων
Ἐν Ἀπολλωνιάδος ἀσκητήριον:

DUCANG.

Pag. 55, 16. Ἀνὴρ περιφανῆς μὲν τὴν κατ' αὐτὸν ἀρετὴν] Intellige τὴν κατὰ τὸν ἀσκητικὸν βίον ἀρετὴν. Nisi forte legendum, αὐτὸν τῶν κατ' αὐτὸν ἀρετῶν: sed minus placet. WOLFIVS. Vertit Wolfius, *virtute illustris ille quidem*. Vertendum, *illustris quidem ille virtute privata, seu solitariae vitae laude*. BOIVIN.

Pag. 55, 17. Καὶ μὴ πολλὰς] Acropol. ὀλίγων γραμμάτων πείραν ἔχοντα, licet alias περιφανῆς τὴν ἀρετὴν, ut ait Gregoras, et τῶν ἀρετῶν κάλλιστος ἔμψυχος θρόνος, ut Ephraemius. DUCANG.

Pag. 55, 20. Καὶ ἐπικυροῦντος, ὡς ἔθος] Vide Glossar. med. Graecit. in Μήνημα. DUCANG.

Pag. 55, 21. Ἐπὶ τούτοις] Acropolita cap. LIV. LV. LVI. LVII. DUCANG.

Pag. 56, 15. Ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων] ὁ Βουλγαράρχης Μιχαήλ, Logothetae. Vide seriem regum Bulgariae in Famil. Dalmaticis. DUCANG.

Pag. 56, 24. Ὅτι γαμβρὸς ἦν ἐπ' ἀδελφῇ κ. τ. λ.] Vide supra lib. II. cap. 3. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 57, 20. Τὴν τοῦ Παλαιολόγου Μιχαήλ] Acropolita cap. LXIV. LXV. Phranzes lib. I. cap. II. DUCANG.

Pag. 58, 16. Τὸν Σουλτάν] Iathatinum. Vide stemma Iconiensium Sultanorum, a nobis descriptum post Familias Dalmaticas. DUCANG.

Pag. 58, 17. Τὰ Σκυθικὰ στρατεύματα] Tartarorum, quos Acropolita Τοχάρους perpetuo vocat, ut et Pachymeres, qui de iis lib. II. cap. XXIV. scribens, καὶ τῶν Τοχάρων, οὓς ἡ κοινὴ Ἀταρλοῦς λέγει συνήθεια. Ubi forte legendum Τατάρους. DUCANG.

Pag. 59, 20. Διὰ τῶν ἐμπροσθεν ἔργων] Ἐμπροσθεν apud recentiores Graecos ad futurum tempus pertinet, et usurpatur pro μετὰ ταῦτα, postea. Sic infra lib. VI. cap. X. sect. 1. item lib. VII. cap. I. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 60, 8. Μύτην] De quo, ut et de Constantino Toecho consulere licet seriem regum Bulgariae in Familiis Dalmaticis. DUCANG.

Pag. 61, 14. Κ^{αὶ} Θεοδώραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα] Irene vocatur ab Acropolita, Histor. cap. LXXXIII. Vide notas Allatii BOIVIN.

Pag. 61, 17. Τῆς εἰς τὴν δευτέραν στοργῆς τί ἔτι] Quid τὸ τί ἔτι sibi vellet, cum nescirem (nam τὸ *Quid reliquum est*, aut *Quid restat*, haud scio quam belle conveniat) converti quasi scriptum fuisset, τῆς τε εἰς τὴν δευτέραν στοργῆς ἔτι. Quod sensus postulare videtur. WOLFIVS.

Pag. 61, 18. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν] Acropolita cap. LXXIV. DUCANG. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν ἀπὸ γενέσεως χρόνον ἀμείβοντι τῷ βασιλεῖ] Vertit Wolfius, *Imperatorem annum aetatis sextum et trigessimum agentem*. Vertendum, *excedentem*. Nam ea est vis verbi ἀμείβειν. BOIVIN.

Pag. 61, 22. Ἐσπίνεγκε τούτω τὴν τελευταίην] Anno Mundi VI. MDCCLXVII. ut constat ex imperatorum serie chronologica saepius iam memorata. Fuit autem is annus, a mense Septembri ad Ianuarium, annus Christi MCCLVIII a Ianuario autem ad Augusti finem, MCCLIX. Hinc Possinus Theodorum Lascarum iuniorum decessisse asserit anno Christi MCCLIX. Mauritius David, anno MCCLVIII. Favet Possino eadem illa series chronologica, quae quatuor annos imperii assignat Theodoro Lascari, non vero tres eosque haud integros, quot Mauritius David ei assignat. Favet etiam Codex Regius 2525². fol. 271. ubi quatuor annis imperasse ille dicitur. Mauritius David opinionem suam Pachymeris auctoritate et probabilibus argumentis defendit. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 61, 22. Ἀλλαξαμένω προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευταίας] Ducangius vertit, qui *alacriter parvum habitum paulo ante obitum monachito cucullio mutaverat*; et Phranzae testimonio utitur, quod tamen congruit cum interpretatione Wolfiana. Phranzae verba sunt, *cum paulo ante mortem monachi habitum induisset*. Ipse Ducangius, postquam τὸ σχῆμα μικρὸν parvum habitum interpretatus est, eandem vocem μικρὸν, quasi repetitam, ut adverbium interpretatur. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 61, 23. Τὸ σχῆμα μικρὸν] Phranzae lib. I. cap. III. Is mos apud Graecos praesertim invaluerat, ut cum in extremis versarentur, monachicum habitum sumerent, illum scilicet, quem parvum vocabant. Interdum etiam, cum morbus ingravesceret, *magnum*, quo perfecti monachi, ut loquitur Phranzae de seipso Hist. lib. III. cap. 30. seu *μεγαλόσχημοι* morerentur, quomodo vocabantur, qui ad summum monachicae perfectionis apicem pervenerant. Id porro de Theodoro hisce verbis intelligit Gregoras, quae minus recte reddidit interpres: *ἀλλαξαμένω προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευταίας ἐς τὸ μοναχικὸν τριβώνιον*, quae sic vertenda erant, *qui alacriter parvum habitum paulo ante obitum monachico cucullio mutaverat*. Ubi Wolfius: *qui paulo ante obitum alacriter monasticum habitum induit*. Primitus enim parvum habitum induerat Theodorus, deinde magnum, quo *μεγαλόσχημος* moreretur. *Μεγαλοσχημων* autem peculiare erat *κουκούλλιον*, quod *τριβώνιον* hic appellat Gregoras, cum *μικροσχημων* esset *μανδύας* seu *pallium*. Id pluribus docemus in Gloss. med. Graecit. in v. *Σχήμα*. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 61, 25. Καὶ πολλάς δακρύων] Id ipsum scribit Acropolita. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 62, 4. Ἀνὴρ γὰρ τις Μουζάλων] Acropolita cap. LXXV. Pachymeres lib. I. cap. VIII. XII. XV. XVI. XVIII. XIX. Phranzae lib. I. cap. III. Historiam et fortunam Muzalonis perstringunt. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 62, 22. Ἦν γὰρ ἕκτον τηνικαῦτα διανύων ἀπὸ γενέσεως ἔτος] Acropolita cap. LXXV. οὕτω γὰρ τελείων ὑπῆρχεν ἑννακτῶν ὀκτώ. Pachymeres novennem facit. **ΒΟΙΝΙΧ.**

- Pag. 63, 3.** Ὡν δὴ θυγατέρων] Pachymer. lib. I. cap. XIII.
DUCANG.
- Pag. 63, 6.** Τὴν δὲ γε δευτέραν τὴν Θεοδώραν] Irenen. Vide supra p. 35. E. BOIVIN.
- Pag. 63, 18.** Ἀχθόμενοι τῇ πέρα τούτου τιμῇ] Verba suspecta, sed clara sententia. WOLFIIUS.
- Pag. 65, 15.** Ἐννάτη μὲν] Idem. Pachymer. lib. I. cap. XIX.
DUCANG.
- Pag. 65, 18.** Καὶ τὰ μνημόσυνα] Interpres, *memoriam*: imo, uti vertimus, *Officium ecclesiasticum exequiarum*, seu, uti vulgo loquimur, *officium defunctorum*. Vide Glossar. med. Graecit. in *Μνημόσυνον*, et in Ἐννάτα. DUCANG.
- Pag. 68, 7.** Ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ] Acropol. cap. LXVII. LXVIII. DUCANG.
- Pag. 69, 2.** Ἥ γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ] Vide stemma Palaeologorum in Familiis Byzantinis. DUCANG.
- Pag. 69, 4.** Ταύτην ἐρυθροῖς ὑποδέδεται κρηπίδι] Vide quae annotamus in notis ad Villharduinum, et Alexiadem, et in utroque Glossario, ubi de Tzangis. DUCANG.
- Pag. 69, 21.** Τὰς κλειῖς τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου] Partim in urbe Magnesia, partim in Astyzii arce ad Scamandrum, tum fiscus imperatorum asservabatur, Pachymer. lib. I. cap. XXIII. DUCANG.
- Pag. 70, 2.** Ἀδείας γὰρ] Pachymer. lib. I. cap. XXV. DUCANG.
- Pag. 70, 16.** Καὶ ἦν ἐπὶ γλώττης] Idem Pachymer. lib. I. cap. XXII. XXIII. DUCANG.
- Pag. 70, 17.** Vide Arsenii testamentum, editum a Cotelerio. BOIVIN.
- Pag. 71, 8.** Τὸ τοῦ δεσπότητος ἀξίωμα] Acropol. cap. LXXVII. Pachymer. lib. I. cap. XXVII. XXVIII. DUCANG.
- Pag. 71, 10.** Ἐν τούτοις μὲν] Acropol. cap. LXXVII. Pachymer. lib. I. cap. XXX. DUCANG.
- Pag. 71, 22.** Ὁ τε Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας πρίγκιψ] Pachymer. lib. I. cap. XXX. XXXI. Is fuit Guilelmus de Villa-Harduini, Gaufridi Primi Achaiae et Moreae principis filius. Vide stemma istius familiae praefixum notis Historiae Gaufridi de Villa-Harduini et Historiam Franco-Byzantinam lib. V. n. XVI. DUCANG.
- Pag. 72, 19.** Ἦν δὲ τηνικαῦτα ὁ χρόνος] Anno MCCLIX. Stero. DUCANG.
- Pag. 78, 3.** Ἀναγορεύουσι βασιλέα] Acropolita cap. LXXVIII. Pachymer. lib. II. cap. II. III. IV. Phranzes lib. I. cap. IV. DUCANG.
- Pag. 78, 3.** Ὁ περ ἀκηκῶς ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος] Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.
- Pag. 78, 12.** Καλανδῶν δεκεμβριῶν] Imperator dictus et in

clypeum elatus Kalend. Decemb. anno MCCLIX. coronatus vero Kal. Ianuar. anno MCCLX. ut infra annotatur. DUCANG.

Pag. 78, 13. Οὕτω δ' ὅλος ἀπηργίετο μὴν] Michaëlem Palaeologum ab Arsenio Kalendis ipsis Ianuariis coronatum esse tradit Ducangius. Gregoras coronatum ait *nondum toto mense elapso* post praestitum iusiurandum: proinde ante Kalendas Ianuarias coronatum ponit. Nam iusiurandum Kalendis Decembribus praestitum esse dixit paulo supra. Pachymeres lib. II. cap. IV. *ἐκατομβαιῶνος νομηνίᾳ* iusiurandum praestitum, proclamatum imperatorem, et clypeo impositum, scribit. De eodem coronato agit in capitibus sequentibus. Possinus vero *ἐκατομβαιῶνος νομηνίᾳ* Kalendas Ianuarias interpretatur, atque adeo post Kal. Ianuarias coronatum imperatorem putat. Ita chronologis male inter se convenit. Ego Ducangium auctorem secutus, coronati Michaëlis Palaeologi annum posui MCCLX. diem vero, Kalendas ipsas Ianuarias. Mauritius David Palaeologi inaugurati tempus retroagit ad Kalendas Ianuar. anni MCCLIX. et hanc suam rationem multis argumentis confirmat, quae in praesenti nec refellere nec omnino approbare institui. BOIVIN.

Pag. 79, 2. Ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ βήματος] Wolfius, *in sacro suggestu*: emendavimus, ut et alibi ubi haec vox occurrit, *in sacro Bematate*. Aliud enim est *suggestus* sive *Ambo*, aliud *Bema* sive *sacrarium*. Vide Constantinopolin Christianam lib. III. n. XLIX. DUCANG.

Pag. 79, 3. Τῷ βασιλικῷ κοσμητῷ διαδήματι] Kalendis Ianuarii, anno Chr. MCCLX. Indict. III. Nicaeae, quae post receptam a nostris urbem *Ῥωμαίων βασιλείων* exstitit, ut hic infra ait. Ita Acropolita. DUCANG.

Pag. 79, 5. Διηνεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν] Pachymer. lib. II. cap. II. Phranzes lib. I. cap. IV. more scilicet Francorum observato, apud quos tutores praediorum, quae nobilium puerorum tutelae suae commissorum erant, dominos sese inscribebant, donec ii suae aetatis fierent: cuius quidem moris haud nuper ù exemplum dederant, dum Balduino II. ~~huc~~ impuberi Ioannem Briennensem Comitem ex rege Hierosolymitano tutorem praefecerant, ea lege ut quoad Balduinus ex ephebis excederet, imperatoria dignitate frueretur: de quo apud nostros more multa diximus in Hist. Franco-Byzantina lib. III. n. XV. et in Gloss. med. Latina in v. *Haeres*. DUCANG.

Pag. 79, 13. Ἀγγέλλονται τοῦτῳ τὰ δυτικά τῶν Ῥωμαίων πρόπαια] Itaque cum imperator salutatus et clypeo impositus est apud Magnesium, nondum victoriae Macedonicae nuntius advenerat. Hinc eius victoriae reportatae tempus colligi potest, atque ex initio cap. II. infra. BOIVIN.

Pag. 79, 15. Τὸν Πελοποννήσου] Acropolita cap. LXXXI. Pachymer. lib. I. cap. XXXI. Phranzes lib. I. cap. V. Monachus Padua-

nus lib. III. pag. 34. Histor. Franco-Byzant. lib. V. n. XVI, XVII. Is porro princeps fuit Guilelmus Villharduinus, Gaufridi Primi Moreae et Achaiae principis filius, cuius supra meminit lib. III. cap. V. DUCANG.

Pag. 79, 21. Ἐν τοῖς νηανοῖς πεδίοις] Vide quae in hanc rem annotamus in Gloss. med. Graecit. in v. Τζάγγη. DUCANG.

Pag. 80, 1. Τὴν τε Μονεμβασίαν] Ita etiam Phranzes lib. I. cap. IV. At Monachus Paduanus lib. III. pag. 35. Sabellicus et Blondus solam Monembasiam habent. Constat tamen Spartam unam fuisse ex cassis oppidis, ut exserte testantur Gregoras, et Phranzes, cuius episcopus Haimo, sua dignitate ex eo privatus, ad Coronensem episcopatum promotus fuit a Nicolao III. Papa anno MCCLXXVIII. uti docet eiusdem Pontificis Regestum in litteris curialibus epist. CX. Est autem Monembasia, Moreae nunc oppidum, non procul dissitum a Capo Malio, sive Maleo promontorio, hodie *Malvasia*, priscis *Epidaurus Peloponnesi*. DUCANG.

Pag. 80, 11. Καταλιπὼν τὸν πατριαρχικὸν ὁ Ἀρσένιος θρόνον] Ephraemius de Arsenio:

Καὶ πάντα βαθμὸν ἀνύσας ἐκκλησίας,
 Εἰς ὕψος ἤρθη ποιμεναρχίας μέγα.
 Ἀύθαιφίτως τουτου δὲ λειποντος θρόνον,
 Μονῇ δὲ αὐτὸν εὐαγῶς δεδωκότος,
 Νικηφόρος, πρόεδρος ὢν Ἐφεσίων,
 Προεδρίαν εἴληψε τῆς Κωνσταντινου. DUCANG.

Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

Pag. 80, 12. Ὡλιστο ἡσυχάσων ἐς τὸ παράλιον κ. τ. λ.] *Tranquillam ac solitariam vitam acturus*. Vide Glossarium Ducangii. BOIVIN.

Pag. 80, 12. Τοῦ Πασχασίου μονῆριον] Cuius monasterii situs describitur a Pachymer. lib. II. cap. XV. DUCANG.

Pag. 80, 17. Καὶ δὴ Νικηφόρος] Pachymer. lib. II. cap. XVI. DUCANG.

Pag. 80, 23. Τὸ κατὰ τὴν περὰ τὸν Γαλάτου ἐπικεκλημένον φρούριον] *περὰ*, *παρὰ τὸ πέραν*, quod mare interiaceret. Vocatur etiam hodie *Pera*, ut Ioannes Dernschwam, vir ornatissimus, mihi retulit: qui diu et Byzantii vixit, et Amasiam usque progressus est: et hos Byzantinae historiae libros omnes cum aliis multis, singulari industria et studio iuvandae reipublicae litterariae comparavit: et ut a me converterentur, atque in publicum ederentur, primus auctor fuit. WOLFIVS. Male Wolfius, *Castellum Peraeae, cognomento Galatae*. *περὰ* hoc loco *adversum littus* significat. Quodsi castellum illud hodie *Pera* dicitur, non idcirco Gregorae verbis vis facienda est. BOIVIN.

Pag. 80, 24. Τοῦ Γαλάτου] Pachymer. lib. II. cap. XX. DUCANG.

Pag. 81, 21. Κατὰ μέντοι τὸ ἐπιὸν ἔτος] An. Chr. MCCLXI. DUCANG.

Pag. 82, 4. Τὰ τῶν Τούρκων βασιλεια] Iconium, Turcorum Sultani sedem primariam. Vide stemma Sultanorum Iconiensium post Familias Dalmaticas n. XV. DUCANG.

Pag. 82, 5. Μελήκ] Qui antea ad Michaëlem profugerat, et ab eo detinebatur, ne si evaderet res novas moliretur. Pachymer. lib. II. cap. XXIV. PUCANG.

Pag. 83, 2. Ἦγε καὶ ἔφερεν ἐλπίδων ὥσπερ παράσιτον] Sententia est, ut parasiti mensis divitum alantur, ita illum spe bona lactatum esse. WOLFIIUS.

Pag. 83, 3. Δύο ἐξῆς ἡνύετο ἔτη] Acropol. cap. LXXXV. Pachymer. lib. II. cap. XXVI. DUCANG. Δύο ἐξῆς ἡνύετο *) ἔτη] Verterat Wolfius, *Duo perpetui anni exierant*. Ego malui vertere, *Secundus annus exibat*. Ab aequinoctio autumnali anni MCCLIX. quo finis bello impositus est, ad solstitium aestivum anni MCCLXI quo belli renovati initium statuitur, non intercesserunt anni duo integri. Verbum ἡνύετο apud Gregoram significat *exibat*, non *exierat*. Sic libro X. cap. I. τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν (loquitur de aetate Andronici senioris) ἔτος ἀπὸ γενέσεως αὐτῶ τέλει τῶν κει ἡνύετο, *quartus quidem et septuagesimus annus ei morienti exibat*. *Exibat*, non *exierat*. Nam constat Andronicum non totos LXXIV. annos vixisse. Vide annotata infra ad Oraculum Tralianum lib. IV. cap. V. sect. 9. ΡΟΙΥΙΝ.

Pag. 83, 20. Ἀγοραῖοι ἀνδράσι] Qui se Θεληματάρους appellabant, quod nec Francis nec Graecis omnino parerent, sed gente Graeci ac Constantinopoli nati, ruri degentes sua colerent praedia, uti innuit idem Gregoras: sic enim appellantur a Pachy- mere lib. II. cap. XIV. XXVI. XVII. Anonymus Ms. de bellis Francorum in Morea: ἕνας λαὸς ἀκέφαλος, ὅλη Θεληματάρος. DUCANG.

Pag. 84, 12. Ἀγρι χιλιάδος μιᾶς] Octingentos duntaxat fuisse infra ait. Phranzes lib. I. cap. IV, equites circiter octingentos cum globo peditum habuisse Strategopulum scribit. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. V. cap. XXIV. PUCANG.

Pag. 85, 19. Καὶ ὁ Καῖσαρ] Acropol. cap. LXXXV. Pachymer. lib. II. cap. XXVII. Hist. Franco-Byzant. lib. V. n. XXV. XXVI. XXVII. DUCANG. Graecos recuperasse Constantinopolin anno Mundi VI. MDCCLXIX. die Iulii XXV. diserte sit Georgius Acropolita. De die et mense inter omnes constat; non item de anno. Sunt enim qui affirmant recuperatam fuisse anno Mundi VI. MDCCLXVIII. Christi MCCLX. atque eam fortasse fuisse Nicephori Gregorae opinionem, infra ostendetur. Codex Regius 2525². scriptus paulo post obitum Andronici iunioris, quo tempore floruit Gregoras, Constantinopolin a Graecis recuperatam ponit anno Mundi VI. MDCCLXVIII. In eundem annum consentiunt Codex 2654.

*) ἡνύετο, non ἡνυστο, aut παρεξήγη. ΡΟΙΥΙΝ.

fol. 6. V. Cod. 2936. et Cod. 2976. quibus continentur breviarum chronologica; Cod. 3502. fol. 7. Dorotheus Monembasiensis in Synopsi variarum Historiarum edita Venetiis, an. MDCXXXI. Matthaeus Cigala in eiusdem argumenti libro Venetiis edito anno MDCXXXVII. Chronicon breve editum ex Codd. Regiis ab Ismaële Bullialdo, et Historiae Michaëlis Ducae subiunctum. Chytraeus in Chronologia, ubi de Nicephoro Gregora. Caeterum verissimam puto Acropolitae chronologiam, qui historiam scripsit eo tempore, quo Graeci Constantinopolin recuperarunt. Cum Acropolita consentiunt Codex Reg. 2432. fol. 99. V. et Cod. 3058⁴. fol. 69. V. item instrumentum prolatum a Ducangio ex Thesouro Charlarum, et in calce Historiae Franco-Byzantinae cum aliis actis coniunctum. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 85, 24. Ἡ τοῦ Παντοκράτορος] Vide eandem Hist. n. XXVII. **ΔΟΥΚΑΝΟ.**

Pag. 86, 2. Τὸν δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς Ἰολέντης πρῶτος υἱὸς ὁ Ῥόμπιερος] Georgius Acropolita Petrum interserit, Henrici successorem. Omissus praeterea a Gregora Ioannes, qui post Robertum imperator fuit. Vide Historiam Franco-Byzant. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 86, 11. Καὶ σύμβολα βασιλείας] Quae illa fuerint, narrat Acropolita cap. LXXXVII. Nos etiam ex illo et aliis in eadem Hist. n. XXVIII. et XIX. Pachymer. lib. II. cap. XXVII. extr. scribit in argumentum captae urbis allatam Michaëli sariissam Balduini purpuream: *σημεῖον δὲ ἀληθείας τῶν λεγομένων ἐκείνοις ἦν κοκκοβαφῆς σάρισσα δεικνυμένη.* **ΔΟΥΚΑΝΟ.**

Pag. 86, 13. Ῥέουσα δ' ἡ φήμη] Pachymer. ibid. **ΔΟΥΚΑΝΟ.**

Pag. 86, 19. Εὐθὺ τῆς Ἰταλίας] Imo recta in Euboeam insulam contendit Balduinus, cum Marco Gradenigo, Pantaleone Iustiniano patriarcha Constantinopolitano, et compluribus aliis, quorum plerique, antequam insulam attingerent, fame perierunt, ut narrat Monachus Paduanus. Balduinus vero et caeteri ab Euboeae principibus et a Laurentio Tiepolo Venetorum Baiulo humaniter excepti sunt. **ΔΟΥΚΑΝΟ.**

Pag. 87, 13. Τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ, δευτέρου ἔτος ἀγοῦν τῆς ἡλικίας] Hinc colligitur Andronicum seniore (qui hoc loco νέος vocatur) non vixisse annos LXXIV. *) sed tantum LXXIII. nisi Gregoras Constantinop. a Graecis recuperatam ponat an. Mundi VI. MDCCLXVIII. Nam ab an. VI. MDCCLXIX. exeunte, quo recuperatam Urbem ponit Acropolita, ad an. VI. MDCCCXL. ineuntem, quo Andronicum constat obiisse, anni numerantur non toti LXXI. quibus si pueri bimuli aetatem seu duos annos addas, confient an. LXXIII. non toti. Atque hoc est, quod supra dicebamus, Gregoram sequutum esse fortasse opinionem eorum chro-

*) Quot vixisse eum Gregoras ait lib. V. cap. V. sect. 9. item lib. X. cap. I. s. c. 4. **ΒΟΙΝΙΧ.**

nologorum, qui Constantinopolin recuperatam statuerent anno Mundi VI. MDCCLXVIII. non autem an. VI. MDCCLXIX. Sed hic noster Historicus non semper secum consentit. **ΒΟΙΝΙΣ.**

Pag. 87, 14. Συγκαί παρήλθον ἡμέραι, καὶ εἶχε τὸν βασιλεῖα ἢ τῶν πόλεων βασιλεύουσα] Michaëlem Palaeologum in Urbem recuperatam ingressum esse die XV. mensis Augusti, colligo ex his quae leguntur initio Codicis Regii 1852. *) *Μηνὶ αὐγούστῳ ἐ. ἡ-δικπιῶνος δ. τοῦ ἔτους στψξθ'. ἐσλήθημεν**)* σὺν θεῷ ἐς Κωνσταντινούπολιν. *Mensis Augusti die XV. an. VI. DCCLXIX. introducti sumus Deo iuvante in urbem Constantinopolin.* **ΒΟΙΝΙΣ.**

Pag. 87, 17. Θεομήτορος τῆς Ὀδηγητρίας] Acropol. cap. LXXXVIII. Pachymer. lib. II. cap. XXXI. istius aedis, de qua multa congressimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. XXIV. alibi saepe meminit Gregoras. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 87, 21. Ἐγγιστα τοῦ Ἱπποδρόμου καλάτιον] Quod *μαγνημ* appellabant, Graeci vero paulo recentiores *βασιλεία τὰ μεγάλα πρὸς ἀνατολήν*, ubi hodie *Geni-Sarai*, Palatium novum, quod *Osm* aneam portam nunc nominant, de quo pariter agimus in eadem nostra lucubratione lib. II. sect. IV. n. 1. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 87, 22. Τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις] Pachymer. τὸ γὰρ *Βλαχερνῶν οὐκ εὐτερεπῶς ἦν ἔχειν πρὸς τὴν τῶν βασιλέων κατολίκευσι.* *ἔγμε γὰρ καπνοῦ καὶ λιγνύος.* **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 88, 7. Ὅτι μὴ κατάλυσιν παντοίαν ἐφ' ἡμέρα καὶ νυκτὶ] *κατάλυσω* hic non *diversorium*, sed *destructionem* significare, sententia ostendit. **WOLFIUS.**

Pag. 88, 19. Πατριάρχην Ἀρσένιον] Pachymer. lib. II. cap. XXXIV. lib. III. cap. I. II. **ΔΥΣΑΝΘ.** Vide Arsenii testamentum. **ΒΟΙΝΙΣ.**

Pag. 89, 6. Τὸ δὲ ἦν θρίαμβον] De Strategopuli triumpho silet Pachymeres, quem attigit etiam Phranzes lib. I. cap. V. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 89, 11. Ἐν τοῖς ὑμνητηριοῖς καὶ εὐφήμοις ᾠδαῖς] In acclamationibus et *εὐφημαῖς*, quae in ecclesia praesertim fieri consueverant, uti scribit Phranzes lib. I. cap. V. de quibus agimus in Gloss. med. Graecit. in *εὐφημα*, et in *πολυχρόνιον*. Istius prope Strategopuli *εὐφημίας* meminit pariter Pachymer. lib. III. cap. 2. extr. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 90, 18. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἀλλοσκεταὶ ζῶν] Pachymer. lib. I. cap. XXXII. lib. III. cap. VII. VIII. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 90, 20. Ἄλλ' ἐν ἀδήλοις ὥσπερ πελάγεσι] Sumpta haec ex dialogo, cui titulus *Φλωρέντιος*, seu *περὶ σοφίας*. Vide Cod. Reg. 3284. fol. 257. V. **ΒΟΙΝΙΣ.**

Pag. 91, 20. Ἐν ταῖς τῶν φαυλοτέρων ἤτταις] Phrasis insolens, pro *ἐν τῷ ἤττασθαι τῶν φαυλοτέρων*. **ΒΟΙΝΙΣ.**

*) Quo continetur prima pars Lexici Suidae. **ΒΟΙΝΙΣ.**

) Ἰσο ἐσλήθημεν. **ΒΟΙΝΙΣ.

Pag. 91, 24. Τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς] *Annae Manfredi Siciliae regis sororis, de qua ibidem Pachymer.* DUCANG.

Pag. 92, 2. Παρὰ Θεοδερίχου] Sic hoc loco, et infra, Fredericum II. imperatorem perperam vocat, quem Pachymeres Θεοδερίχου. Manfredus quippe filius nothus fuit eiusdem Frederici. DUCANG.

Pag. 92, 10. Βασιλέως ἀδελφιδῆν Ἄνναν] *Eulogiae Michaëlis imp. sororis filiam. Vide Famil. Byzant. p. 209. 210.* DUCANG.

Pag. 92, 21. Κατὰ τινα χρεῖαν ἐπιδειδημηκῶτι ἐκ τοῦ παρήκοντος] *Nisi pro ἐκ τοῦ παρατυχόντος, vel κατὰ τύχην intelligatur, non video quid sibi velit, et sic usus est hac forma loquendi Pachymerius.* WOLFIUS.

Pag. 92, 23. Ὄνομα δὲ Βελικούρτω] *Pachymer. lib. III. cap. VI. Μαίω δὲ Βελικούρτω, id est Mahieu de Valaincourt, quomodo vox Matthaeus tum efferebatur apud Francobelgas nostrates. Is porro ex nobili satis in Picardia familia ortus erat, uti docemus in Historia nostra Franco-Byzantina lib. V. n. XLII.* DUCANG.

Pag. 93, 3. Ὄνομα Βιντιμιλία] *Seu, ut Itali efferunt, Vintimiglia. Unde eandem Hist. n. XLI. XLII. et quae de hac familia observantur in Familiis Byzantinis, ubi de Lascarica gente agimus, cuius nomen sibi exinde adscripserunt Vintimilienses.* DUCANG.

Pag. 93, 5. Τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτῶν] *Pachymer. lib. II. cap. XXXV. lib. III. cap. X. XII. XXV. ubi ἐν φρουρίῳ τῶ τῶν Νικητιάτων τῆς Δακιβύζης inclusum scribit.* DUCANG. Annotavimus in margine, factum id esse A. C. MCCLXI. et ita quoque Possinus in chronologia sua Pachymeriana. Sed si Ioannes, cum est excaecatus, iam tum erat decennis, ut hoc loco dicitur, oportet excaecatus sit an. Christ. MCCLXIII. siquidem anno MCCLIX. quo eius pater Theodorus obiit, annum aetatis sextum explebat, teate ipso Gregora lib. III. cap. III. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 93, 6. Δικαστῆ ἤδη τυγχάνοντα] *Possinus novennem facit.* BOIVIN.

Pag. 93, 11. Χερσὶ μὲν τὰ στέρνα] *Non necesse habui ensiferas cogitationes, fumos gemituum et ligna doloris inserere.* WOLFIUS.

Pag. 93, 17. Ἀφορισμῶ μὲν τὸν βασιλέα καθυποβάλλει] *Pachymer. lib. III. cap. XIV.* DUCANG.

Pag. 93, 18. Τὴν δὲ τούτου μνήμην] *Quod tam improbatum, cum, ut ait Pachymeres, id esset cum eo in sacris communicare, qui a communione abscissus erat.* DUCANG.

Pag. 94, 10. Καὶ ἣν ἡ λαληθεῖσα κατηγορία] *Idem Pachymer. lib. IV. cap. III.* DUCANG.

Pag. 94, 13. Ὅτι Χριστιανῶν τε ὑπῆρχε γονέων υἱὸς] *Pachymer. patriarcham respondentem libello accusationis dixisse ait, Sultanum eiusque filios pro Christianis tum habitos, id asserente Macario, Pisidiae episcopo. Vide eundem Pachym. cap. VI.* DUCANG.

Pag. 94, 23. Είσκαλειται τοίνυν] Coacta synodo aliquot episcoporum Constantinopoli in Alexiaco triclinio. Pachymer. lib. IV. cap. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. DUCANG.

Pag. 95, 9. Γερμανός] Pachymer. lib. III. cap. XII. XIII. DUCANG.

Pag. 95, 20. Ἰκάριος] Pachymer. lib. V. cap. XXVII. Istius porro Icarii defectionem pluribus descripsimus in Hist. Franco-Byzant. lib. V. n. XLV. et XLVI. ubi illum fuisse ex *Zachariarum* seu *Iaqueriaarum* familia Genuensi docuimus, ex qua alter Benedictus Zacharias, ac illius forte filius, Chium insulam Graecis abstulit sub an. MCCCIV. Vid. eadem Hist. lib. VI. n. XXV. DUCANG.

Pag. 95, 21. Τοῦ τῆς Εὐβοίας κρατοῦντος] Interpres *Prætozem* verterat: *Principem*, emendavimus. Incertum autem, quod mox subdit, an Euboea Reipublicae Venetae ea tempestate provincia exstiterit, cum a tribus diversis principibus tum possideretur, ex familiis *Dalle Carceri* Veronensi, *di Ghisi* Veneta, et *Zacharis* Genuensi, ex qua postrema erat *Icarus*, qui, ut scribit Pachymeres d. cap. XXVII. ex istius insulae dominis erat, atque, ut vero est simile, a duobus aliis principibus defecerat, orta invicem simultate. Scribit Andreas Dandulus in chron. Ms. sub an. MCCLIV. et MCCLV. Guilelmum Villharduinum, qui Gaufredo fratri Moreae et Achaiae principi successerat, ad se evocatis Narioto *Dalle Carceri*, et Guilelmo Veronensi, Euboeae insulae principibus, iisque in carcerem coniectis, in eandem insulam cum copiis irrupisse, hancque expugnasse, ex ea pulso Paulo Gradenigo Venetorum Baiulo: Venetos vero, misso Marco Gradenigo cum VII. tririmibus, in auxilium ascitis vicinis principibus, insulam denuo recepisse. Sed et ex Archivo Camerae computorum Parisiensi docemur, anno MCCCXLIV. duos magnates, quorum alter *P. Dalle Carceri*, alter Bartholomaeus Ghisi nobilis Venetus vocabatur, isti insulae tum in solidum imperasse, ac Moreae principi fidem et clientelam praestitisse. Vide eundem Dandulum ann. MCCLXIX. et MCCLXXII. Sabellicum etc. DUCANG.

Pag. 96, 22. Τὸν μὲν ἀρχηγὸν τῆς Εὐβοίας] Aliter Pachymeres, qui non Euboeae principem, sed Ioannem *Μέγαν Κύριον*. seu uti nostri vocabant *Le Grand Sire*, captum et adductum, ac deinde remissum statim decessisse, eique successisse Guilelmum illius fratrem *Magnum Dominum* scribit. Qui porro *μέγας κύριος* ab eo nuncupatur, non alius est ab Atheniensi Duce, ita a nostris appellato, quod eius ditio longius caeteris in Graecia protenderetur: uterque vero ex familia *de la Roche* exstitit. Vide Historiam Franco-Byzant. lib. V. n. XLVII. DUCANG.

Pag. 97, 9. Πίπτει πρηνῆς ἐπ' ἐδάφους] Mera fabula de Ioannis subita in imperatoris conspectu morte, ex iis quae traduntur a Pachymera lib. V. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 97, 10. Μετὰ μέντοι] Ut Pera seu Galata Venetis, Pi-

sanis, et Geniensibus ad habitandum a Michaële concessa sit, multis egimus lib. I. Constantinopolis Christianae sect. XXII. de singulorum vero praefectis hic recensitis, eorumque nominibus, tum ex Gregora, tum ex Pachymere lib. II. cap. XXXIII. et aliis, in Glossario med. Graecit. DUCANG.

Pag. 98, 2. Ἐκήδευσεν τῷ φηγὶ τῆς Ἰταλίας Καρούλω] Vide Historiae Franco-Byzantinae lib. V. n. XLVIII. XLIX. DUCANG.

Pag. 98, 7. Γένους τοῦ Γασμουλικοῦ] Pachymer. lib. IV. cap. XXVI. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 98, 13. Τζάκωνας] Horum Laconum meminit Pachymeres lib. III. cap. IX. Vide pariter idem Glossar. in hac voce. DUCANG.

Pag. 98, 13. Ὁ γοῦν βασιλικὸς στόλος] Pachymer. lib. III. cap. XV. DUCANG.

Pag. 98, 25. Τὸ δὲ ἦν κομίτης] Pachymer. lib. III. cap. XXIII. DUCANG.

Pag. 99, 21. Κωνσταντῖνω] Pachymer. lib. III. cap. XXV. DUCANG.

Pag. 100, 5. Διαμηνύσασθαι Κωνσταντῖνω] Verbum διαμηνύσασθαι apud Gregoram non semel occurrit, pro μεταπέμπειν. Vide lib. VIII. cap. VI. sect. 2. etc. BOIVIN.

Pag. 101, 21. Ὁ τῆς Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας Σουλτάν] Pachymer. lib. III. cap. V. Is porro est quem nostri *Noradinum* vocant, Chronicon vero Orientale ab Echellensi editum, *Almansurum Nuraddinum*, ubi regnum iniisse dicitur anno Hegirae DCLV. proinde Christi MCCLVII. a quo scilicet expugnatas quas nostri in Syria obtinebant civitates narrant scriptores rerum Hierosolymitarum. DUCANG.

Pag. 102, 7. Ἡ τῶν γονέων ἐξωνούμενοι] Pachymeres ταῖς συνεχέσει μετακομίσει τῶν βορέαθεν μειρακίσκων Arabes suos auxiase exercitus scribit. Haytonus in Hist. Orientali cap. I. de Soldani Aegypti potentia: *Maior pars exercitus Aegypti sunt servi empti pretio, quos mali Christiani saepe portant cupiditate lucrandi, aut in praeliis acquisiti, quos compellunt eorum sectae et fidei adhaerere. Et illi qui empti pretio pecuniae exstiterunt, cariores sunt et habentur, et plus aliis honorantur.* Apud Turcos vero Europaeos alia inducta simili fere modo exercitus augendi consuetudo Amurate imperante sub ann. MCCCLX. cuiusdam Caramani doctoris Carae Rustenis et Zinderlu-Chelilis consilio, qua inductum, ut de mancipiis puerilium aetatem egressis, quae bello capta fuissent, quantum quodque caput Sultano offerretur: sin tria duntaxat aut quatuor essent mancipia, singulorum nomine XXV. aspri solverentur. Hi Nomadibus seu agricolis traduntur discendae linguae Turcicae et religionis Malumetaanae causa, et annis aliquot exactis ad Portam revocantur, Genitzarorum officio functuri. Hanc puero-rum collectionem παιδομάζωμα vocat Contares in Hist. Athenar.

Vide Ducas Hist. cap. XVI. Leunclavium lib. V. Hist. Musulma. pag. 228. et in Pandecte Turcico n. XXXV. DUCANG.

Pag. 108, 14. Καθάπερ τι σιδηροῦν τεῖχος] Idem Gregoras lib. V. cap. VI. τὸ γὰρ τοι γένος τῶν Ἰταλῶν τοιοῦτοις ἀρρήθην σκτέθραπται τοῖς ἡθεσι. ἂν μὲν γὰρ εὐτάκτως ἀπαντᾷ πρὸς τὸν κόλεμον, τεῖχός ἐστιν ὄχυρόν καὶ ἐμάχητον. Respexit etiam forte ad Latinorum seu Francorum pleniorē armaturam: unde Theophylactus Bulgariae archiep. Epist. XXVI. ὁ Φράγγος ὁ τὸν τρέχλον τεως σιδηρεος. DUCANG.

Pag. 104, 2. Οἱ Τούρκοι] Vide notata ad lib. II. pag. 23. DUCANG.

Pag. 106, 19. Ἄλλ' ὁ τῆς Φοινίκης καὶ Συρίας ἔρας etc.] Atqui illi sanctum sepulchrum recuperarunt, quidquid Gregoras dicat. BOIVIN.

Pag. 107, 8. Hic locus fuit commemorandi expeditionem sacram D. Ludovici; cuius mirum est nullam a Gregora mentionem habitam fuisse. BOIVIN.

Pag. 107, 11. Εἰεν. ὁ μέντοι] Pachymer. lib. IV. cap. II. XVII. XXI. XXIII. XXVIII. DUCANG.

Pag. 107, 13. Ἄσε Ἀρσενίου [ζῶντος] Non modo quod eo ipso pro μοιχῶ seu adultero haberetur, uti docemus in Gloss. med. Graecit. in v. Μοῖχος, sed et διὰ τὴν ἐμφαινομένην τοῦ θρόνου μεταθέσειν, ut loquitur Pachymeres d. cap. XVII. et quod ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς θυγατρὸς τῶ θρόνω τῆς μητρὸς ἀνέβην οὕτω καὶ ἀπέδωκεν εἰσπηδήσειεν. οὕτω γὰρ τὰς ἐκκλησίας ἐκάλουν. idem cap. XIII. Adde cap. XXVIII. DUCANG.

Pag. 107, 15. Αὐτὸς δ' ἠσυχάσων ἀπήει] A. C. MCCLXVI. BOIVIN.

Pag. 107, 15. Ἰωσήφ τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον] Eodem anno, Decemb. die XXVIII. BOIVIN.

Pag. 107, 17. Κατὰ τὸ Γαλλήσιον ὄρος συνεξημάς] Exstat in Cod. Reg. 2964. f. 320. inter opera Nathanaëlis (seu Nicephori) Chumni imperatorium diploma, inscriptum λόγος χουσεβοῦλλιος ἐπὶ τῇ ἐνώσει τῆς ἐν τῷ Γαλησίῳ μονῆς καὶ τῆς ἀγίας ἀναστασίας, ὥστε τοῦ λοιποῦ μὴ δύο, ἀλλὰ μίαν ταύτας εἶναι, καὶ ὑφ' ἐνὶ τῆ τάχθαι καὶ ἀγεσθαι καθηγουμένω. In quo diplomate cum alia multa praeclara de Galleii monasterio narrantur, tum haec maxime notanda, ἡ πρὸς ἔω ἐν τῷ τοῦ Γαλησίου τόπῳ σεβασμία μονὴ τῆς καὶ νυπεράγνου μου δεσποίνης καὶ θεομήτορος, διαβόητος οὕσα ἔξοτε δὴ καὶ τὴν ἀρχὴν συνέστη, καὶ σφόδρα γε θαυμαζομένη, οἷς καὶ παννυ τὶ δεδύνηται ψυχὰς βελτιοῦν ζῆν κατὰ θεὸν αἰρουμένας, καὶ νῦν ἐς δεῦρο περισιάζει τοῦτο τὸ καλόν, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ τὴν κοίτην τείαν τήνδε μετένει προθυμονμένοις πρὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλα σπουδαίρεται, καὶ δεξιὰ τις ἔστι πληροῦν τὸν πόθον. Ἰδρῦται γὰρ ἐν αὐτῇ κήτην τινὶ, πόρῳ που τῶν κοσμικῶν θορυβῶν ἀνακισμένη. ἰδρῦται δ' αὐτὴν καὶ συνέστησι πρῶτως ὁ περιβόητος τὴν ἀσκησιν καὶ μέγα

την κατὰ θεὸν πολιτείαν Λάζαρος, ἀπολεξάμενος τόνδε τὸν τόπον, καὶ τὴν θαυμασίαν ταύτην ἐν αὐτῷ τῇ θεομήτορι καθοσιώσας μονήν, καὶ γε δεινόμενος καὶ πῆξας ἀρετῆς ὡς εἰπεῖν ἐργαστήριον. . . ὅρος γὰρ ἔστιν ὁ τόπος ἄναντες καὶ τραχὺν, τῶν ἐς ψυχαστασίαν καὶ παραμυθίαν σαματικὴν μηδενὸς ἤκιστα μετέχον. οὔτε γὰρ σκιάζεται δένδροις· οὔτε βοτάνης, ἀλλ' οὔδ' ἄλλ' ἄπογεννᾷ βλάστησιν· οὐ μιν οὔδ' ἄλλων ἀπὸ γῆς χρησίμων οὔδ' ἐν οὐδὸς καρποφορεῖ· ξηρὸν δ' ἔστιν ὅλον, καὶ πρὸς τοιαύτας γονὰς παντάπασιν ἀφύες· εἰ καὶ ἄλλως γόνιμον ἀρετῆς. Omitto caetera. BOIVIN.

Pag. 107, 20. Κατὰ τοὺς λογισμοὺς ἐξηγόρευεν] *Interpres, et suas illi cogitationes exponerat. Emendavimus, et delictorum, seu peccatorum, confessionem edebat. Pachymeres: ἄνδρα πνευματικόν, καὶ εἰς πατέρα τεταγμένον τῷ βασιλεῖ. Vide Gloss. med. Graecit. in ἐξαγορεύειν, in λογισμὸς et in πνευματικός. DUCANG.*

Pag. 107, 22. Προσελθὼν πίπτει κρηνῆς etc.] A. C. MCCLXVII. Kal. Ianuar. BOIVIN.

Pag. 108, 3. Συγχωρήσεως ἔγγραφον] *Idem interpres: Condonationis syngrapham. Rursum emendavimus, absolutiois. Vide idem Gloss. in συγχωροῦστίον. Ritum hunc absolutiois pluribus describit Pachymer. lib. III. cap. XXV. DUCANG.*

Pag. 108, 12. Ἦν μὲν οὖν ἡ πᾶσα ἔκλειψις] *De hac Eclipsi, quae accidisse dicitur anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXV. Christi MCCLXVII. copiose egit Grandamicus parte III. Chronolog. sacrae cap. VIII. §. I. II. III. IV. et ex eo Possinus ad Pachymer. pag. 519. DUCANG.*

Pag. 109, 10. Ἐἶτα αὐτὸς μὲν] *Conferendus Pachymeres lib. IV. cap. XXIX. DUCANG.*

Pag. 109, 10. Πρῶτον μὲν] *Haec prima sacramenti a filio exacti pars spectat fidei professionem, quam recens dicti imperatores scripto dabant patriarchae, quam ideo ἔγγραφον appellabant, ut in Gloss. med. Graecit. in hac voce observamus. DUCANG.*

Pag. 109, 12. Δεύτερον δὲ] *Partem vero sacramenti istius hauserant Augusti recentiores Constantinopolitani a Francis nostris, seu Latinis, apud quos Vassalli seu Clientes in hominibus fidem Dominq de vita et membris et terreno honore se servaturos iurabant. Hic tamen non tam est hominum, quam securitas: neque enim reges cuiquam de regno hominum praestant. Unde in pacto inter Henricum II. regem Angliae et Henricum filium, quem antea pater regem dixerat, anno MCLXXIV. cum is hominum (quod filii alii fecerant) facere voluisset, noluit Dominus rex ab eo recipere, quia rex erat, sed securitatem accepit ab eo, ut est apud Rogerum Hovedenum et Bromptonum. DUCANG.*

Pag. 109, 22. Οὐ μέντοι μῆνα καὶ ἑνδοκτον] *Haec pluribus explicavimus in notis ad Alexiadem Annaeam pag. 254. et in Gloss. med. Graecit. in v. Μηνολογεῖν. DUCANG.*

Pag. 109, 22. Βασιλεὺς Ῥωμαίων] *Non vero αὐτοκράτωρ,*

politani historiam fuisse persequitur, cui Βέκκος, ut et Phranzi et aliis dicitur. DUCANO. Aliis Βέκκος; quibusdam etiam Βέκων.

Καὶ Λατινῶφων Ἰωάννης ὁ Βέκων.

Cod. Reg. 3058. Vide et clausulam Cod. Reg. 2006. Latine Becu, Beccus, Vecus, et Veccus promiscue dicitur. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 129, 15. *Νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης*] De prolatis a Vecco S. Scripturae de S. Spiritus processione locis, qui Latinorum dogmata firmarent, scribit quidem Pachymeres: sed de collectionis auctore hic silet, Blemmyde scilicet, valido apud Graecos Latinae ecclesiae sententiae adversus Graecos propugnatore. Nam cum Ioanne Duca rerum potiente inter Graecos de processione Spiritus sancti controversia discuteretur, ipse multis ex sacra Scriptura et sanctis Patribus collectis testimoniis Latinorum sententiam confirmavit, posteaque ad imperatorem Theodorum Lascarum et ad Iacobum Bulgariae electum archiepiscopum transmisit, ut ex ipso Ioanne Vecco docet Allatius lib. II. de utriusque ecclesiae consensu cap. XIV. n. IV. quorum quidem librorum meminit Pachymeres lib. VI. cap. XXIII., qui habentur editi post tom. I. Annal. Eccl. Odorici Raynaldi cum versione Latina eiusdem Allatii. DUCANO.

Pag. 129, 16. *Ὡς σχολῇ δεδοκῶς ἐαυτὸν*] Quasi sibi ipsi scribens, nec libro publicando incumbens. Mox, *λάθρα μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἐπόληψιν*, quae verba, inquit Allatius, perperam vertit interpres, *infamiae metu*, cum vertere debuisset, *propter multorum invidiam*, seu potius *propter vitandam suspicionem*, quod Latinorum scilicet partibus addictior videretur. Neque tamen id clam scripsisse dicendus est, quod imperatoris iussu egerat. DUCANO.

Pag. 129, 18. *Διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἐπόληψιν*] Verterat Wolfius, *infamiae metu*. Leo Allatius vertendum putabat, *propter multorum invidiam*, seu potius *propter vitandam suspicionem*. Ego vero malui, *propter opinionem in qua plerique erant*. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 130, 6. *Τὸν πατριαρχικὸν ἀναβιβηκῶς θρόνον*] Cum Iosephus sede sua pulsus in Peribleptae monasterium sese contulisset XL Ianuarii secundae Indictionis, anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXXII. (Christi MCCLXXIV.) ut est apud Pachymer. lib. V. cap. XVII. XXII. hincque in Anaplum (forte in Archangeli monasterium, de quo supra) amandatus, Veccus patriarcha renunciatus est XXVI. Maii, et II. Iunii die Pentecostes inauguratus. Idem Pachymer. cap. XXIV. XXVIII. DUCANO. Secessit Iosephus, ut supra dictum est, A. C. MCCLXXIV. Ianuarii die XI. Veccus non statim ei subrogatus. Possinus ex Pachymeris verbis lib. IV. cap. XVII. et lib. V. cap. XXIV. a prima secessione Iosephi ad initium a Vecco patriarchatum menses solidos sexdecim intercessisse colligit; atque ita Vecci creationem confert in annum Christi MCCLXXV. Possini calculus firmatur auctoritate Chronicorum manuscriptorum, in quibus Veccus annis octo sedem tenuisse dicitur. Vide Cod.

Reg. 3058^a. 3502. etc. In Codice 2525^a. fol. 282. V. septem anni tantum ei patriarchae tribuuntur. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 130, 9. Τὸν τε Μελιτηνιώτην] Quem cum Vecco legatum antea miserat ad S. Ludovicum Franciae regem, quo Carolum fratrem a consiliis averteret; ut suctor est Pachymeres lib. V. cap. IX. quem quidem Ludovicum, ut hoc obiter adnotem, πρώτον ὄντα καὶ ῥῆγα τετιμημένον ἀρχῆθεν, καὶ ἐπὶ μεγαλειότητι ἑξουσίας τιμώμενον, πρὸς δὲ καὶ τοὺς τροπούς εὐθὺν, vocat. **DUCANG.**

Pag. 130, 11. Γεώργιον ἐκ Κύπρου] Dignitate Πρωτοαποστολάριον, ut est apud Pachymerem lib. V. cap. XII. XXII. ac deinde patriarcham Constantinopolitanum effectum. Ita alter ex archidiaconis Palatini cleri Evangelium, alter Apostolum legit. **DUCANG.**

Pag. 130, 11. Συνελεειτουργῆκει μὲν οὖν τῶν πάντων οὐδεὶς τοῖς τοῦ Πάππα] Fateor ine non satis assequi quid sibi velit. Φρέριοι fortassis sunt *Fratres*, hoc est monachi, qui Latinam Missam permissu imperatoris celebrarunt. Sed haec ex iis, quae e Pachymerio de Metochite annotata sunt, intelliguntur. **WOLFUS.** Verterat Wolfius, *Nullus tamen eorum omnium ad Papae rationem liturgiam celebravit.* Vertendum ita ut edidimus. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 130, 13. Τῶν Φερίων τινὲς] Expressit vocem Gallicam *Frères*, quomodo tum indigitabantur ex ordine S. Francisci et S. Dominici monachi. Hi porro Constantinopolin advenerant a Gregorio missi, in quibus erat Ioannes Parastron. **DUCANG.**

Pag. 130, 14. Διὰ χειροτονίαν τινὸς] Interpres, *suffragio cuiusdam e familiaribus*: emendavimus, *propter ordinationem cuiusdam e suis.* **DUCANG.**

Pag. 130, 16. Ἦν ἀδελφῆ] Pachymer. lib. V. cap. III. Vide stemma Palaeologorum in Famil. Byzant. **DUCANG.**

Pag. 130, 19. Τῶ τῆς Ζαγοράς ἄρχοντι] Bulgariae regi. Cur porro Zagorae reges dicerentur Bulgariae principes, diximus in eorundem regum serie, n. XVII. Vide praeterea Leunclavium in Pandecte Turc. n. XXXIII. et in Onomastico. **DUCANG.**

Pag. 130, 22. Ἐν τούτοις] Pachymer. lib. VI. cap. III. **DUCANG.**

Pag. 131, 1. Ὄνομα Ἀσανᾶς] Cur id ei nominis inditum, indicat ibid. Pachymeres. Vide stemma Bulgaricum. **DUCANG.**

Pag. 132, 6. Ὄθεν ἐπειδήπερ] Pachymer. lib. V. cap. V. lib. VI. cap. IV. V. **DUCANG.**

Ibidem. ὁ λόγος φθάσας] Libr. III. cap. II. sect. 4. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 132, 6. Τὸν τοῦ Ἀσάν ἀπόγονον] Mytzes Asanis sororem duxerat uxorem, ut dictum supra, lib. III. cap. II. sect. 4. Cur itaque eum Gregoras ἀπόγονον vocat? **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 132, 18. Ἀπονητὶ δ' ὁ Ἀσάν] Pachym. lib. V. cap. III. lib. VI. cap. I. II. VII. VIII. IX. **DUCANG.**

Nicephorus Gregor. Vol. II.

Pag. 133, 21. Ἴδου γὰρ καὶ οἱ ἐκ Γεννοίας] Pachymer. lib. V. cap. XXX. DUCANG.

Pag. 134, 21. Τοῦ Ἰτροῦ] Nomen arcis est ruinosae in Asiatico littore, trans Bosphorum, non procul ab ostio Ponti Euxini, inquit Leunclavius in Onomastico priore Turcico: de quo quidem Hiero multis egimus in notis ad Alexiadem pag. 361. DUCANG. Vide lib. XVIII. cap. II. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 137, 4. Τῶ Σουλτάν Ἀζατίνῃ] Vide seriem Sultanorum Iconiensium post Familias Dalmaticas. DUCANG.

Pag. 137, 13. Εἰς δὲ τις Ἀμούριος ὄνομα] Quem a Meleco Sultano Iconiensi una cum filiis insigni perfidia postea interfectum fuisse narrat Pachymeres lib. X. cap. XXV. ex quibus unus Hali nomine, divina quadam providentia servatus, collecta Persarum manu, Melecum praelio adortus hunc interfecit, indeque aucta Hali, qui tum Amurii nomen suo adiecit, potentia, Romanas regiones incursionibus infestavit. Ut porro is perierit, exponit Gregoras in altera Historia. Iste autem Amur, Ἀμούρπεκς, unico vocabulo, dicitur Cantacuzeno lib. II. cap. XXVIII. Id est *Dominus Amur*. Est enim *Beg Turcis Dominus*, ut est apud Leunclavium in secundo Onomastico Turcico, et lib. IV. Hist. Musulman. pag. 196. ubi observat *Beg* nomen dari solere omnibus officium vel munus aliquod a rege vel Sultano consecutis. Graeci vero Πέγ et Πέγης dicunt, vel Μπέγης, ut in Gloss. med. Graecit. observamus. Unde discimus quis is sit quem Froissartus III. Vol. cap. XXII. et XXIII. *Amorabakin* vocat, quae vox effecta ex *Amur Begis* vel *Begin*. Sed an *Amur* iste, cuius meminit Gregoras, et Cantacuzenus loco laudato, sit ille a quo interfectus est Melecus, dubium ingerit idem Cantacuzenus, qui lib. II. cap. XXIX. et lib. III. cap. VII. eundem Amurium Aitinis Ioniae (seu Cariae, uti habet lib. II. cap. XIII.) Satrapae filium fuisse ait, eundemque Satraparum Asiae opulentissimum. Aitinem praeterea duos alios filios habuisse, quorum alter *Chetir*, alter *Souleimasas* vocabatur. Amurii porro crebra deinde mentio apud Cantacuzenum. DUCANG.

Pag. 137, 17. Ἐρως δὲ ἐπιστάντος] Circa an. MCCLXXV. DUCANG.

Pag. 138, 3. Εἰς πλείστα τεμόντες] Hinc igitur extincto Turcorum Iconiensium principatu, cum eidem tuendo contra Tartaros impares essent, singuli ex primoribus Turcis, prout libitum fuit, oppida et provincias pervaserunt, cum Graecis aequae ac Tartaris bellum gerentes, tandemque iisdem Tartaris recedentibus, pulsoque vel certe non admissa Sultano, Turcicum principatum provinciis invicem dispertitis, deinde quod Romani seu Graecorum in Asia supererat imperii invaserunt, indeque in Europam evolarunt, ab ipsismet Graecis imperatoribus evocati, dum opem ac auxilium quaerunt, quo se adversus suae gentis principes, atque adeo

etiam Latinos, tueantur, unde universi postmodum imperii clades exorta est, ut Gregoras post haec pluribus narrat. DUCANG.

Pag. 138, 22. *Στρατοπέδων πολλῶν*] Phranzes lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 142, 11. *Συνέβη δ' ἐπὶ τούτοις*] Pachymer. lib. VI. cap. XXX. XXXI. XXXII. DUCANG. Adscriptus hic in margine annus Christi MCCLXXX. atque hoc urbis Trallium instauratae tempus assignavit nobis Possinus in tabulis chronologicis. Quodsi Andronicus annos vixit LXXIV. ut hoc capite infra et libri decimi capite primo Gregoras docet, referenda erit eius urbis instauratio ad annum Christi MCCLXXIX. Nam si Andronicus annos vixit LXXIV. oportet eum natum esse A. C. MCCLVIII, quippe quem constat obisse A. C. MCCCXXXII. Si natus est A. C. MCCLVIII, annum aetatis vigesimum primum excessit A. C. MCCLXXIX. Porro hoc capite Tralles instaurasse dicitur cum esset maior an. XXI. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 142, 13. *Ἀνοικοδομησαί πάλας πεπτωκυῖαν*] De Tralibus instauratis ita Gregorius Cyprius in encomio Andronici: *ἦσαν μὲν οὖν αἱ Τράλλεις πόλεις ἐν καλῷ τῆς Ἀσίας κειμένη, μεγέθους τε μελζονος ἢ κατὰ τὰς πόλεις ἀπολαύουσα, καὶ περιφανῆς ἐν ταύταις ὑπάρχουσα. ἦσαν δὲ παλαιότε, πρὶν δηλονότι τὸν πάντα μεταβάλλοντα χρόνον καὶ αὐτὰς φθειραὶ μεταβαλόντα, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἐξῶσαι τῶν πόλεων, τειχῆ τε καθελόντα, οἰκίας τε ἀνατρέψαντα, καὶ τῶν ἱερῶν μόνων γνωρίζεσθαι καταλείψαντα. ἀλλὰ μέχρι σοῦ βασιλεῦ ταῖς Τράλλεσιν ἡ φθορά, καὶ τῷ χρόνῳ ἡ καύχησις· νυνὶ δὲ διὰ σοῦ πάλιν ἐν πόλεσιν ἐκείναι etc.* Vide Cod. Reg. 1853. fol. 179. V. item Codd. 3355. et 3118. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 143, 2. *Τῆς δὲ πόλεως Τράλλεως*] Ordo versuum sic restituendus:

*Τῆς δὲ πόλεως Τράλλεως τὸ κάλλος χρόνοις ἐσεῖται
Σβεννύμενον· τὸ δὲ πολλοστὸν ταύτης καταλειφθὲν
Ἐν ὑστάτοις ἐκφοβηθήσεται ἔθνη ἀνάγκη·
Ἄλωθήσεται δ' οὐδαμῶς. ἀνακαινισθὲν δὲ
Ἔσειται παρα δυνατοῦ Νικωνύμου, ὃς
Ἐκταπλῆν ἀγλαῶς ἐννάδα βιώσει δίσκων,
Καὶ τρεῖς ἑπτὰ κύκλων *) πόλιν Ἀττάλον λαμπρυνεῖ.
Ὡς καὶ πόλεις ἐσπέραις ὑποκύνουσι **),
Καὶ ἀγέρωχοι ὑποκλιθήσονται παιδικῶς.*

Sunt versus Hexametri, omnes exceptis tribus primis spondaici, iidemque inconditi et immodulati, in quibus vocales α, ι, υ, longae sunt vel breves, prout poetae libuit. Quin et syllabas natura breves, accentu acuto vel gravi notatas, producit in τὸ, in χρόνοις, in πόλεις. Item diphthongum οι corrigit in χρόνοις, et vocalem η in ἐκφοβηθήσεται, id quod factum videtur vitio iotacismi, quo η

*) ΑΙ. κύκλων. ΒΟΙΝΙΚ.

**) Fort. ἐκονκῆφ. licentia apud eius temporis poetas usitata. ΒΟΙΝΙΚ.

et οἱ sic pronuntiantur ut iota. Praeterea in uno versu *συνιζήσεις* adhibuit duas, *πόλεως Τράλλεως*. Quae omnia arguunt oraculum istud non fuisse Delphicum, aut Sibyllinum, sed omnino recens. In codice Barberiniano, quo usus est Possinus, idem oraculum extat paulo auctius *), eique praefixa haec inscriptio, *οὗτος ὁ χρησμὸς Πανσανίου προέδρου, Hoc est Oraculum Pausaniae Praesidis*. Ego vero facile crediderim fabricatum illud fuisse ab aliquo Andronici amico, sive is Theodorus Metochita fuerit, sive alius. Maxima certe illis temporibus erat Graecarum Musarum *ἀμουσία*. Vide carmina Theodori Metochitae, et cum istis confer. Solus, quem sciam, ea aetate Maximus Planudes tolerabiles aliquos versus fecit. Sed de recentiorum Graecorum poësi etiam infra ad p. 190. C. dicturi sumus, ubi de Theodori Metochitae poematis. BOIVIN.

Pag. 143, 22. Τὰ δὲ μετὰ μοναχικοῦ σχήματος ἔτερα ἤως] Asteriscum post *ἔτερα* apposuerat interpres, nec quod statim sequitur vertit: et certe post *ἔτερα* legendum *δύο*, tot enim annos in habitu monachico exegit Andronicus, ut scribit idem Gregoras lib. IX. cap. ult. seu ut est in nota marginali ad cap. XXVIII. lib. II. Cantacuzeni, *ἐν μοναχῶν σχήματι διαγαγὼν ἐνιαυτούς δύο παρ' ὀλίγον*. Tunc addit: *ἤως τρις ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοί, ὃ καὶ βέλτιον, δύο ἔγγιστα*, id est, *vel* (ex quo monachum induit, intersunt) *ter septem circuli lunares* (seu menses XXI. seu potius anni prope II.). DUCANG.

Pag. 144, 2. Πρῶτον καὶ εἰκοστὸν ἤμειβεν ἔτος] Vertit Wolfius, *annum aetatis ageret primum et vigesimum*. Vertendum fuit, *annum aet. excederet*, etc. praesertim si legatur *παρήμειβεν*, ut legitur in Codice Regio. BOIVIN.

Ibid. in nota. Ἦως τρις ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοί] Graeci recentiores dicunt *ἤως pro ἡ, vel ἦτοι*. Vide Glossar. med. Graecit. BOIVIN.

Pag. 144, 4. Ἄτταλός τις εὐγενής] Tralles, urbem ad Macedoniae, Pelasgorum coloniam fuisse scribit Agathias lib. V. duce forte Attalo isto Troiano. DUCANG.

Pag. 145, 21. Ὡδινε μὲν γὰρ ὁ Κάρουλος] Pachymer. lib. VI. cap. XXXII. DUCANG.

Pag. 146, 6. Ρωσονσύλην] Qui Pachym. lib. VI. cap. XXXI. *Ῥῶς Σολυμᾶς* appellatur, quem hic pariter depingit. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XI. DUCANG. Ducangius Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XI. eum vocat *Solyman de Rossi*. Ego autem non dubito, quin is fuerit *Rufus de Soliaco*, ille ipse scilicet, qui memoratur in instrumento seu Diplomate Regio, quod ex Thesaurio Chartarum excerptum cum aliis actis et instrumentis publicis Ducangius edidit. Vide Chartas Historiae Franco-Byzantinae subiunctas, pag. 34. Nomen, ut videtur, Gallicum fuit *Rousseau de Soli*,

*) Vide observationes Possini Pachymerian. tom. I. pag. 479. BOIVIN.

quod est Graecis *Ρούσο ντε Σουλή*. Poeta Graecobarbarus Cod. Reg. 2569. fol. 219. V. eum sic appellatum scribit,

Ρούσον τὸν ὀνομάζασιν· ντε Σουλὶ τὸν ἐπίκλην.

Ἄνθρωπος ἦτον εὐγενής, στρατιώτης πεδευμένος.

Rufum hunc nominarunt, cognomento De Souli.

Vir erat nobilis, miles exercitatus.

Idem poeta Graecobarb. eundem *Ρούσον ντε Σουλή*, post obitum principis Guil. de Villa-Harduinii Bailum Moreae a Carolo rege Neapolitano constitutum narrat. Gregoras non multum aberravit a vero nomine, siquidem ab eo vocatur *Ῥωσονσουλής*, seu, ut praefert diversa lectio, *Ῥώσος Σουλῆς*. Pachymeres lib. VI. cap. XXXII. *Ῥῶς Σολυμᾶν* vocat: unde Ducangius nomen fecit *Solyman de Rossi*. Praeter hunc *Rufum de Soliaco*, recensetur inter Aulæ Neapolitanae nobiles *Henricus de Soliaco* in illa quam dixi collectione Chartarum, Histor. Franco-Byzantinae subiuncta, p. 21. et p. 22. BOIVIN.

Pag. 146, 17. *Τὸν Σικελίας ἐξεπολέμωσε — δῆγα Φερδέριζον*] Fredericum Aragonum regem, qui demum Siciliae rex factus est, hac Carolo postmodum erepta. Vide Ioannem Villaneum lib. VII. cap. LVII. et Ricordan. cap. CCVI. DUCANG.

Pag. 147, 23. *Ἀηρόν τε μένειν*] Homer. Iliad. lib. II. BOIVIN.

Pag. 148, 3. *Πάντας δ' αὐτοὺς εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον ζῶντας ἐκόμισαν*] Captus ipse quoque *Rufus de Soliaco*, ut ex Pachymere discimus. Redemptum deinde in Italiam rediisse verisimile est. Anno certe MCCXCIV. aderat in Aula Caroli II. regis Neapolitani *Rufus de Soliaco*, ut patet ex instrumento supra laudato. BOIVIN.

Pag. 148, 19. *Ἰωάννης γὰρ*] Qui primus Ducum aut principum Trapezuntinorum sese imperatorem appellavit. Vide Famil. Byzant. pag. 192. DUCANG.

Pag. 149, 2. *Ἦς τὰ βασιλεία Τραπεζοῦς*] Cuius urbis elogium habetur in Cod. Reg. nondum signato. DUCANG.

Pag. 149, 7. *Ἰωάννης ὁ Σεβαστοκράτωρ*] Pachymer lib. V. cap. IV. lib. VI. cap. 19. 35. 36. De Ioanne egimus in Famil. Byzant. p. 206. de Irene vero Michaëlis Notha et Noga eius coniuge p. 235. DUCANG.

Pag. 150, 1. *Ἄλλὰ πρὶν*] Pachymer. lib. VI. cap. 36. DUCANG.

Pag. 150, 3. *Λυσιμαχίας ἐγγύς*] Tunc enim adversus Tartaros has provincias devastantes expeditionem susceperat Michaël, de qua Pachymer. lib. VI. cap. 29. 30. DUCANG.

Pag. 150, 4. *Καὶ Ἀλλαγῆς*] Istius loci, ubi de morte Michaëlis non meminit Pachymeres, sed tantum Pachomii. At secus Phranzes, qui Gregoram exscribit. Est autem *ἀλλαγή* idem quod Latinis *mutatio*, locus scilicet, ubi mutantur equi publici. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 150, 18. *Τὰ Παχωμίου σε διαδέξεται*] Vertendum, *Pachomius te excipiet*; non, *tibi successurus est*, ut servetur ἀμφιβολία. BOIVIN.

Pag. 152, 24. *Ἐνυχε τελευτῆς*] Obiit Michaël, ut scribit Pachymeres, XI. Ianuarii die Parasceves, anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCXCI. (Christi 1288.) cum imperasset annos 24. demptis diebus 20. ac annos omnino 58. vixisset. DUCANG.

Pag. 153, 2. *Ὁ δὲ υἱὸς καὶ βασιλεὺς*] Pachymer. lib. VI. cap. 11. Phranzes lib. I. cap. 6. DUCANG.

Pag. 153, 6. *Πλειστον ἐπισωρεῦσαι γῆν*] Iisdem verbis Phranzes id ipsum tradit. Pachymeres eius cadaver noctu in novum monasterium vicinum a familiaribus delatum scribit. Excommunicatorum corpora in agris insepulta relicta, ut ne foetor nares, aut spectaculi horror mentes foedaret, iniecta humo contacta, pluribus docuimus in Glossar. med. Latin. in v. *Emblocare* et in Addit. tametsi Michaël ab ecclesia propter communionem cum Latinis palam proscriptus non fuerit, uti antea propter excoecatum iuniorum Lascarim. DUCANG.

Pag. 155, 7. *Εἰ τὴν μικροφυλίαν*] *Μικροφυλία* est hoc loco *regnandi libido morae impatiens*, ut et infra lib. VIII. cap. I. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 155, 12. *Ἄλλ' ἐχεῖν*] Proverbium, cuius meminit Diogenian. Cent. VIII. n. 49. DUCANG.

Pag. 159, 4. *Αὐτοὺς μὲν οὖν*] Pachymer. lib. VII. cap. 1. DUCANG.

Pag. 159, 9. *Κονοσταύλω*] Interpr. *Conostaulo*: reposuimus *Comite stabuli*. Vid. Gloss. med. Graecit. DUCANG. *Τῷ μεγάλῳ κονοσταύλῳ Μιχαὴλ τῷ Γλαβᾷ*] De quo legendum proëma Manuelis Philae, quod exstat in Codice Regio, olim Telleriano, et inscribitur, *εἰς τὰ τοῦ πρωτοστράτορος ἐκείνου τοῦ θαναμαστοῦ στρατηγήματα*. BOIVIN.

Pag. 160, 8. *Παναχράντου μονήν*] Pachymer. VII. 3. 4. 5. De hoc monasterio egimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. 31. DUCANG.

Pag. 160, 12. *Νόσω καὶ γήρᾳ*] Pachymer. de Iosepho, *μένον οὐκ ἄπνους*. et cap. 6. *ἄψυχον ὅλον φόρτον*. DUCANG.

Pag. 161, 21. *Παρασκευάσαι*] Pachymer. VII. 12. 13. 14. 21. DUCANG.

Pag. 162, 4. *Ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκασθῆναι μὲν τὸν Ἰωσήφ τῷ θρόνῳ τοῖς βουλομένοις παραχωρεῖν*] Andronicus imperator in λόγῳ χρυσοβούλλῳ, qui exstat inter opera Nathanaëlis Chumni, qui et Nicephorus, Cod. Reg. 2964. fol. 302. *φθάνει μὲν ὁ πολὺς ἐκείνος τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀγῶνας*, (loquitur de Iosepho) *πολὺς καὶ τὴν ἔνστασιν καὶ τὴν καρτερίαν, καὶ μηδὲν τῆς ὁμολογίας καθυπεῖς μηδὲ καθυπείξας καὶ ὑπὸ τῶν τοῖς ἐπὶ μακρῶν τῶν χρόνων βιαζομένοις καὶ ἀποκυρωμένοις σὺν*

τοῦ, παραίτησιν τοῦ πατριαρχικοῦ ποιήσασθαι θρόνου . . . ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, ἐκείνον ὡσπερ ἀμειβομένη τῶν πόνων καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτῆς καμάτων, ἀνακηρύττει ἐξ ὀνοματος, κατίσον τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν παραίτησαμένοις, ἀλλ' ὁμοῦ μὲν ἐπ' εὐσεβείας, ὁμοῦ δ' ἐπὶ τοῦ θρόνου, ἐν ὁμοίοις ἀγανίσμασι καὶ καιροῖς, καταλύσασι τὸν βίον. καὶ τοίνυν ἐν δὴ τοῦτο τοῖς διαφερομένοις αὐτοῖς ἀφορμὴ τις γίνεται σκανδάλου καὶ πρόφασις, ἢ ἀνακήρυξις· καὶ ζητοῦσι κατασιγαθῆναι ταύτην καὶ παύσασθαι· καὶ παύσομεν σεσιωπηκότες, φίλα κὰν τούτῳ πράττοντες ἐκείνω καὶ ὀνει κατὰ γνώμην, ἢ παρητήσατο παραιτούμενοι, καὶ μηδὲν περατέρω τῶν αὐτῶ δεδομένων μήτε πράττοντες, μήτ' ἐπινοοῦντες. Itaque Iosephus, cum esset in sedem patriarchalem restitutus, cessit paulo post et παρητήσατο. Chronica manuscripta minime inter se consentiunt in definiendo temporis spatio, quo Iosephus receptam dignitatem retinuerit. In Cod. Reg. 8058⁴. sedisse dicitur menses quatuor. Codex 2525². mensem hinc unum demit. Codex 3502. duos tantum menses numeral τῆς δευτέρας πατριαρχείας. BOIVIX.

Pag. 163, 6. Ἐπεὶ γὰρ Ἰωσήφ] Pachymer. ibid. cap. 13. DUCANG.

Pag. 163, 11. Γεώργιος δ' ἐκ Κύπρου] Qui in clero Palatino tum fungebatur Protoapostolarii dignitate. Pachymer. lib. VI. cap. 14. Eius eruditionem praedicat etiam Ephraemius in Chronico:

Σοφός τις ἀνὴρ Γρηγόριος Κυπρόθεν,
Λόγων σοφῶν μαλευμα, μουσῶν ἔστι
Εἰς πατριαρχῶν ἀνεβιβάσθη θρόνον. DUCANG.

Pag. 163, 16. Ἄρτι καὶ τὸ μοναχικόν] Quippe patriarcha designatus ab imperatore, ex laico in monachum, deinde ex Lectore in Diaconum ordinatus fuerat a Cozyleni episcopo, uti testatur Gregoras: ut moris erat, inquit Ephraemius in Chronico:

Καὶ συνταγείς κλήρω γε τοῦ παλατίου,
Ἄρχιδύτης πέφηνε τῆς Κωνσταντίνου,
Τὰ τῶν μοναχῶν πρὶν τελεσθῆς, ὡς ἔθος. DUCANG.

Pag. 163, 21. Μετὰ τὰς ψήφους] Immo ait Pachymeres non expetita episcoporum suffragia. Hi enim εἰς ψήφους μόνας οὐκ ἤξιούντο. DUCANG.

Pag. 164, 5. Ὁ Μοζύλης ἐπίσκοπος] Sic infra. At δ' Κοζύλης, Pachymeres lib. VII. cap. 14. habet. DUCANG.

Pag. 164, 6. Debrorum episcopus] Debrarum Ducangio. BOIVIX.

Pag. 164, 11. Νανάκτος] Aetoliae metropolis, cui XIII. episcopatus subditi leguntur in Notitia Thronorum, Mozylenis vel Cozylenis nulla facta mentione. DUCANG.

Pag. 164, 12. Ὁ δὲ γε Δεβρῶν] Debrarum meminit Cedrenus. DUCANG.

Pag. 164, 16. [Γρηγορίου] Sic variat Gregoras, dum quem supra Georgium, hic Gregorium appellat, quod postremum nomen accepit recens monachus factus, Pachymer. lib. VII. cap. 22. Τοῦτο γὰρ ἦν ἐκεῖνω καὶ τὸ ἐκ Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα. DUCANG.

Pag. 165, 7. Καὶ ἐς διακονὸν τε καὶ ἱερέα] Pachymeres lib. VII. cap. 14. de Cozylenſi episcopo, a quo Georgius Cyprius primis ordinibus ecclesiasticis initiatus fuit: ἐκείνος τὰ εἰκότα τελήσας, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκῶν ἀποδεικνυσι, διάκονον δ' ἐξ ἀναγνώστου χειροτονεῖ. τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὁ βασιλεὺς ἐκείνον προβάλλεται. Ubi has ordinationes haud factas a Germano Heracleensi episcopo exserte ait, sed a Cozylyensi, a quo idem Germanus tum monachus, ac cuiusdam Acacii viri pii discipulus, una cum ipso Georgio Cyprio in patriarcham ab imperatore electo, in metropolitam Heracleensem in aede Irenes inauguratus est: a quo quidem Germano deinceps in Sophiana iuxta morem, solitis adhibitis ritibus ac precibus, consecratus est Georgius. DUCANG.

Pag. 165, 15. Καὶ τῶν Λατινικῶν ἡθῶν] Cyprus enim tam regibus Latinis parebat. DUCANG.

Pag. 166, 13. Ἐπεὶ μέντοι συνήρισαν] Pachymeres lib. VII. cap. XXII. DUCANG.

Pag. 166, 17. Παννύχους τετελεκότες στάσεις] Interpret, cum per totam noctem stetitissent. Imo, cum sacras ac nocturnas in aede sacra vigiliis exegissent. Ita infra cap. X. ὅσα τὸν μοναχικὸν ἀπεργάζεται βίον, ἐγκράτειαν φημί καὶ στάσεις παννύχους, χαμαιεύνης, etc. ubi rursum haec male vertit, ut ibi indicamus. Vide Gloss. med. Graecit. in παννυχίδες. DUCANG.

Pag. 167, 6. Τούτων οὕτω γενομένων] Idem Pachym. lib. VII. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 167, 13. Μέχρι τῆς Εὐγενείου πύλης] Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. IV. n. 1. DUCANG.

Pag. 167, 18. Τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου μονῆν] De hac aede, ut de Theodora eius conditricē, quam Πανύλαιναν a secundo coniugio vocat Pachymeres lib. VIII. cap. X. multa sunt a nobis observata in notis ad lib. XIII. Annal. Zonarae n. II. et in stemmate Palaeologorum. DUCANG. De hac Theodora, et de templo S. Andreae ab ea instaurato, exstant in codice Colbertino n. 5018. tria Maximi Planudae historica Epigrammata, edita a Ducangio in notis ad lib. XIII. Zonarae, sed mendosissima. En eorum unum integrum, ex cod. Colbertino emendatum.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΝΑΟΝ ΤΟΥ ἉΓΙΟΥ ἈΝΔΡΕΟΥ
ΗΡΩΕΛΕΓΕΙΟΙ,

ὃν ἀνήγειρεν αὐτῷ ἡ Πρωτοβεστιαρία.
Πειθομένη σε δόμοισιν ἐν οὐρανίοισιν ἀληθῶς
Ψυχῇ ναιετάειν, Ἄνδρέα κλεινότετε,
Καὶ τῷ σώματι σεῖο νεῶν ἔδομήσατο τόνδε,
Κάλλεσιν οὐρανίοις ἐν χθονὶ λαμπόμενον,

Ἡ πάσαις ἐνὶ θηλυτέρῃσι σοφῇ Θεοδώρα,
 Ἀμφοτέρων τε λόγων κῦδος ἀναφαμένη·
 Ἢι γενέτης μὲν ἦν Καντακουζηνὸς Ἰωάννης,
 Μήτηρ δ' Εὐλόγιη ἀξίη εὐλογίας,
 Σύγγονος οὐσα Παλαιολόγου Μιχαὴλ βασιλέως,
 Οὐ γόνος Ἀνδρονίκου πλείον ἄνακτος ἄναξ·
 Κοινωνὸς βίτου δὲ Παοὺλ πέλεν Ἰωάννης,
 Τιμὴν εὐλογοῦσάν Πρωτοβεστιαρίου.
 Αὐτῇ χηροσύνην ἔστρεψεν ἀμέμπτως,
 Ἐτρέφε νολεμέως Χριστὸν ἐν ἐνδεέσι,
 Δόγματος ὀρθοτόμοιο χάριν πάθεν ἄλγεια πολλά,
 Τίμα καὶ φιλήν εἰ τις ἐφημερίων.
 Τολῆ τῷ τοιῦδε τοιόνδε σοι εἴσατο νηδὸν,
 Ἀνδρέα, καὶ σὺ χάριν πλούσιον ἀντιμέτρεαι.

Huic Epigrammati heroëlegiaco subiuncta sunt iambica duo, quae et ipsa sunt valde mendosa. Ea, quoniam sunt longiuscula, piget describere. Errata sola eaque praecipua annotabo. Epigramm. I. Vers. 2. Ἐτῶν, προσώπων, ἐν γρ.] Lege Καὶ τῶν προσώπων ἐν γρ. V. 4. Τίς καὶ τινῶν πέφυκα καὶ τίνος τύχης.] L. Τίς καὶ τίνων πέφ. καὶ τίνος τύχ. V. 6. Παλαιολογίσσα.] L. Παλαιολογίνα. V. 9. Ἀγγέλων ὑμνουμένον] L. ἀγγελωνυμουμένον. V. 11. ἐκλήθη] L. ἐκλήθη. V. 14. punctum exrupse. V. 18. Παλαιολογίνα] L. Παλαιολογίνα. V. 19. Εὐλόγη τις εὐλόγη φερ.] L. Εὐλογική τις Εὐλόγη φερ. V. 23. τοιπτ'] L. τοῦτ'. Epigramm. II. Vers. 1. τὴν φλέβα] τὰς φλέβας. V. 5. συμφόνημα] L. συμφόρημα. V. 8. ἐνάγων] L. ἔγνω. V. 13. Ἀγγέλων ὑμνουμένων,] L. ἀγγελωνυμουμένων. V. 17. ἄνακτος] L. ἀνάγοντος. V. 19. φεῦ] L. φῶς. V. 23. Παλαιολογίνα] L. Παλαιολογίνα. V. 26. ὄση] L. ὄσον. V. 29. μονοτρόπου] L. μονοτρόπων. V. 30. Ὡς Εὐλογίαν Ἀλεξίαν Εὐλογίαν] L. Ὡς εὐλογίας ἀξίαν Εὐλογίαν. V. 36. ταῦτό μοι κλέος] L. ταῦτά μοι κλέα. V. 37. ἀτρεχῶς] L. ἀτρεκῶς. V. 41. Πρὸς τοῦ κρατοῦντος] L. Πρὸς τῶν κρατουντων. Leviores mendas facile erit cuius corrigere. BOIVIN.

Pag. 167, 22. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ] Pachymer. lib. VII. cap. XXXIII. DUCANG.

Pag. 167, 22. Προτεθνήκει γὰρ] Anna filia Stephani V. regis Hungariae. Pachymeres lib. VII. cap. XXVIII. DUCANG. Προτεθνήκει γὰρ ἢ ἐξ Οὐγγρίας] Anna scilicet. Leo Cinnamus in calce Codicis Regii 2951. Το παρὸν βιβλίον ἐγράφη διὰ χειρὸς ἐμοῦ Λέοντος τοῦ Κιννάμου, τελειωθὲν σὶν θεῷ μηνὶ μαρτίῳ ἰδ'. Ἰνδικτιῶνος δ'. ἡμέρα ἑβδόμη. ἔτους στψπδ'. ἐπὶ τῆς βασιλείας . . . τοῦ τε κυροῦ Μιχαὴλ Δούκα Ἀγγέλου Κομνηνοῦ τοῦ Παλαιολόγου καὶ νέου Κωνσταντίνου, καὶ Θεοδώρας τῆς εὐσεβειστῆς Ἀγούστης, καὶ τοῦ κύρου Ἀνδρονίκου Κομνηνοῦ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ ἈΝΝΗΣ τῆς εὐσεβειστῆς Ἀγούστης etc. Hic liber scriptus est

manu mea Leonis Cinnami, absolutus (cum Deo) die XIV. mensis Martii, Indictione IV. die VII. Anno VI. MDCCLXXXIV. imperantibus Dom. Michäele Duca Angelo Comneno novo Constantino, Theodora religiosissima Augusta, Dom. Andronico Comneno Palaeologo, et ANNA religiosissima Augusta. Erat is annus Christi MCCLXXVI. aetatis autem Andronici XVIII. βοιτις.

Pag. 167, 24. Διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν δῆγα τῆς Ἰσπανίας] Cuius erat ἐγγόνη, inquit Pachymeres: quippe Beatrix uxor Guilelmi VI. Marchionis Montisferrati, Guilelmi Monferratensis ac Thessalonicensis regis filii, et mater Iolantae seu Irenes alterius Andronici imp. uxoris, filia fuit Alfonsi regis Castellae, seu Hispaniae. DUCANG.

Pag. 168, 8. Πῶλον τὸ ἐνδόσιμον εἰληφέναι κατὰ τοῦ Πάππα] Ex hoc loco infert Allatius lib. II. de utriusque eccl. consensu. cap. XIV. n. 1. eam viguisse tum consuetudinem, ut Latinis non licuerit matrimonia iniire cum Graecis, nisi summo pontifice a-nuente. Quo referri potest quod tradit Matthaeus Parisius pag. 418. 431. et 453. aegre admodum tulisse summum pontificem, ac non semel obiectum Friderico II. imp. quod filiam suam notham Annam, seu ut alii vocant, Constantiam, in uxorem dedisset Iohanni Vatatzae imperatori Constantinopolitano. Scribit praeterea Pachymeres lib. IX. cap. V. Andronicum Palaeologum imp. uxorem filio Michaëli recens imperatori inaugurato quaerentem, oblatam sibi Caroli regis Siciliae neptim ac Philippi Tarentini filiam abnuisse, τὴν ἀπὸ τοῦ Πάππα τῆς Ρώμης ὑπειδόμενον ὑπερησπύσαν, sed et regis Cypri filiam, quod is absque pontificis summi consilio et facultate has nuptias peragere nollet: τὸ δ' ἦν τὸ ὑπὸ βουλῇ καὶ θελήσει τῆς κατὰ Ρώμην ἐκκλησίας τὸ συναλλάγμα διαπραττέσθαι. DUCANG.

Pag. 168, 12. Ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς τνηκαῦτα τῆς ἡλικ. τρίτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἀμείβων] Wollius verterat, *Agebat tum imperator annum tertium et vigesimum.* Ego verti, *Excedebat tum imp. annum,* etc. Praeterquam enim quod ea est vis verbi ἀμείβειν, chronologiae ipsius ratio favet nostrae interpretationi. Iammo Andronicum imperatorem annos XXIV. excessisse oportet eo tempore, quo secundam uxorem duxit, si quidem eam duxit post obitum patris sui Michaëlis; qui filio Andronico iam nato imperare coeperat, imperavitque annos XXIV. ut constat ex serie imperatorum chronologica. BOIVIN.

Pag. 168, 15. Ἐπεὶ δ' ὄσπερ] Pachymer. lib. VII. cap. XII. DUCANG.

Pag. 169, 2. Περὶ που τοὺς πρόποδας τοῦ Ὀλύμπου] Primum primo relegatum Veccum scribit Pachymer. lib. VII. cap. XI. deinde post hoc colloquium, in arcem a dextris ingredienti sinum Astacenum, cui nomen a S. Gregorio erat. Idem cap. XXXV. extr. Accusatus autem fuit sub mensem Febr. VII. indict. ac

Pag. 277, 15. Τῶν ἄνωθεν ἐκ Σηρικῆς κομιζομένων] Wolfius non expressit adverbium ἄνωθεν. Ego ad praeteritum tempus retuleram, atque ita verteram, *qui e Serum regione olim afferebantur*. Nunc loci adverbium esse existimo, et sic interpretor, *qui e Serum regione deveci huc descendunt*. Quae ab Oriente afferebantur, ea Byzantii ἄνωθεν afferri dicebant; quae ab Occidente, κάτωθεν. Sic idem Gregoras in inscriptione epistolae ad Pepagomenum, περὶ τῶν ἔλθουσῶν αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζοῦντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλίας. Vide pag. 276. supra in marg. ΒΟΙΒΙΝ.

Ibidem. Non omittendum hoc loco id quod narrat Petrus Gyllius, Topograph. Constantinopol. lib. II. cap. XVII. *Barbari, inquit, omni aereo vestitu, et equo, et statua columnam Iustiniani spoliarunt, aliquotque annos nuda remansit. Tandem ante triginta annos eversa est tota usque ad stylobatem, quem anno superiore *) funditus vidi excindi. Idem paulo infra, Equestrem Iustiniani statuatam, quam modo dixi supra hanc columnam fuisse collocatam, servatam diu in claustro regii Palatii, deportari nuper vidi in caminos, quibus metalla funduntur in machinas bellicas, inter quae erat Iustiniani crus proceritate meam staturam superans, et nasus dodrante longior. Crura equi ad terram proiecta metiri non potui. Pedis unguam mensus sum occulte, et deprehendi dodrantalibus esse altitudinis. Gyllius ex sua ipsius statura aestimandum nobis relin-*

*) Haec scripta sunt circiter an. Chr. 1550. ΒΟΙΒΙΝ.

quit, quam procerum fuerit crux Iustiniani. At nos quae fuerit Gyllii statura hodie ignoramus. De colossi Iustiniani mensuris, quae apud Gregoram et Gyllium extarent, quid sibi videretur interrogatus vir aetatis nostrae sculptorum facile princeps, Franciscus Girardo Tricassinus, respondit, si eae verae essent, nullam nec in homine nec in equo servatam esse symmetriam, seu membrorum proportionem. Rogavi ne gravaretur sententiam suam scripto declarare: cupere etiam dixi me, dari mihi ab eo mensuras equestris statuae in platea Ludovici Magni Parisiensi erectae; illius scilicet statuae colosseae, quam Girardo ipse unica aeris fusura duplicem (homine enim et equo simul iunctis solidum simulacrum constat) singulari arte et miro successu ante aliquot annos conflavisset. Ille non huius solum, sed et aliarum quatuor pulcherrimarum magnitudines mihi sua manu descriptas dedit. Verba artificis summi quominus mutarem religio mihi fuit. En ipsa ex autographo. *Les mesures de la statue equestre de l'empereur Justinien n'ont nul rapport les unes avec les autres, suivant les proportions du corps humain. Il en est de mesme de son cheval. La figure equestre du roy, posée dans la place de Louis le Grand, a de hauteur XX. pieds, depuis la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a de proportion XVI. pieds, si elle estoit debout. La figure de Henry IV. sur le Pont Neuf a XIV. pieds trois poulces, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. Elle est fondue séparément du cheval. Cet ouvrage a été fait à Florence par Jean de Bologne. Le piedestal, et ses ornemens de bronze, ont été faits à Paris. Les esclaves sont de Franqueville de Cambray, faits aussy à Paris. La figure de Louis XIII. dans la place Royale a XIV. pieds un poulce, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a dix pieds cinq poulces de proportion; et a été faite à Paris par Biard Parisien. Le cheval a été fait à Rome par Daniel de Volterre. Le Marc Aurele à Rome, figure antique, a XIII. pieds de hauteur, compris le cheval. Le piedestal est de Michel Ange. La figure equestre du roy (faite par M. Girardon), posée dans le Chasteau de Boufflers en Beauvoisis, a dix pieds de hauteur, depuis le dessus de la teste, jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy auroit huit pieds, si elle estoit debout.* Haec Girardo, cuius colossus regium, cum Iustiniano conferendum, et his quas damus notis ornamento futurum, optavi aliquando aeri incisum habere: deinde consilium illud abieci, ea praesertim ratione, quod rerum dissimillarum vix ulla posset institui comparatio. BOIVIN.

Pag. 277, 17. Ἐς δὲ τοῦπιόν ἔτος] Anno 1318. DUCANO.

Pag. 277, 18. Εὐρήνην τὴν ἐξ Ἀλαμανῶν] Ducis Brunsvicensis filiam. Vide stemma Palaeolog. p. 238. DUCANO.

Pag. 277, 21. Ἐδέξατο βίου] Vide infra lib. VIII. cap. I. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 278, 15. Ἀνωτέρω] Vide lib. V. cap. VII. sect. 4. et 5.
 ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 278, 18. Ἐφαμεν] Huius libri cap. VII. sect. 1. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 278, 19. Ἐς Ἰωάννην ἑσχατον] Vidè stemma Angelorum pag. 210. DUCANG.

Pag. 279, 11. Τῶν φθασάντων] An intelligendum hoc de litteris, quae fortasse ab imperatore ante illud tempus missae fuerint? ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 279, 12. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν] Inde incipit lib. VIII. non solum in Codice Regio, sed et in Vaticano, ut accipi ex Cl. Rostgaardio. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 283, 8. Συνεξύγη Θωμᾶ] Thomae Angelo Ducae Comneno, Nicephori Despotae ex altera uxore Anna Palaeologina filio. Pachymer. lib. IX. cap. 4. Vide stemma Angelor. in Famil. Byzant. p. 210. DUCANG.

Pag. 283, 9. Θωμᾶς δ' ἐκείνου ἀδελφιδοῦς Κόντος] Contum et hic vertit interpres: *Comitem* reposuimus. Thomas quippe nobilis Gallus Comes Cephaleniae et Zacynthi erat, filius Ioannis Domini Zacynthi insulae, cui quidem Ioanni ducta in uxorem Maria Comnena, Nicephori Angeli Aetoliae principis filia, Cephalenia insula in dotem concessa fuerat a socero, post cuius obitum orta de eius successione controversia inter Ioannem et Thomam Angelum Despotam uxoris fratrem, Thomas a Ioanne interfectus est, anno 1318. Ita exserte Ioannes XXII. Papa in epistolis, non vero a Thoma Ioannis filio, uti hic narrat Gregoras, et cap. 6. Vide Hist. Franco - Byzant. lib. VI. n. 27. DUCANG. Φονεύσας Θωμᾶν] Θωμᾶν, non Θωμᾶς, ut antea legebatur. Atque ita Codex Regius: ita etiam Otthobonicus; recte uterque; nisi tamen legamus *φονεύσας* Θωμᾶν Θωμᾶς, quomodo Wolfius videtur legisse, cum sic verterit, *quarum illa primum Thomae Epiri et Aetoliae principi, post Conto Thomae, huius nepoti et percussori nupsit.* Vide et lib. XIII. infra cap. VI. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 284, 1. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὸν Ἰφρηβον] Solutiorem eiusdem Andronici iunioris vivendi rationem inter causas dissidii cum patre etiam memorat Cantacuzenus lib. I. cap. 5. DUCANG.

Pag. 284, 3. Καὶ ζητοῦσιν ἐλευθερίαν μηδὲν ἐπιφ. κεκοι. καὶ μάλ. ἐν ἀξ. βασ.] Hoc loco Wolfius aut non assecutus erat mentem auctoris, aut exprimere neglexerat. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 285, 18. Ἐν μιᾷ τοίνυν] Cantacuz. lib. I. cap. 1. Phranzes lib. I. cap. 10. DUCANG.

Pag. 286, 2. Φοράδην ἐς τὰ βασιλεια φέρουσι ζῶντα καὶ μάλα μόλις] ζῶντα μάλα μόλις, non autem φέρουσι μάλα μόλις: Wolfio utrumque. Verterat quippe, *semianimis in palatium aegre defertur.* ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 286, 11. Μετ' οὐ πολὺ] IV. Id. Octobr. anno iuxta Graecos VI. MDCCCXXIX. Chr. 1320. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 286, 16. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Ioann. Villaneus lib. IX. cap. 85. 89. Petr. Bizarus lib. V. Hist. Genuensis p. 108. DUCANO.

Pag. 287, 3. Ἀΐθις κ. τ. λ.] Lectiones a. b. c. d. e. f. [3, 4, 5, 8.] ex Codice Regio excerptae, etiam Codicis Vaticani auctoritate nituntur. BOIVIN.

Pag. 287, 11. Κράλη Σερβίας] Urosio cogn. Sancto et Milutino, Serviae regi. Vide stemma regum Serviae n. 59. DUCANO.

Pag. 287, 12. Ἐρωτι γὰρ τῷ πρὸς αὐτήν, etc.] Ita quoque legitur in Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 287, 14. Ἐξηλοτύπει δ' οὖν ὅμως τὴν ταύτης ἀκ καὶ μεστός] Ἐξηλοτ. δ' οὖν ὅμως αὐτήν ἀεὶ καὶ μεστός, etc. Cod. Vatic. in quo tamen, recentiori manu emendato, ita legitur ut in vulgatis. BOIVIN.

Pag. 288, 15. Καὶ μὴ ζῶσαν αὐτὴν ὡς πορρωτάτω τε τοῦ ἀνδρὸς οἰκεῖν] Ne viua quam longissime a marito habitaret, etc. Sic vertendum, non ut mortua quam remotissima a marito, animus eius nullo moerore sauciaret, quemadmodum verterat Wolfius. BOIVIN.

Pag. 288, 17. Ὁ ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφός] Interpres, frater uterinus: emendavimus, consanguineus, ex eodem parente et alia matre: id enim vox Graeca sonat. Pollux lib. III. cap. 2. οἱ μὲν ἐκ μόνου πατρὸς ἀδελφοί, διαφόρων δὲ μητέρων, ἀμφιμήτορες, οἱ δὲ ἐκ διαφόρων πατέρων, μιᾶς δὲ μητρός, ἀμφιπατέρες. Constantinus enim Palaeologus Despota, ex Andronici cum Anna priore coniuge, Simonis vero ex altero cum Irene coniugio prodierant. DUCANO. Ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφός] Frater eius consanguineus, non, ut Wolfius interpretabatur, uterinus. Constantinus Despota erat Cralaenae frater consanguineus, eodem patre natus, non item eadem matre. Vide cap. IV. sect. 1. infra. Ἀμφιμήτριος idem est atque ἀμφιμήτωρ, id est, diversa matre natus. BOIVIN.

Pag. 289, 1. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης Γλυκὺς] Phranzes lib. I. cap. 9. DUCANO.

Pag. 289, 23. Πᾶσι μὲν οὖν ἀνθρώποις, etc.] Gregoras non testamentum ipsum patriarchae, sed testamenti prooemium profert, cuius sese auctorem manifestum prodit. Exstant in Codice Regio 3229. opuscula duo, eiusdem ferme et argumenti et stili; quorum primum inscribitur τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκίος ἢ παρακλησις τοῦ πατριαρχείου, alterum τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ἐπιμνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον. BOIVIN.

Pag. 292, 3. Καὶ παιδίαν ἴσως μετρίαν, etc.] Vide lib. VII. cap. IV. sect. 3. supra. BOIVIN.

Pag. 292, 15. Ἐκ μονῆς τῶν Μαγγάνων Γεράσιμος] Phranzes ibid. De S. Georgii in Manganis monasterio agimus in Constantinop. Christ. lib. III. sect. VI. n. 43. DUCANO.

Pag. 293, 1. Κωνσταντίνος δὲ ὁ δεσπότης] Cantacuz. lib. I. cap. 1. Vide stemma Palaeolog. pag. 235. DUCANG.

Pag. 293, 1. Ἐκ τῆς προτέρας γυναικός] Vide lib. VII. cap. V. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 294, 20. Εὐδοκίας Παλαιολογίνης] Neocaesaritae Primi a secretis filiae, Constantini Palaeologi Despotae uxoris, ac ex alio Constantino tum viduae, unde *Palaeologina* hic cognominatur, ex priore coniugio. Vide idem stemma. DUCANG.

Pag. 294, 23. Ἐπηρετικοῖς παιδαρίοις] Adolescentibus, quos ἀρχοντοπούλους vocabant, νέους τῶν εὐπατριδῶν, Cantacuzenus lib. II. cap. 40. νέους τῶν εὐγενεστέρων, lib. III. cap. 43. Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 295, 10. Id quod deerat in editione Wolfiana, supplementum ex Codice Regio. Sed et Fridericus Rostgaardius, nobilis Danus, cui et me et Gregoram multa debere in praefatione huius operis professus sum, idem hoc supplementum, ex Codice Vaticano descriptum, Roma ad me misit: ac iampridem illud ipsum Steph. Baluzius ex eodem Cod. describi curaverat in usum Ducangii. BOIVIN.

Pag. 296, 20. Πατήρ δὲ τῶν ἐκ Κομάνων ἐπίσημος, οὗ παρὰ τῶν ὑπερβορ.] Petavius verterat, *Pater vero e Comanis oriundus illustri loco. Ambo (pater scilicet, et mater,) vero ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, uti supra memoravimus, ad Ioannem imperatorem sese transtulerant.* Vertendum, ita ut edidimus, *Pater illustri loco oriundus e Comanis, illis scilicet, qui ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, etc.* Non legerat Petavius ea quae de Comanis scripta sunt supra lib. II. cap. V. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 296, 22. Ἰωάννη τῷ βασιλεῖ προσεβύθησαν] Ad Ducam scilicet. Vide supra lib. II. cap. V. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 301, 8. Ὁ μὲν τῆ τοῦ μεγάλου παπλοῦ] De hac Magni Papiæ, et aliis hic memoratis palatinis dignitatibus, agimus in eod. Gloss. DUCANG.

Pag. 303, 11. Ὁ μέντοι λογοθέτης τοῦ γενικοῦ] Theodorus Metochita, a quo instauratum Choræ monasterium, rursus cap. seq. ut et docemus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. XV. n. 5. DUCANG.

Pag. 303, 18. Τὴν ἐξ ἑσπέρας παννυχίδα] Interpret, *a vespera ad nocturna sacra illa de more accessit: emendavimus, ad vesperæ illius vigiliæ.* DUCANG. Wolfius, *ad nocturna sacra.* Melius Ducang. *ad illius vesperæ vigiliæ.* BOIVIN.

Pag. 303, 22. Πελεκυφόρων] *Varangorum*, de quibus in utroque Glossario multa congestimus. DUCANG.

Pag. 304, 10. Πρὸ τοῦ εὐκτηρίου τῆς Νικοποιοῦ Θεοτόκου] Quibus vocibus intelligi aedem Hodegetriæ Deiparæ, colligere quis potest ex iis quae observamus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. II. n. 24. DUCANG.

Pag. 304, 12. Πανῶλος ἐκείνος ὁ τῶν ζωγράφων ἀριστός] De picture illo praestantissimo nemo alius, quem sciam. **βοινικ.**

Pag. 305, 9. Ἐν ᾧ λόγος τὸ τοῦ Βύζαντος] Vide Constantinop. Christ. in Byzantii origin. n. 15. pag. 17. **δυσανθ.**

Pag. 305, 17. Βιβλία τινὰ χρησμολογικά] Quorum non semel mentionem agunt scriptores Byzantini et locos collegit Lambecius, seu Holstenius, ac praefixit Leonis Oraculis. **δυσανθ.**

Pag. 306, 12. Ἦν γὰρ αὕτη νεάζουσα] Wolfius νεάζουσα, hoc loco et paulo infra, interpretatur *adolescentulam*. Sed *adolescentula* non erat, cuius filia quadriennio post nuptui collocata est. Vide cap. IV. sect. II. infra. **βοινικ.**

Pag. 309, 10. Ἐν τε τοῖς ἔπεσιν, ἃ πεποιήκεν etc.] Nempse initio poëmatis, quod inscribitur, εἰς τὸν σοφὸν Νικηφόρον τὸν Γρηγορῶν ὑποθῆκαι, καὶ περὶ τῶν οικειῶν συνταγμάτων. Initium est,

Ὤλα Νικηφόρε μοι κεφαλά, τὸν ἔγωγ' εἶραμαι
Κατὰρ ἑμὰς σοφίης, ἢ τίς ποτ' ἂν ἔη, λιπέσθαι
Ἐξ ἄρα διάδοχον, πάντων ἀσύλου κληροιο,
Κρέσσονος ὦν ἄρ μοι θεὸς ἀπάντων πόρε πουλλῶν,
Σοὶ τὰδ' ἐπιτάγματ' ἐπιτέλλομ' εἰν ἐπέεσσι,
Ἦντ' ἴθος μεροπεσσι βρουτοῖσι πέλεθ' ἡμῖν,
Εἰν διαθηκαῖς τὰ κε δοκεῦμεν ἀμείνω τέκνοις
Παρτιθέεσθ' ἐξείης, ἂν βλοτον δὴ πάντα
Μάλα φυλαττέμεν etc.

Eiusmodi versibus Theodorus Metochites vitam suam fere omnem complexus est (vide Cod. Reg. 1997. et 3359.): qui, si minus inconcinni forent, possent cum Historia Gregorae Byzantina coniungi. Sed nemo, opinor, tam dura tamque immodulata poëmata legere velit; in quae apte admodum cadit illa Leonis Allatii indignatio (in diatriba de Georg. p. 372. ubi de versibus Georg. Pachymetris): *Ferreus ipse sim, si quid est hisce carminibus in tota antiquitate durius. Chalybs ipse, et incus, et si quid est in rerum natura asperum ac perversum, prae his carminibus mollius est et tractabilius. Bene factum quod ea amisimus. Nam in eorum lectione nonnisi ferrea addisceremus: iamque video, iam fateor posteriorum Graecorum Musas, nullas gratias, nullas veneres habuisse, et omnia praeter humanum sermonem saepe locutas.* Vide quae annotavimus supra pag. 87. A. ad Oraculum Trallianum. **βοινικ.**

Pag. 309, 11. Περὶ ὧν ἀριθλοῦσθαι ἡμῖν ἐν τοῖς ἐμπροσθεν λελέξεται] Quae Gregoras promittit, ea exsequi non satis curat. Sic supra lib. I. cap. I. sect. 3. nescio quid pollicetur, quod praesquam ab eo praestitum constat. Vide et quid promittat huius libri cap. II. sect. 3. **βοινικ.**

Pag. 310, 5. Πολλὰ γὰρ κρῖνει θεός] Euripid. in Medea, Alceste, etc. **βοινικ.**

Pag. 311, 21. Εὐριπίδῃ] Hecuba v. 294. **βοινικ.**

Pag. 312, 16. Κατὰ δὲ τὴν ἕκτην εβδομάδα] Ἀπριλλίου μηνὸς πέμπτη Ἰσταμῆνου, τῇ πρὸ τῶν βαίων κυριακῇ. Cantacuz. lib. I. cap. XII. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 313, 17. Μήτε βουλευσασθαι, μήτε μὴν διαπραΰσασθαι] Aorist. pro futuro. Sic lib. IX. cap. X. sect. 9. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 315, 15. Λαμπρὰ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρα] Vide Gloss. med. Graecit. in Ἑορτή. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 315, 17. Πρὸς τὴν Γυρολίμνην] Constantinop. Christ. lib. I. sect. 15. n. 4. **ΔΥΣΑΝΘ.** De qua sic Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. τῇ λεγομένῃ κοινῶς Ἀργυρολίμνη, Γυρολίμνη γράφεται. De eadem plura Ducangius, Constantinop. Christ. lib. I. sect. XV. n. 4. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 315, 24. Ἔτος δὲ ἑξακισχιλιοστὸν] Christi 1321. **ΔΥΣΑΝΘ.** Cantacuz. lib. I. cap. XVIII. ubi ad marginem annus Christ. MCCCXXII. per errorem ascriptus est, pro anno MCCCXXI. ut et capite primo eiusdem libri annus MCCCXXI. pro anno MCCCXX. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 318, 18. Τίθνηκε μὲν ὁ Κράλης Σερβίας] Urosius, de quo supra. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 318, 19. Ὁ Σπενδοσθλάβος] Vide stemma regum Bulgariae post Famil. Byzant. n. 44. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 318, 20. Πεφόνενται δὲ πρὸς τοῦ ἀνεψιοῦ] Vide cap. I. sect. 1. supra. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 318, 20. Κόντου Κεφαλληνίας] Vide notata ad cap. I. huius libri VIII. **ΔΥΣΑΝΘ.**

Pag. 320, 8. Ὁ Φιλαδελφείας Θεολήπτος] Cuius non semel meminit Pachymeres. **ΔΥΣΑΝΘ.** Ὁ Φιλαδελφείας Θεολήπτος] De quo supra ad pag. 135. C. Exstat in Codice Caesareo Vindobonensi Theolog. 174. παραινετικὸς τῇ βασιλίσση, ἐξ αὐτοσχεδίου συντεθειμένος ἐπὶ τελευτῇ τοῦ Φιλαδελφείας κυροῦ Θεολήπτου, auctore Gregora. Vide Indicem opusculorum Gregorae Rhetoricorum, initio huius voluminis. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 322, 19. Εἰ μὲν ἐπίσης ἅπαντα, etc.] Et hoc quoque depromptum ex penu locorum communium, quorum Gregoras magnam copiam provisam habuit. Vide lib. XIX. infra pag. 586. D. et annotata ad pag. 137. B. supra. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 324, 12. Καὶ οὐ πολλῶ (an πολλοῦ?) δέω λέγειν μηλόβοτον] Gregoras aetatis suae hominum ingenia agris assimilat sterilibus et incultis, quales pecoribus ad pastum exponi solent. Id hoc loco significat vox μηλόβοτος, quam Wolfius aliter interpretabatur. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 328, 12. Καὶ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ σοῦ σιγῶν σφόδρα προσέμην ἄν.] Aliquid hoc loco vel deest, vel superfluit. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 331, 2. Τὸ δ' ἄλλοι' ἄλλως ἔχειν ἀνθρώπων ὄν] Sententia esse videtur, constantiam Andronici in tanta rerum incou-

stantia esse mirandam, cum rerum coelestium constantia fastidium pariat. WOLFIIUS.

Pag. 331, 10. Οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττῃ ἐχρήτο εὐροουσύη, δεδήλωκεν] Intelligo, Lucianum rotunde dictis in medium allatis ostendisse Demonactis acumen: sed an aliqua fuerit eius eloquentia, dicendique copia, e scite dictis non perspicitur. Si quis τὸ ἐχρήτο mavult ad Lucianum quam ad Demonactem referre, videbitur etiam sapientia Demonacti adimi. Est hoc declamatorium et sophisticum dicendi genus sane spinosum, et ob affectatas argutias subobscurum. WOLFIIUS. Hinc apparet Wolfium legisse, οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττῃ, non autem, οὐ μὴν καὶ γλώττῃ. BOIVIIUS.

Pag. 334, 2. Τὴν ἀλήθειαν εἰς μύθους ἐξάγειν, ὄντινα τρόπον ποιῆσαι μελζῶ] ὄντινα, pro καὶ τουτοῦν τρόπον, εομομοδο accipio. WOLFIIUS.

Pag. 337, 11. Καὶ κυβερναῖς, κατὰ Πίνδαρον, τὰν πολυστῆ- γνώμ. ἐκάστων] Ea Pindari verba Gregoras a Platone acceperat, apud quem exstant lib. I. De Republ. BOIVIIUS.

Pag. 338, 3. Ἀκυμάντῳ μένοντι] Addit Wolfius, *Atque omnium periculorum tempestatibus sedatis, in tranquillam portum nos perduxisti*, quae ille non de suo addidisse, sed in codice manuscripto, quo usus est, videtur Graeca reperisse. BOIVIIUS.

Pag. 338, 23. Ὅπερ ἀπελεγόμεν τοῦ λόγου ἀρχόμενος] Quod initio orationis detrectabam, non, ut vertit Wolfius, quod orationis dicebam initio. ἀπολέγεσθαι apud Gregoram est παρατεῖσθαι. Exemplum habes lib. IX. cap. V. sect. 6. E. BOIVIIUS.

Pag. 339, 1. Σαφέστατα πάντων ἀποροῦντα αἰσθόμενος εὐ- τὸς ἐμαυτὸν] Sic construo, σαφέστατα αἰσθόμενος αὐτὸς ἐμαυτὸν ἀποροῦντα πάντων, cum me omnibus praedicandis plane imparum esse sentirem. Hoc loco πάντων ἀπορῶν idem est ac περὶ πάντων λέγειν ἀδύνατος. Dixerat scilicet orationis initio, οὔτε διεξίμενα τολμῶ οὔτε πάνθ' ὡς ἐπίπαν ὀπόσα σοὶ ἐστὶν ἐγκώμια, οὔτε μὴ πάντα. BOIVIIUS.

Pag. 340, 12. Περὶ μὲν ἐμαυτοῦ, etc.] In istis orationibus encomiasticis Latine vertendis Wolfius non adeo fidus ac diligens interpres fuit. Nimirum ei non tanti esse visae sunt, ut multum laboris impenderet earum interpretationi. Neque ego operae esse existimavi eas denuo Latinas facere. Satis esse duxi, quae Wolfium minus commode vertisse videretur, ea aliter versa exhibere. BOIVIIUS.

Pag. 342, 15. Ἄλλα πολλῶν τῶν ἐκ τῆς παροιμίας ἡμῖν ἀνα- νάτων ἐν ταῖς βίβλοις κειμένων] Interpres hoc loco mentem auctoris minime assecutus fuerat. Gregoras multa ait *occurrere in libris proverbia, quibus aliquid impossibile esse innuatur*; cuiusmodi sunt, ὄρνιθος γάλα ζητεῖν· φακῆ γωνίαν κάμπτειν· ὠὸν τιλλεῖν· θάλασσαν σπεῖρειν· πλίνθον πλύνειν· κωφῶ ὀμιλεῖν· τυφλῶ δι- νεύειν· ἀνδριάντα γαργαλίξειν· εἰς τετραγώνον πλίνθον ἀντλεῖν· ἄστρα τοξεύειν· πῦρ ἀλείφειν· κατὰ μαχαιρῶν κυβιστῆν· κοκλίτην φέρειν

ὕδαρ· νεφέλας ξαλννν· Αἰθλοπα λευκαλννν. Vide Cod. Reg. 3502. fol. 76. Ad ea autem proverbialia addendum esse ait, ὕμνησαι πρὸς ἀξίαν τὰ τοῦ Ἀνδρονίκου, *Andronicum digne laudare*. ΒΟΙΝΙΝ.

Pag. 344, 4. Ἦκου γε καὶ τὰ παροιμιώδη τῆς γραφῆς νενικήκας] Quasnam illa sint sacrae Scripturae proverbialia, ab Andronico imperatore νενικήκασ, non video, nisi forte illud sit, *Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub coelo*: et quae sequuntur, Ecclesiastae cap. III. Nempe Gregoras negat res Andronici imperatoris eiusmodi esse, ut earum vel videndarum vel audiendarum voluptas transire possit. ΒΟΙΝΙΝ.

Pag. 344, 22. Ἐρμηνέα ζητήσσει λόγον] Adde ex Codice Vaticano n. 164., ἀ δὲ ἐπ' ὄψει κείται, καὶ ὁλονεὶ φωνῆν ἀνεκλάλητόν τινα προῖέμενα, τὴν ἑαυτῶν ὑπὲρ πάντα λόγον κηρύττει λαμπρότητα, σχολῇ γ' ἂν ἐρμηνέα ζητήσσει λόγον. εἰ δὲ τις ζητ. Quas autem oculis obversantur, ac muta veluti voce emissa disertius quousis eloquio suam praedicant claritatem, ea nequaquam interpretem orationem postulant. ΒΟΙΝΙΝ.

Pag. 345, 10. Μηδὲ γὰρ ἔχων ὄτω τις παραθείη τῶν ἐν κόσμῳ] Adde ex Cod. Vatic. πολλοῦ ἂν δεήσσει σαφῶς τι ἀγγέλλειν περὶ ἡλίου. Atque ita Wolfium legisse arguit Latina eius interpretatio. ΒΟΙΝΙΝ.

Pag. 347, 6. Νῦν γὰρ ἔδει κατ' οὐρανὸν etc.] Vide Monodiam in obitum Andronici senioris, infra pag. 287. D. ubi haec iisdem fere verbis repetita occurrunt. ΒΟΙΝΙΝ.

Pag. 353, 3. Ὁ μέντοι βασιλεύς] Phranzes lib. I. cap. 10. Laonic. lib. I. p. 8. Edit. Reg. Ioann. Villaneus lib. IX. cap. 132. DUCANG.

Pag. 353, 18. Ὡσπερ ὑπνοῦντας ἄρδην συνειληφῶς] Aut verbum συλλαβάνω aliud Gregorae significat, aut legendum λεληφῶς, vel διεληλυθῶς, vel aliquid simile. Neque enim comprehenderat eos, in quos impetum facturus erat. WOLFIVS.

Pag. 353, 19. Καὶ ἐπεισεσεῖν αὐτοῖς] Scilicet τοῖς περὶ τὸν νέον, in ipsum iunioris exercitum erat impetum facturus, non in ipsos viarum custodes, qui iam comprehensi fuerant. ΒΟΙΝΙΝ.

Pag. 353, 23. Μῆτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντας ἐπιστρέφοντας πρὸς μετάνοιαν] Dubius locus, utrum Byzantii, repudiata perfidia, iuniorum Andronicum recipere noluerint: an iuniorum milites, desperata senioris clementia, fugam ceperint. Sed prior sententia magis placet. WOLFIVS. Μῆτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντα ἐπιστρέφοντας, etc.] Wolfius legit μέλλοντας, atque ea lectione deceptus a vero sensu aberravit. ΒΟΙΝΙΝ.

Pag. 354, 2. Ὁ δεσπότης Κωνσταντῖνος] Andronici imp. filius secundo genitus. Vide Cantacuzen. lib. I. cap. 31. DUCANG.

Pag. 354, 4. Ἐνὴν τὴν τοῦ νέου βασιλείως μητέρα] Antequam vidua esset, Maria vocabatur. Lib. VI. cap. VIII. sect. 2.

lib. VII. cap. VI. sect. 2. et cap. XIII. sect. 1. lib. VIII. cap. I. sect. 1. An mortuo marito habitum mutaverat? **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 354, 22. "Εργεται κατά του άνεπιου βασιλέως] Andronici filius fuit hic Constantinus, ex Irene secunda uxore. Andronicus imperator iunior, eiusdem nepos, e Michaële filio. **WOLFII.**

Pag. 355, 8. Τῷ θείῳ καὶ δεσπότῃ] Eidem Constantino. **DUCANG.**

Pag. 358, 9. "Οθεν ἀνοίξειν ἔκρινε δεῖν ἐν ψαλτηρίῳ] De hac divinationis ratione vide Glossar. med. Latin. in v. *Sortes Sactorum.* **DUCANG.**

Pag. 358, 11. Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἔπουράνιον κ. τ. λ.] David. Psalm. LXVII. v. 15. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 359, 23. Διδυμότειχον ἐπανήκε] Anno Christi MCCCXXII. mense Augusto Indict. 5. Vide Cantacuz. lib. I. cap. 84. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 360, 1. Ἔτυχε μέντοι] Phranzes lib. I. cap. 9. **DUCANG.**

Pag. 360, 5. Ὁ βασιλεὺς ἀνεβίβασε] Anno Chr. MCCCXXIII. pridie Kal. Dec. Indict. 7. *Εἰς τοὺς πατριαρχικούς ἄρτι χηρέοντες θρόνους* verterat Wolfius, in *recens defuncti patriarchae locum.* Ego verti, in *patriarchalem sedem tum temporis vacantem*, ea ratione, quod antequam Esaias crearetur patriarcha, sedes tribus fere annis vacaverit, ut constat ex Synopsi Dorothei. Adde quod adverbium *ἄρτι* accipitur nonnunquam pro *τέως, tunc.* **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 360, 17. Πρὸ ἐτῶν ὀκτῶ καὶ τριάκοντα] Immo ante annos octo et viginti. Nam (ut annotatum supra ad pag. 124. A.) Philanthropeno lumen oculorum ademit Libadarius anno Mundi VI. MDCCCV. sub finem auctumni, hoc est anno Christi MCCCXVI. exeunte. Adde annos XXVIII. et efficies annum Mundi VI. MDCCCXXXIII. Christi MCCCXXIV. quo scilicet anno Esaias, qui psulo ante patriarcha creatus fuerat, senioresem Andronicum Philanthropeno reconciliavit. Quodsi adderes annos XXXVIII. efficeres annum Mundi VI. MDCCCXLIII. Christi MCCCXXXIV. quo anno nec Esaias patriarcha, nec Andronicus senior in vivis erant. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 361, 10. Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ περιστρατοκ. τὴν Θελαδέλφειαν etc.] Hinc apparet Philadelphiam bis a Turcis obsessam; ac primam quidem obsidionem Theolepti virtute et Catalanorum adventu, alteram Philanthropeni auctoritate solutam fuisse. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 362, 11. Τῷ μέντοι Συργιάνῃ] Cantacuzenus lib. I. cap. 85. **DUCANG.**

Pag. 363, 9. Ὁ δὲ Ἄσαν] De quo in stemmate Cantacuzenorum pag. 260. **DUCANG.**

Pag. 364, 3. Exstat in Codice Vaticano 1086. fol. 75. πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσήφ περὶ τοῦ Πάγκα ἀπόδειξις, ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων, καὶ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τὴν τούτου διάρθρωσιν. Eam seu epistolam, seu dissertationem, Gregoras, prooemio et

epilogo ad praesens institutum accommodatis, totam fere huc transtulit. In illo Codice Vaticano prooemium est, ἐπειδὴ μοι φίλος εἶ τῶν πάντων, καὶ καινῶν ἀκροαμάτων ἑραστής, ἀκουσον οἷά μοι ξυνηγέθη τὴν πρότριτα, καὶ αὐτίς οἷά μοι τὴν χθές. τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς σοφῶν πλείστοις αὐτὸς ἐν ταύτῳ πρότριτα ξυντετυχηκῶς ἐν τῇ τέως πανηγύρει, πρόβλημα τὸ τοῦ Πάσχα σφαλερὸν ἐπ' αὐτῶν ἐποιούμην, οἰόμενος πολλὰ καὶ καλὰ ἐπισταμένους εὐρήσειν τῇ χρείᾳ προσήκοντα. ἀλλὰ τί ἂν σοι διηγοίμην βέλτιστε; οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τοσούτου δεῖν ἐξετάζειν τοιαῦτα μοι ἔδοξαν, ὅσον καὶ αἱ κορῶναι τὰ γῆς μέταλλα, ἢ τὸν Πακτωλὸν εἰ χρυσοῦ καταρῶει ψήγματα. ὥστε καὶ οὕτως ἐχλεύαζον, πολὺν μου καταχέοντες μυκητῆρα, ὥσπερ ἂν εἰ πολυετῆ καταλύων ἤδη πλάυνην, ἔπειτ' Ἀτλαντίδων νήσων καὶ νυμφῶν Ὀκεανίδων ἱστορίας προὑβαλλόμεν, ἢ μάχας πετομένων ἀνθρώπων, καὶ στρατοπεδεύσεις ἐναερίους, καὶ στάσις οὐρανοῦ, καὶ γῆς δίνησιν. ἄλλοι δ' ἐξ ἱερῶν γραφῶν ὡς ἐκ φαρέτρας ἀνασπῶντες βέλη, ἐτόξευον μὲν ἐπ' ἐμὲ, ἔβαλλον δὲ αὐτούς, ὅμοιον ποιοῦντες, ὥσπερ ἂν εἰ τις ποταμοῦ ῥύμην ἐθέλων ἀναχαιτίζειν, ἔπειτα βαθείας ἐπὶ τὸ κάταντες τάφρους ἀνῶρτυεν. οὐδὲ γὰρ εἰδότες ὅποι τείνουσιν ἢ προτείνουσιν, ἄσημά τινα καὶ πλημμυελὴ συνείρουν πράγματα. καὶ τί δεῖ διατρέβειν; οὕτως τοὺς πλείους οὐμὸς οὕτος ἐτάραξε λόγος, ὥσπερ τὰς νεφέλας, ὁπότε μετὰ βαθὺν ὑέτον πολὺς τῶν ἀρκτικῶν καταρῶσει οἱ βορέας, πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον αὐτὰς διωθόμενος. καὶ εἰ μὴ τὸ στερῆδὸν τῆς ἐμῆς ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς ἀποδείξεως ἀναντιρῶντον ἀντείχε, καὶ τὸν πολὺν ἐκείνου ἀνέστελλε κυκεῶνα, καὶ νήνεμον ὡς εἰπεῖν τὸ ἡμέτερον καθέστη (ἀν κατέστησε?) γυμνάσιον, τάχ' ἂν ἐνίκα τὸ παράλογον ἐκείνο συνέδριον, καὶ ἐξεδίφρευε τὴν ἀλήθειαν τὸ ψεῦδος, καὶ τῆς ἐπιστήμης ἢ ἀμαθία τὸ πλεον εἶχε. ταύτῃ τοι καὶ καιροῦ λαβόμενος, ἐπὶ τοῦ σοφοῦ βασιλέως ἐς ἐναργέστερον μῆκος τὸν λόγον ἀπέτεινον. κατὰ γὰρ τὸ εἰωθὸς ἀνιῶν χθές ἐς τὴν τοῦ βασιλέως προσκύνησιν, τοιαύτη τιμὴ ὁμίλια ἐντετυχέειν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα παρεῖσθω γε τέως, πολλὰ τε ὄντα καὶ οὐ πανυ τοι ἀναγκαῖα πάνυ τοι ἐθελούση σχολάζειν ἀκοῇ, καίπερ ὄντα ἀκείναι σεμνὰ καὶ σοφῶν ἀκοαῖς ἄξια. τὸ δ' οὖν τῆς ἀναγκαιοτέρας ἡμῖν ὁμίλιας, καὶ ἧς ἂν καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἠσθεῖης τὰ μάλιστα, λόγον κενήθηκεν ὁ τὰ πάντα θεϊότατος βασιλεὺς περὶ γε ἀστρονομίας καὶ σφαιρῶν οὐρανίων, καὶ κινήσεων πλαγωμένων καὶ ἀπλανῶν, καὶ τοιαῦτα ἄττα, ἐμοὶ καθυποβάλλων πρόφασιν τοῦ λέγειν. οἶσθα γὰρ τὸ τοῦ βασιλέως εὐμένες πρὸς ἡμᾶς· οἶσθά γε μὴν καὶ τὸ πολὺστροφον τῆς αὐτοῦ συνέσεως καὶ πολυειδῆς, καὶ οἷον εἰπεῖν λαβυρινθῶδες· καὶ ὡς ἅπαντα διοικῶν τὰ τῆς βασιλείας πράγματα, ὡς τῶν ἐξ αἰῶνων οὐδεὶς βέλτιον, ὅμως οὐκ ἔστιν οὐδὲν οὐδ' ἐπιστήμης εἶδος, οὐ μὴ τυγχάνει πεπειραμένος. καὶ δὴ καὶ τότε πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων παρόντων συγκλητικῶν τε καὶ ἰλλογίμων ἀνδρῶν, μηδεὶς δὲ πρὸς ἀστρονομίαν πεφυκὸς· ἀπῆν γὰρ τῆνικαῦτα ὁ μέγιστος ἡγεμῶν

καὶ διδάσκαλος ἀπάσης ἐπιστήμης, ὅση τε ἀκριβῶς ἐρευνᾷ τὰ οὐράνια καὶ ὅση δίδεισι τὰ ἐπίγεια καὶ ὑπόγεια καὶ περιγεια· τότε τοίνυν ἐμοὶ μόνῳ προσαντίθει τούς τῆς ἀστρονομίας λογούς. ἐγὼ δ' ὑπολαβὼν, ἔπαινον διεξήειν πολλὸν τοῦ μαθήματος. οἶσθα γὰρ καὶ ἄλλως δι' ὅσης ἄγω τῆς εὐφημίας αἰεὶ. τοῦτο γὰρ μοι τὸ ὀπίκον etc. BOIVIN.

Pag. 364, 17. Καὶ σπουδάσματα] Τότε δ' οὖν πλεον διὰ πλειονος εὐφημίας ἤγαγον, ἐπεὶ μοι καὶ πλεον τῆς φιλοτιμίας ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἀναφλέγων ἦν. μετὰ μὲν τοι γε etc. Cod. Vatic. 1086. BOIVIN.

Pag. 365, 2. Ἦσαν γὰρ οὗ τότε] Οὗ καὶ τότε Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 8. Ὁ βασιλεὺς] Ὁ θεϊότατος βασιλεὺς etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 9. Τὴν καταδίκην ὁ δίκαιος ὀφείλων] Ὅφλων Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 23. Διευκρινῆσαι πρὶν] Διευκρ. πρώτως Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 1. Ἀκριβῆς γίνεται ἰσημερία] Ἀκριβῆς τοίνυν γίνεται. Cod. Vatic. Wolfius τὴν ἀκριβῆ ἰσημερίαν, *exquisitum aequinoctium* vocat. Malium, *verum et proprie dictum aequinoctium*, vel, *ipsum praecise aequinoctium*. BOIVIN.

Pag. 366, 10. Περὶ μεσημβρίαν τῆς εἰκοστῆς τετάρτης αὐτοῦ] *Sub meridiem vigesimi quarti diei*, non, *vigesimi quinti*, ut Wolfius. BOIVIN.

Pag. 366, 11. Ἐπὲρ ἡμῶν ἐθανατοῦτο] Ἐπασχε Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 14. Νῦν δ' ἐφ' ἡμῶν ἑπτακαιδεκάτην] Ὁπτακαιδεκάτην Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 18. Τὴν τῶν μεταξὺ χρόνων διαφορὰν κἀντεῦθεν, καὶ δι' ὅσων etc.] Τὴν τῶν μεταξὺ χρόνων διαφορὰν· κἀντεῦθεν καὶ δι' ὅσων etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 21. Ὁμαλήν γὰρ ἐκεῖνος ταύτην] Ἐκεῖνος αἰεὶ ταύτην Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 367, 4. Ὡς δ' ἔγωγε αὐτὸς ἔξακριβ. εὐρὸν, μείζονος] Legendum *μείονος*, vel *ἤττονος*, quam *postremam lectionem* exhibet Codex Vaticanus. BOIVIN.

Pag. 367, 14. Διὰ τὸ βραχύτατον] Διὰ τὸ πάνυ βραχύτατον Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 368, 22. Ὅτι δ' οὐχ ἀπλῶς οὐδ' εἰκῆ] Ὅτι δ' οὐχ ἀπλῶς οὐτωςίπως, οὐδ' εἰκῆ Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 368, 26. Ἐπειδὴ καὶ ὁ καιρὸς] Ἐπειδὴ τοιοῦτος καὶ ὁ καιρὸς etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 369, 10. Ἀλεξανδρεῖς μὲν γὰρ πρὸ τριῶν ἡμερ. τῆς πρώτης τοῦ καθ' ἡμᾶς Σεπτ.] Vertit Wolfius, *Alexandrini tertio Kal. Sept.* Vertere debuit, *tertio ante Kal. Sept. seu quarto Kal.*

Sept. Nam *tertius Kalendas Sept.* est dies Augusti XXX. *tertius ante Kalendas Sept.* est dies Augusti XXIX. quo die constat Alexandrinos auspicatos esse annum suum. Vide Petav. de Doctrina Temporum lib. VI. pag. 522. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 369, 21. Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ κ. τ. λ.] Exod. cap. XII. v. 2. et 3. seqq. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 370, 10. Καὶ οὐδεμίαν ὄραν ἐξ] Καὶ οὐδεμ. ὄραν ἡμῖν ἐξ etc. Cod. Vat. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 370, 12. Τῇ ἔκτῃ ἑκτῆς] Τῇ ἔκτῃ τῆς ἑκτ. Cod. Vat. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 371, 21. Ἰσημερίας, καὶ ἀμνούς, καὶ θύματα] Abest καὶ ἀμνούς a Cod. Vat. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 371, 24. Καὶ κυκῶν, καὶ γλασσῶν] Καὶ κυκῶν ἦν καὶ γλ. Cod. Vat. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 372, 7. Συνιδόντες διδάσκαλοι] Συνιδ. ἀπόστολοι Cod. Vat. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 372, 19. Προσήκατο] Ἀπεδέξατο Cod. Vat. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 372, 22. Ἐπαγάγη τῇ ἐκκλησίᾳ] Addit Cod. Vat. ἦν αὐτὸς πολλοῖς ἰδρῶσι συνεστησατο, καὶ συντετριμμένην ἴασατο, καὶ ἀπωσμένην ἀνεκαλέσατο, σεισημη. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 373, 11. Ἀλλὰ δι' ἣν ἐφθήμεν εἰρ. αἰτ. τὸ τοῦ βασ. τέως ἐκρ. δόγ. μᾶλλ. ἢ τὸ ἡμ. ἀλλὰ τούτ. μὲν ἄλ.] Pro his legitur in Cod. Vat. ὅμως πολλῶν ἐπὶ τούτοις καὶ ἄλλων συγκροτηθέντων ἐκατέρωθεν λόγων, ἀριστε φιλων, ἀρκεῖ σοι τὰ εἰρημμένα. καὶ εἰ μὲν ἀριστα σοι φανεῖη, τῷ θεῷ τὴν χάριν ἀπόδος· εἰ δὲ μὴ, τὴν μὲμψιν ἐμοί. τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἡμῖν ἐκεῖνος πρυτανεύει τὰς ἀρχάς· τῶν δὲ σφαλερῶν ἡμῖν αὐτοῖς ἡμεῖς αὐτοὶ παραίτιοι. ἦν ἐθέλης λοιπὸν, μεμνήσῃ τοῦ λόγου, καὶ φάρμακόν σοι ἔσται πολυετοῦς ἀπορίας. μεμνημαὶ γὰρ ὡς πολλάκις ἐπὶ πολλῶν διηπόρηκας, σφαλερὸν τὸ πρᾶγμα οἰόμενος· τὴν δὲ λύσιν οὕτως εὐρισκῆς ἀδύνατον, καθάπερ δὴ καὶ τὸ πρὸς οὐρανὸν τοξεύειν. In his desinit dissertatio seu epistola ad Iosephum. Exstat in eodem Codice Vaticano eiusdem argumenti dissertatio, cuius initium, αἱ δευτέραι πῶς φροντίδες, Ἐνριπίδης φησί πον, σοφώτεραι. Vide Indicem Operum Gregorae initio huius volum. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 373, 15. Τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος] Anno Christi 1325. **ΒΟΥΚΑΝΟ.**

Pag. 373, 23. Καὶ ὁ πανυπερσέβαστος] Ioannes Palaeologus, Metochitae gener. Vide Hist. Cantacuz. lib. I. cap. 43. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 374, 20. Δι' ἧς ἐφθήμεν εἰρηκότες αἰτίας] Fuerat Gregorae Caesarissae praceptor et fratris eius. Vide cap. V. sect. 7. huius libri. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 374, 21. Ἐπειράθημεν δὲ οὐκ ὀλίγων ἐν τῇ ὁδῷ δεινῶν] Exstat in Codice Vaticano 1086. fol. 141. epistola ad Andronicum Zaridam, in qua Gregoras quae sibi in via acciderint narrat. Vide Indicem Epistolarum Gregorae initio huius volum. Initium est,

οἶμαι μὴ ἀνεγκλήτους καθάπαξ. Ita accipi ex R. P. D. Bernardo Montefalconio. Eam ipsam epistolam puto huc translata esse ab auctore, cui sua ipsius scriinia compilare pulchrum fuit. BOIVIN.

Pag. 376, 9. Νῦξ δ' ἐπὶ τούτοις] *Homerus Odyss. β. v. 388.*

DUCANG.

Pag. 376, 10. Ἐς γὰρ τὸ περιγλειον etc.] *Astronomicæ eruditionis intempestiva ostentatio. Sic infra lib. XII. cap. [XIII. sect. 6. τὸ γὰρ περιγλειον ἐκ περιστροφῆς τοῦ οἰκείου ἐπαναλαμβάνουσα κύκλου, καὶ ἐς τετράγωνον αὐθις τῶ ἡλίω καθισταμένη τὸ δεῦτερον ἤδη σχηματισμὸν etc. BOIVIN.*

Pag. 376, 20. Αὐτὰρ ἔμοιγς] *Homerus Odyss. δ'. v. 481.*

DUCANG.

Pag. 379, 1. Καὶ τὴν φέρουσαν κόμην] *Scilicet τοὺς κύνας: eum pagum in quo latrarent canes. WOLFUS.*

Pag. 379, 10. Στρούμμιτζαν] *Aliis Στρομπίτζαν. Vide notas ad Alexiadem pag. 382. DUCANG. Olim Τιβεριούπολιν; ut docet brevis Notitia urbium, quæ antiquum nomen in novum mutant. Cod. Reg. 2784. fol. 327. v. conferenda cum ea quam edidit Leo Allatius in notis ad Georg. Acropolitam pag. 241. BOIVIN.*

Pag. 380, 13. Σκοπιῶν πολίγνιον] *Vide easdem notas pag. 297. Et Leunclavium in Pandecte Turcico n. 169. DUCANG. Τῶ τῶν Σκοπιῶν πολίγνιον . . . οὐ παραψάροντα καὶ τὸν Ἀξιῶν τετράμεθα ποταμὸν] Non congruit hæc Geographia cum hodiernis tabulis, quæ Scupos urbem longe ab Axio seu Bardario flumine positam exhibent. Atqui Scopria, et Scupos, eandem urbem esse, inter omnes Geographos constat. Vide Ortelii, Mercatoris, Samsonis, Brietii et aliorum tabulas geographicas. BOIVIN.*

Pag. 381, 11. Δέδοται κ. τ. λ.] *Iob. cap. III. v. 20. BOIVIN.*

Pag. 382, 11. Ὅσσαι οἱ ὁμοῦ τράφεν κ. τ. λ.] *Hom. Od. IV. BOIVIN.*

Pag. 382, 23. Βασιλέως νύμφην] *Erat quasi nurus. Nam Andronicus senior eam uxorem delegerat filio fratris sui. BOIVIN.*

Pag. 384, 1. Ἦν μετωνόμασεν Ἄνναν] *Cantacuzen. lib. I. cap. 40. 42. Fuit illa Ioanna Amedæi V. ex Maria Brabatensi altera coniuge filia: sic ex Ioanna, quibus id nominis insolens erat, Annam consecere Graeci. Vide Famil. Byzant. DUCANG.*

Pag. 384, 12. Ἠλώκει καὶ ἡ Προυσαίων] *Prusam Bithyniæ metropolim ab Othmane seu Osmane Sultano obsessam, ac castellis duobus exstructis, praesidiis in iis collocatis, urbis vias omnes interclusisse, ne quid in eam posset importari, ac tandem fame domitam cepisse, narrat post Laonicum lib. I. Leunclavius lib. II. Hist. Musulman. A quo urbs ipsa, quæ exinde Turcorum regia fuit, multis describitur in indice libitinario Osmanidarum. DUCANG.*

Pag. 385, 2. Ἐξακισχιλιοστού] *Christi 1331. DUCANG. Ἀρχομένου γὰρ τοῦ ἑξακισχιλ. ὀκτακοσ. τριακοστού ἔκτου ἔτους] Anno incipiente sexies millesimo octingentesimo trigesimo sexto, non,*

ut Wolfius per incogitantiam vertit, *trigesimo nono*. Ducangius, hac Wolfii interpretatione deceptus, annum hunc posuit Christi MCCCXXXI. qui fuit annus MCCCXXVII. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 385, 10. Τῶν θείων εικόνων] Istius processionis ad columnam Porphyreticam I. die Septembris meminit Codinus de Off. cap. XV. n. 1. Vide notas ad Alexiadem pag. 382. et Constantinop. Christ. lib. I. sect. 24. n. 6. ubi haud pauca de hac Porphyretica columna, ac cruce illi imposita, et Byzantium ad hanc θρησκεία, seu religione, congressimus. DUCANG.

Pag. 390, 1. Οἱ περὶ τὸν βασιλέα τὸν νέον Ἀνδρόνικον] Non ausus dicere Ἀνδρόνικος, dixit οἱ περὶ τὸν Ἀνδρόνικον, quod re ipsa idem est. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 390, 9. Μιχάηλον] Cognomento Strascimirum, de quo in serie Bulgariae regum agimus pag. 323. DUCANG.

Pag. 390, 13. Διὰ τὸ νεωστὶ γεγενημένον περὶ τὴν τοῦ Καίσαρος θυγατέρα κῆδος] Propter affinitatem, quam cum eo Crates contraxerat, ducta uxore filia Caesaris. Ita vertendum; non, ut Wolfius, propter recens contractam cum filia Caesaris affinitatem. Nam qui uxorem ducit, is non dicitur affinitatem cum uxore contrahere, sed cum uxoris parentibus et cognatis. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 390, 16. Ἐπ' ἀδελφῇ] Theodora. Vide lib. VIII. cap. I. sect. 3. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 391, 4. Ἀδελφῇ δὲ ἦν αὐτῇ] Neda, quae aliis Dominica, Urosii regis Serviae filia, Stephani regis soror. Vide seriem regum Serviae n. 59. et 61. DUCANG.

Pag. 393, 17. Δίκασον κύριε κ. τ. λ.] David. Psalm. XXXIV. v. 1. Psalm. CVIII. v. 28. Isai. c. I. v. 2. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 394, 12. Τὴν Κράλαιναν] Simonidem, Andronici imp. ex Irene altera coniuge filiam, quae cum ad Irenes matris exsequias Constantinopolim venisset, uti narrat Gregoras lib. VII. cap. 30., ad coniugem redire renuerat, a quo cum per legatos a patre repeteretur, illaque ne ad reditum cogeretur monachicum habitum induisset, illius frater consanguineus Constantinus Despota lacerato eius cucullo invitam et plorantem ad coniugem remiserat. Idem Gregoras lib. VIII. cap. 1. DUCANG.

Pag. 395, 3. Ἐκ τοῦ Κράλη Σερβίας] Ad quem missus Calinicus legatus ab Andronico iuniore. Cantacuzen. lib. I. cap. 8. DUCANG.

Pag. 395, 8. Ὅσαι ἐπὶ χάριτος γραφεῖσαι] Duas chartarum species hic recenset Gregoras, alteram quam chartam vocat, alteram quam ex tenui linteo confectam scribit. Priore voce papyrus Aegyptiacam videtur innuere, quam Graeci recentiores ξυλογάρτιον vocabant: altera chartam ex linteo conceptis et contusis paratam, quam χόρτινον χάρτιν dicunt. Vide Gloss. med. Graecit. in his vocibus. DUCANG.

Pag. 395, 12. *Περὶ Χριστοῦπόλιν*] Quae urbs ad fugam ab Andronico iuniore delecta fuerat. Cantacuz. lib. I. cap. IV. VII. VIII. DUCANG.

Pag. 396, 2. *Ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεόδωρος*] Is paullo ante ad patrem Constantinopolim venerat: uti narrat Cantacuz. lib. I. cap. LI. DUCANG.

Pag. 396, 17. *Καὶ γενεῶν κουρᾶ*] Supra lib. VII. cap. XII. DUCANG.

Pag. 396, 21. *Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ μηνὶ νοεμβρίῳ*] An. Chr. MCCCXXVII. exeunte. BOIVIN.

Pag. 397, 17. *Περὶ τὸ Ῥήγιον*] Oppida duo hac appellatione observat Leunclavius in priore Onomastico Turcico, alterum quod Ῥήγιον μέγα vocat inter Selivream et Pontem minorem, Turcis *Bujuc-Zecmege*, I. *Ponte grande*, sive *Pons major*. Ῥήγιον autem nominatum censet a terra maris impetu abs se invicem divulsa, quae sinum hunc effecerit, ut eadem de causa divisum terrae motu a Sicilia Rhegium Italiae dictum. Alterum Rhegium μικρὸν dictum: Turci *Cutzuc-Zecmege*, I. *Pontem minorem* vocant, oppidum inter Pontem maiorem et Constantinopolim. Utrumque porro oppidum praeterea Ἄθυρον μέγα et Ἄθυρον μικρὸν Graecos appellare observat. Verum Ἄθύραν diversum esse oppidum a Rhegio, ex Procopio recte opinatur Ortelius, de quo quaedam notavimus ad Villbarduinum n. CCXX. Rhegii porro Thracici passim mentio apud scriptores Byzantinos. DUCANG. Haec nota in Ducangii autographo cancellata erat. BOIVIN.

Pag. 398, 20. *Ἡ πελεκυφόρους*] Varangos, uti supra pag. 187. B. DUCANG.

Pag. 406, 3. *Κώδωνας*] Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 406, 19. *Νεωτεροποιὸν*] Soloecismus pro *νεωτεροποιῶν*, etc. BOIVIN.

Pag. 407, 4. *Τὸ τῆς συνωμοσίας κ. τ. λ.*] Canon 18. Concilii Chalcedon. BOIVIN.

Pag. 407, 8. *Ἡ κατασκευὰς τυρτύνοντες ἐπισκόπων*] Wolfius legendum putat *κατ' ἐπισκόπων* etc. In vulgatis Canonum editionibus legitur *ἐπισκόποις ἢ συγκληρικοῖς*. Vide Balsamonis, Zonarae, et aliorum Commentarios. BOIVIN.

Pag. 407, 17. *Ἀρχοντα τοῦ λαοῦ σου κ. τ. λ.*] Exod. cap. XXII. v. 28. Act. cap. XXIII. v. 5. Petr. Epist. I. cap. 2. v. 17. BOIVIN.

Pag. 407, 20. *Ἐν ἀδέσμῳ κατασχεθῆναι φυλακῇ*] Cantacuzen. lib. I. cap. L. DUCANG.

Pag. 409, 6. *Τοῦ δ' ἐπιόντος μηνὸς δεκεμβρίου*] Cantacuzen. lib. I. cap. XXXI. LIII. LIV. DUCANG.

Pag. 409, 21. *Ἀσάν Μιχαήλ*] Ioannis Asanis Bulgariae regis filius primogenitus. Vide Famil. Byzant. pag. 325. DUCANG.

Pag. 411, 15. *Μυχάηλος γάρ*] Cantacuz. lib. I. cap. LVI. LVII. LVIII. DUCANG.

Pag. 413, 24. *Ὁ Βασιλικὸς Νικηφόρος*] *Dubium utrum Βασιλικὸς hoc loco sit nomen proprium, an dignitatis. Vide Ducangii Glossarium med. Graecit. in v. Βασιλικοί. Item eiusdem Glossar. med. Latin. in Basilicus. ΒΟΙΝΙΚ.*

Pag. 414, 1. *Ἐδόκει δὲ τοῖς ἥκιστα κρίνειν εἰδόσιν*] Wolfius legit *ἴφκει*, et ad eam lectionem accommodavit interpretationem suam. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 414, 13. *Ἄλλὰ τὸ φρούριον ἐκείνο στερόδῳ ἀσφαλισάμενος*] Wolfius legebat, *ἀλλὰ τὸ φρούριον ἐκείνο Σέρδης ἀσφαλισάμενος*, et interpretabatur, *sed castellum Serrhas sibi commissum muniit*: id quod plane absurdum erat, cum de Serrharum deditione paulo ante facta constaret ex ipsius Gregorae verbis, capite superiori, sect. IV. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 415, 6. *Κατὰ τὴν ἔκτην δηλ. τῆς ἀγ. τεσσαρακοστῆς ἑβδομάδα*] Wolfius legebat, *ἑβδομάδος*, vertebatque, *sexto die sanctae hebdomadis Quadragesimae*. Legendum *ἑβδομάδα*; et vertendum, *sexta videlicet hebdomade sanctae Quadragesimae*. Graeci Quadragesimam, ut nos, in septem hebdomadas dividebant, quarum ultima non *ἀγία* sed *μεγάλη* dicebatur. Vide Glossar. med. Graecit. in v. *ἑβδομάς*. Nos hebdomadem sanctam vocamus. Sexta *ἑβδομάς* inibat *κυριακῇ πέμπτῃ τῶν ἀγίων νηστειῶν*, quae est nobis Dominica Passionis. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 415, 8. *Ἀγγοῦ τοῦ Μαυροποτάμου*] Quem Cantacuzenus *Μέλινα ποταμὸν* dictum ait Histor. lib. I. cap. XVIII. Huc pertinet id quod legitur Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. *ἡ λεγομένη νῦν Ἀγγρολίμνη, Γυρολίμνη γράφεται· καὶ τὸ Μαυροπόταμον, μέλας ποταμός*. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 416, 7. *Νῆες μακρὰι τετταράκοντα*] Sabellicus decad. II. rerum Venet. lib. I. pag. 325. Petrus Iustinian. lib. IV. rerum Venet. sub init. DUCANG.

Pag. 416, 15. *Τὸν πρὸ τοῦ Ἱεροῦ πορθμὸν*] *Fretum, quod est ante Hierum*. De utroque *Hiero*, quorum alterum fuit Iovis Urii, alterum Serapidis, fuse Gyllius lib. I. cap. II. de Bosphoro Thracio. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 417, 18. *Ὅποσα γεωργοῦσι λίμναι Κωπαῖδες τε καὶ Μαιωτίδες καὶ ποταμοὶ Ταναΐδες*] Haec omnia Gregoras plurali numero, insolenter, et poetica audacia: quanquam et nos vulgo dicimus, *les Palus - Meotides*. Copais, palus Boeotiae est. Nomen dedit urbs *Κῶπαι*, cuius meminerunt Homerus, Strabo, Stephanus, et alii. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 420, 5. *Ἐκμοχλεῦσαι βραδίως*] Capta urbs ab Andronico iunior anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCCXXXV. (Christi MCCCXXVIII.) Indict. XI. Maii XIX. Cantacuzen. lib. I. cap. LIX. DUCANG.

Pag. 420, 13. Πρὸς τὰ περι τὸν Ῥωμανὸν ταίτη] *Ad Romanam portam*. Wolfius pro, *ad urbis moenia, Romani portae vicina*. Sic idem paulo supra, τὴν τοῦ Ῥωμανοῦ πύλην interpretabatur *Romanam portam*, pro *Romani portam*; quae sic dicta est a S. Romani aede vicina. Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. XV. n. IX. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 422, 12. Πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα] Quae tum in Palatio asservabatur. Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. pag. 91. DUCANG.

Pag. 422, 15. Καὶ περιχυθεὶς τοῦδαφος] Non satis scio, an eum humi prostratum adorasse imaginem dicat, an pulvere conspersisse caput: an imam imaginis partem humi iacentem esse amplexum. WOLFIVS.

Pag. 424, 19. Τῇ σεβασμῇ τῆς Θεομήτορος εἰκόνι] Deiparas Hodegetriae, ut supra cap. XVII. DUCANG.

Pag. 427, 10. Τετάρτη καὶ εἰκοστὴ τοῦ Μαΐου μηνός] Proinde die V. ab Urbe capta. DUCANG. Cantacuzenus Urbem ait a iunioris Andronico occupatam die Maii XIX., Gregoras die eiusdem mensis XXIV. Cave enim credas, id quod Ducangius credidit, Gregoram hoc loco voluisse assignare diem quintum ab Urbe capta. Immo diem ipsum captae Urbis ab eo poni hinc patet, quod ait, *ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἐν ᾗ ταῦτα πάντα τετέλεσται, dies quo haec omnia gesta sunt*, nempe ea omnia quae toto capite superiori narravit Superest itaque ut inquiremus, uter in die assignando erraverit, Gregorasne, an Cantacuzenus. Ipsa Cantacuzeni verba afferam. *Ἐπολέμησαν δὲ (loquitur de utroque Andronico) ἐν ἐνὶ μηνί καὶ ἔτεσιν ἕξ, ἀρξαμένων ἀπὸ τοῦ ἐννάτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισμίοις ἐν τετάρτῃ Ἰνδικτιῶνι, ἐννεακαιδέκατην ἄγοντος Ἀπριλλίου, ἄχρι τοῦ πέμπτου καὶ τριακοστοῦ ἔτους, ἐπὶ τοῖς ω'. καὶ γ'. ἐν πρώτῃ ἐπὶ δέκα Ἰνδικτιῶνι, Μαΐου ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα*. Id est, ut fere vertit Pontanus, *Belligerarunt annos sex, mensem unum, incipientes nimirum anno ab orbe condito vicesimo nono supra sex millia et octingentos, Indictione quarta, decimo nono Aprilis die, et ad annum quintum et tricesimum supra mille octingentos, Indictionem undecimam, et decimum nonum diem Maii producentes*. Chronologia haec tota fere vitiosa est. *Belligerarunt, inquit, annos sex: immo, annos septem* (vide Gregor. lib. XII. cap. III.), siquidem anni totidem effluerunt a mense Aprili Indictionis quartae ad mensem Maium Indictionis undecimae. Deinde initium belli ponit, *Aprilis die XIX.* quod a Gregora Hist. lib. VIII. cap. VI. sect. 4. ponitur *Aprilis die XX*. Tum ait bellum productum esse *ad annum quintum et tricesimum*, quod ipse dixit productum esse usque ad Indictionem undecimam, quae incidit in annum trigesimum sextum. Idem, ut summam annorum Mundi compleat, addit *ω'. καὶ γ'*. errore manifesto, pro *ω'. καὶ ς.* seu VI. MDCCC. Denique diem assignat eum quem su-

pra diximus, nempe *diem Maii XIX.* pro quo Gregoras diem posuit *eiusdem mensis XXIV.* Iudicet nunc aequus lector, utri potior fides habenda sit. Apud me certe Cantacuzenus hoc loco nullam meretur, cuius chronologia (si tamen ea eius esse existimanda est) tot habet vitia in verbis tam paucis. **BOIVIN.**

Pag. 428, 18. *Μειρακίσκοι*] Seu *ἀρχοντάτουλοι*, de quibus supra lib. VIII. pag. 181. B. **DUCANG.**

Pag. 428, 25. *Φησὶ*] Psalm. LVII. v. 10. **BOIVIN.**

Pag. 429, 4. *Ἀργεῖν τῆς ἱερωσύνης*] Quae voces, uti loquimur, *suspendere a divinis*, significant. Vide Gloss. med. Graecit. in *ἀργία*. Vide Cantacuz. lib. II. cap. II. **DUCANG.**

Pag. 429, 13. *Ὁν δὴ καὶ πρῶτον εἶδε δῆμος Ἡρακλεώτης*] *Quem primum populus Heracleoticus patrem bonum et Deo plenum vidit.* Ita interpretabatur Wolfius. Sed illud, *primum*, quorsum pertinet? Mallem, *quem et iam ante* (id est, *priusquam esset episcopus*) *vidit populus Heracleoticus* etc. Veriorem tamen existimo eam interpretationem, quae *Πρῶτον* dignitatis ecclesiasticae nomen esse statuit. Vide Glossar. med. Graecit. in v. *Πρῶτος*. **BOIVIN.**

Pag. 430, 5. *Τῶν Βουλγάρων ἄρχων*] Cantacuzen. lib. II. cap. III. **DUCANG.**

Pag. 431, 3. *Δείσασα ἢ μήτηρ*] Maria, seu Xene Armeniae regis Leonis II. filia, quae hic *μήτηρ ἀμφοτέρων* dicitur, scilicet Andronici iunioris imp. et Michaëlis Asanis Bulgariae regis, cuius socrus erat. Michaël enim Mariam Palaeologinam Andronici sororem uxorem duxerat. Vide stemma Palaeologorum in Famil. Byzant. **DUCANG.**

Pag. 431, 18. *Τῆς θείας γραφῆς*] Psalm. CI. v. 10. et CXXXVI. v. 2. **BOIVIN.**

Pag. 432, 4. *Συνεργῶν ὁ πρωτοστράτωρ*] Synadenus. **DUCANG.**

Pag. 432, 23. *Ἐξάγεται καὶ ὁ Συργιάννης τῆς εἰρηκτῆς*] Cantacuzen. lib. II. cap. IV. **DUCANG.**

Pag. 433, 14. *Κατὰ Ὁρχάνου*] Cantacuzen. lib. II. cap. VI. VII. VIII. **DUCANG.**

Pag. 433, 15. *Καὶ ὅτι Νίκαιαν*] Idem cap. XXIV. XXVI. **DUCANG.**

Pag. 434, 5. *Φιλοκρήνην*] Meminit istius loci etiam Cantacuzen. d. cap. VIII. **DUCANG.**

Pag. 434, 7. *Τὸν Ὁρχανον*] Chalcocondyles habet *Ὁρχάνην*, prima declinatione. **WOLFIVS.**

Pag. 434, 10. *Πρῶτα μὲν ψιλός, ἔπειτα δ' ὀπλίτας*] Wolfius ita construebat, *ὀπλισάμενος, πρῶτα μὲν ψιλός, ἔπειτα δ' ὀπλίτας*, vertebatque, *et ipse primum nudus, deinde armatus . . . in armis esse iussit.* Construendum, *ἐπεὶ δ' εὐώρα πολεμίων ἐνίσους,*

πρῶτα μὲν ψιλούς, ἔπ. δ' ὄπλ. vertendumque ita ut edidimus. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 437, 16. Συγχώρησιν ἔγγραφον] *Interpres, scriptam condonationem pro suggestu recitat: emendavimus, scriptam absolutionem in ambone recitat, quam συγχωροχάρτιον Graecos vocare, supra observatum. DUCANG.*

Pag. 437, 21. Τέτταρας ἐκλεξάμενος ἄνδρας] Qui dicti sunt καθολικοὶ κριταί. Exstat in Cod. Reg. 2525². fol. 273. v. Ὁρκωμοτικὸν τῶν καθολικῶν κριτῶν, τῶν γενομένων παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, γεγονώς καθ' ὃν καιρὸν ἐσφραγίσθησαν. Exstat ibidem fol. 274. Ὁρκωμοτικὸν τοῦ δικαιοφύλακος καὶ ἀρχidiaκόνου τοῦ Κλειδά, qui erat unus e catholicis illis iudicibus. Ibidem denique fol. 275. πρόσταγμα ὀρκωμοτικόν, sive ipsius imperatoris constitutio de eadem re. Quae omnia pertinere existimo ad illos iudices, ab Andronico iuniore delectos. Vide et infra lib. XI. cap. III. sect. 4. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 437, 23. Ὡν εἷς ἐκ τῶν ἐπισκόπων ἦν] *Apri scilicet metropolita, de quo Cleidas Dicaeophylax et archidiaconus in suo Ὁρκωμοτικῷ. Cod. Reg. 2525². fol. 274. ΒΟΙΒΙΝ.*

Pag. 438, 13. Κατὰ Μαρτίνου] Vide Cantacuzen. lib. II. cap. X. XI. XII. XIII. Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XXV. ubi ut Chios insula in Benedicti Zachariae Genuensis potestatem venerit, et ut ab Andronico recepta fuerit Martino illius domino captivo facto, atque ut a Genuensibus Ioanne imperante rursus capta fuerit, pluribus narramus. **DUCANG.**

Pag. 438, 17. Ὅσα καὶ δοῦλος] Sic Graeci quem *Vassallum* Latini vocant, efferre solent. Vide notas ad Alexiadem pag. 398. **DUCANG.**

Pag. 438, 22. Τῷ ἀδελφῷ] *Benedicto Zachariae. DUCANG.*

Pag. 439, 12. Ὀλίγων μέντοι] *Cantacuzen. lib. II. cap. XIV. DUCANG.*

Pag. 440, 18. Καὶ εἰσποιεῖται τὸν Συργιάννην] *Istius adoptionis Syrgiannis non meminit Cantacuzenus, quam rursus attigit Gregoras lib. X. cap. VI. Ita Maria Palaeologina Bulgariae regina Swetislaum, qui Smiltzae in hoc regno successit, adoptasse legitur apud Orbinum in Hist. Slavorum. Vide Dissertat. XXII. ad Iovinillam pag. 270. DUCANG.*

Pag. 441, 19. Ἐς τὸ Αἰθήνης φρούριον] *Id est in perpetuum carcerem, tametsi scribat Leunclavius in priore Onomastico Turci- co ita appellatum castrum, quod eo conclusi tanquam perpetuis in carceribus oblivioni traderentur, idemque esse quod Graeci Νεώ- καστρον, et Λαιμόκαστρον vocant ad V. ab Urbe lapidem, ad Bospo- rum in Europaeo situm littore. Quod si ita est, id porro nomi- nis a Graecis eidem castro inditum fuerit, quomodo Persas simili de causa Αἰθήνης φρούριον in Perside appellarunt, de quo Agathias lib. IV. pag. 188. Procopius lib. I. Persiae. etc. DUCANG.*

Pag. 442, 8. Πῆ μὲν στήσεται, πῆ δὲ διαβήσεται] Construo cum ἐστερημένον τοῦ βλέπειν, ut sensus sit, non videntem ubi staret, vel quo transiret. Aliter Wolfius. BOIVIN.

Pag. 442, 11. Νῆμα τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος τῆς Πηγῆς] Cantacuzenus lib. II. cap. XVII. et XX. Vide Constantinopolium Christ. lib. IV. sect. XV. n. XIII. ubi de istius fontis virtutibus multa. DUCANG.

Pag. 443, 9. Ἀλλ' ἐκάλυπεν etc.] Psalm. LXVIII. v. 37. 21. 72. BOIVIN.

Pag. 444, 17. Ἐπίστρεψον] Psalm. CXIV. BOIVIN.

Pag. 446, 5. Καὶ φιλόχριστον] Epitheton vulgo datum monachis. DUCANG.

Ibidem. Βασιλέα Ἀντώνιον] In Wolfiana editione deerat vox βασιλέα. Eam nos ex Codice Regio restituiimus. BOIVIN.

Pag. 446, 13. Ζητήσαι et δέξασθαι] Aoristi pro futuris. Sic supra lib. VIII. cap. VI. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 446, 18. Ἐφ' ἑτέρου λοιπὸν τὴν χεῖρα χειραγ. ἄνω μὲν ἐρυθρὸν etc.] Id est, *Alio manum regente, Crucis sacrosanciae duo signa, rubrum quidem supra, infra vero nigrum apposuit, iussus scilicet oblato instrumento subscribere: non, ut interpretabatur Wolfius, alio manu ducente, supra rubram Crucem, inferne nigram gestans, vivere situs est.* BOIVIN.

Pag. 447, 5. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Ἔτερον πρότερον. Gregoras egit supra de rebus gestis anno Christi MCCCXXX. Praedictiones autem, de quibus agit hoc capite, Byzantium allatae sunt anno MCCCXXIX. Certe epistola, qua illas refutavit, data est ante annum MCCCXXX. BOIVIN.

Pag. 449, 8. Ὅποσα γὰρ, ἔφην, κ. τ. λ.] Exstat haec epistola in Codice Vaticano 1086. et inscribitur, τῷ Πεπαγωμένῳ, περὶ τῶν ἐλθουσῶν αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζοῦντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλίας. BOIVIN.

Pag. 449, 16. Νιφάδεσαι] Hom. II. III. 222. BOIVIN.

Pag. 450, 19. Τῶν μεσημβρινῶν] Calabros credo intelligit. Nam Calabria inter occasum et meridiem sita, si Byzantium spectes. BOIVIN.

Pag. 452, 18. Θέρως, οὔτε τὸ ἐφεξῆς κ. τ. λ.] Aestas anni 1330. solis defectionem habuit die Iunii XVI., de qua infra cap. XII. sect. 2. Item autumnus anni 1331. Nov. die XXX., ut infra quoque dicitur cap. ult. Itaque haec videntur scripta fuisse anno 1329. BOIVIN.

Pag. 454, 7. Τοῦ δ' ἐπιγενομένου ἡρος] Cantacuzen. lib. II. cap. XXI. XXV. DUCANG.

Pag. 455, 1. Τῆς ἐκαιδεκάτης τοῦ Ιουλίου ἡμέρας *) τὸν κδ τοῦ ☉ μοῖραν ἀμείβοντος τοῦ ἡλίου] Nostra aestate, XVI. Iulii sol

*) Τετάρτην καὶ εἰκοστὴν τοῦ μαρτίου τριηκᾶτα μοῖραν. BOIVIN.
Nicephorus Gregor. Vol. II.

tertium 9 gradum, non autem 24 6 tenet. Quare videant ei αστρολόγοι και χρονολόγοι, an intra 200 annos 9 graduum discrimen conflare potuerit; atque, ipsine errent, an errarint Byzantini WOLFIVS.

Pag. 456, 13. Ἐν αὐτῷ παῖς etc.] Inde incipiebat caput, περὶ τῆς ἐπιβουλίας τοῦ Κράλη παρὰ τοῦ νιού αὐτοῦ, de insidiis quas Crali filius suus fecit, non, quas Crales filiis suis fecit, ut legebatur in Wolfiana editione. BOIVIN.

Pag. 456, 16. Τῇ τοῦ Καίσαρος θυνατρὶ] Maria Palaeologina Ioannis Palaeologi Caesaris filia, et Michaëlis Palaeologi imperatoris neptis. Vide Famil. Byzant. et seriem regum Serviae n. LXL DUCANG.

Pag. 457, 16. Ἐς δὲ τοῦπιόν ἔτος] Cantacuz. lib. II. cap. XXVI. XXVII. Vide seriem regum Serviae in Famil. Byzant. n. XLVII. et XLVIII. DUCANG. Ἐς δὲ τοῦπιόν ἔτος] Proximo anno, scilicet post Michaëlis Bulgari cladem: anno autem non Christi, sed Mundi, eoque Byzantino, qui inibat mense Septembri. Is annus fuit Mundi VI. MDCCCXXXIX. Christi MCCCXXX exiens. BOIVIN.

Pag. 458, 12. Καὶ Νίκαιαν εἶλον] Ut Nicaea capta fuerit ab Orchane Sultano, anno scilicet Mahumetano DCCXXXIV. Christi MCCCXXXIII. narrat Leunclavius lib. IV. Hist. Musulman. tum ex annalibus Turcicis, tum ex Laonico, tum aliis scriptoribus pag. 180. 181. 190. Illa autem, ut et Nicomedia ab Orchane pariter capta, tum Graecis parebat, ut patet ex Gregora, lib. IX. cap. IX. et Cantacuz. lib. II. cap. XXIV. XXVI. quod ignorasse videtur Leunclavius, qui nescio quem Regulam Nicaeae praefuisse ait. Utriusque porro urbis frustra tentatae obsidionis, non vero captae, meminit ibidem Cantacuzenus: contra vero Phranz. lib. I. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 458, 15. Καὶ ἀγίων γυναικῶν λείψανα δύο] Nicaeae martyrium passas S. Antoninam XII. Iunii et S. Theodotam cum tribus filiis suis XXVIII. Iulii, habent Menaea: an istas intelligat Gregoras, incertum manet. DUCANG.

Pag. 458, 16. Τὰς οικήσεις ἐν τοῖς παραλλοῖς Βιθυνίας] Hinc scribit Leunclavius post captam Nicaeam, Orchanum ipsum diu hanc urbem Portae sive Regiae loco habuisse pag. 195. DUCANG.

Pag. 458, 23. Ὁ Μετοχίτης ἔλθων ἐκ τῆς ἑξορίας] Dialog. Φλωρέντιος, seu περὶ σοφίας, Cod. Reg. 3284. fol. 246. v. Μητροδωρος μὲν ἐκεῖνος (ita illic vocatur Metochites) ὁ περιττός τὴν σοφίαν, ὃ φίλε Κριτόβουλε, ἐπειδὴ τὰ τῆς ἡγεμονίας ἐς Ἡρακλίδε (id est ad Andronicum iuniorum) μετακεκρυβεται, δεδήμενται μὴ τὴν οὐσίαν, πάντων τοι πλείστην οὐσαν· αὐτὸς δ' ἐπὶ θεοῖν ἕστρακιζεται τοῖν ἐνιαυτοῖν. ἔπειτα ἐπανελθὼν οἰκάς, καὶ μικροῦ ἐπιβιούς, ἐτελεύτησε, νόσοις βαρβαρῶν τὸ σῶμα δαπανηθείς. Ita-

que Metochites in exilium missus, domum rediit post biennium, anno scilicet MCCCXXX. **BOIVIN.**

Pag. 459, 8. Ἡ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ πενθερά] Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. sect. XV. n. 5. ubi de Chorae monasterio et illius conditoribus ac instauratoribus multa. **DUCANG.**

Pag. 460, 6. Ἐπισκότησις ἡλιακῆ] Anno Chr. MCCCXXXI. die 30. Nov. Calvisio. **BOIVIN.**

Ibidem. Τοσαύτας ἡμέρας . . . ὅσα καὶ αὐτὸς ἦν ἔτη τὰ πάντα βεβιακῶς] Ergo dies LXXIV. Vide Possini observationes Pachymerianas lib. III. cap. VIII. sect. IV. ad Hist. Michaëlis. **BOIVIN.**

Pag. 460, 8. Ἐκλειψις σεληνιακῆ] Die 15. Decemb. **BOIVIN.**

Pag. 460, 9. Ἐν ἑσπέρῳ] i. e. vigilia ante diem festum. **BOIVIN.**

Pag. 460, 11. Κατ' αὐτὴν μὲν γε τὴν τοῦ φεβρουαρίου δωδεκάτην] Wolfius, codice usus male interpuncto, haec coniungebat cum iis quae praecedunt, et ita vesperam commemorationis D. Antonii conferebat in diem Februarii duodecimum. Bollandus ad diem XI. Februarii pag. 507. in indice praetermissorum annotat, *S. Antonium patriarcham Constantinopolitanum hoc die (id est die XI. Februarii) memorari in catalogo generali Ferrarii: at in Martyrologio Romano et Menaeis, XII. Februarii.* Favent itaque Wolfianae interpretationi Martyrologium Romanum et Menaea; nostrae Codex Regius, constructio ipsa verborum et catalogus Ferrarii. **BOIVIN.**

Pag. 460, 19. Ἐκ σιδήρου σταυρῶν] Quas quidem cruces *Σιγνόχοριστα* appellabant. Vide Glossarium med. et infimae Graecitatis in hac voce. **DUCANG.**

Pag. 462, 1. Διὰ τὰ τῶν νησιμῶν ἐκείνων ἡμερῶν] Quibus monachi *ξηροφαγίαν* observabant. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce, ubi istius *ξηροφαγίας* cibi recensentur, in quibus *παγούρια* seu *cancris marini*, proinde *ὄστρακόδεσμα* recensentur. **DUCANG.**

Pag. 462, 15. Ἐγκόλιον] Vide Gloss. med. Latin. et Graecit. in *Encolpium*, et *Ἐγκόλιον*. **DUCANG.**

Pag. 462, 18. Ἀπήλλαξεν] XIII. Februarii, circa horam XII. noctis, ut praefert adscripta nota Codici Cantacuz. lib. II. cap. XXVIII. anno Chr. MCCCXXXII. Indict. XV. **DUCANG.**

Pag. 463, 4. Εὐρηται γὰρ ἐκ πολλοῦ βίβλος] Vide notata ad lib. VIII. p. 188. C. **DUCANG.**

Pag. 463, 18. Μονὴν τοῦ Λιβός] De quo monasterio egimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. XXVI. **DUCANG.**

Pag. 463, 19. Ἐνθα δὴ καὶ τὸ πένθος κατ' ἔθος] Ubi de *mors exequiae eius* etc. Verterat Wolfius, ubi de *mors quotannis* etc., quasi non solum κατ' ἔθος, sed et κατ' ἔτος, legisset. **BOIVIN.**

Pag. 463, 20. Ἐπὶ ἑννέα ἡμέρας] Vide Glossar. med. Græcit. in Ἐννατά. DUCANG.

Pag. 465, 1. Τῇ μέντοι δευτέρῃ τοῦ πένθους] Hinc discimus tempus quo esse orationes funebres haberi solebant, statim scilicet post exactum novendiale. DUCANG.

Pag. 467, 20. Νῦν ἕδει] Sic supra p. 213. B. βοινίη.

Pag. 471, 12. Τίς δώσει] Ierem. cap. IX. v. 1. βοινίη.

Pag. 471, 15. Τὴν Ὀρφῆως ἐν τραγωδίαις δύναμιν] In tragicis lamentationibus, non in tragoediis. Nam Orpheum Tragoedias scripsisse, nemo hactenus dixit, quod sciam: ac longo post Orpheum tempore floruit is qui

*Ignotum Tragicæ genus invenisse Camoenæ
Dicitur, et plaustris vexisse pœmata Thespis.* βοινίη.

Pag. 471, 22. Ἴνα τί δέδοται κ. τ. λ.] Iob. cap. III. v. 20. βοινίη.

Pag. 472, 5. Οἱ τοῦ βασιλέως θρηνοί] Pro οἱ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς θρ. Sic infra cap. II. sect. 2. τὴν τοῦ βασιλέως σφοδράν, pro τὴν τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς συμφ. βοινίη.

Pag. 472, 15. Τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος] Mortuus est (ut infra dicitur, huius cap. sect. ult.) anno Mundi VI. MDCCLXII. Christi MCCCXXXII. Ergo natus erat anno Mundi VI. MDCCLXVI. Christi MCCLVIII. Vide annotata ad pag. 51. A. Cantacuzeni Hist. lib. II. cap. XXVIII. Andronicum avum obiisse ait annos natum LXXII. Ita de annorum numero biennium detrahit. Sed mihi, ut iam dixi, Cantacuzeni chronologia suspecta est. Vide annotata ad pag. 262. B. βοινίη.

Pag. 473, 20. Τῆς αὐτοῦ συμπαθοῦς γνώμης τεκμήριον] Pietatem et alias animi dotes etiam laudatur a Nicephero Sathopulo:

*Τῆς εὐσεβείας Ἀνδρόνικος ὁ στυλος,
Ἀσύγκριτος νοῦς, ἔξηρημένη φύσις.* DUCANG.

Pag. 474, 10. Ἐξακισχιλιοστὸν] Christi MCCCXXXII, paullo ante notavimus. DUCANG.

Pag. 474, 11. Τηνικαῦτα δὲ καὶ τῷ νέῳ βασιλεῖ Ἀνδρ. ἔτι καὶ τριακοστὸν] Andronicus iunior, Indictione octava ineunte, a nos natus erat XXVII. teste Cantacuzeno Hist. lib. I. cap. XL. pro anno is erat Christi, MCCCXXIV. ad finem vergens. Anno igitur MCCCXXXII. cum avus eius Andronicus supremum diem obiisset nondum ipse explebat annum ætatis XXXV. Itaque nec de ætate Andronici iunioris Cantacuzenum inter et Gregoram convenit βοινίη.

Pag. 474, 12. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν] Natus igitur Andronicus iunior anno MCCCXCVI. DUCANG.

Pag. 474, 13. Τριάκοντα μεταξύ] Obiit proinde Theodorus Metochita XIV. Martii anno MCCCXXXII. DUCANG.

Pag. 475, 1. Ἐμοὶ δὲ ᾧ παρόντες] Abest haec Monodia a Codice Regio 2558. ut et Monodia in obitum Andronici senioris. Lectiones a vulgatis diversas suppeditavit Codex Colbertinus, in quo hanc de Theodori Metochitae obitu lamentationem, cum variis recentiorum Graecorum opusculis coniunctam, reperimus. Caeterum Gregoras non Monodia solum, sed et Epitaphio Metochitam mortuum prosecutus est. En epigramma, quale occurrit initio Codicis Regii 2541.

*Τοῦ Γρηγοῦ ἐπίγραμμα, ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ μεγάλου
Λογοθέτου.*

Ὅς πάρος ἐν σοφίῃ μέγα κῦδος ἔην γε θνητῶν,
Βαιὸς ᾧδὲ λᾶας τοῦ γε κέκευθε νέκνυ.
Ἀἴμος σαπιῶν Μουσάων ὀλολύξατε πᾶσαι·
ᾠλετο κείνος ἀνήρ· ᾠλετο σοφίῃ πᾶσα.

Scripserat credo, ᾠλετο πανσοφίῃ. Nam ᾠλετο σοφίῃ πᾶσα est nimis inconditum. Caetera, quanquam et ipsa minime modulata, non corrigo; cum sciam illius temporis poëtas plerosque legum metricarum ignaros prorsus fuisse: cui quidem rei argumento sunt poëmata ipsius Metochitae, viri quidem docti, sed versificatoris pessimi, cuius sepulchro nefas fuit bonum epigramma inscribi.

BOIVIN.

Pag. 475, 8. Πρὸς ἀβύσσους πυθμένας] Τὸ ἀβύσσους adiective usurpatum videtur. WOLFIIUS.

Pag. 482, 1. Θέρους δὲ ἐπιγενομένου] Cantacuzenus lib. III. cap. II. scribit Ioannem, cum pater obiit (an. scilicet MCCCCLVI. *) Iunii XXV.) novennem fuisse. Proinde natus anno MCCCXXXVII. Laonicus duodennem fuisse ait. DUCANG.

Pag. 482, 11. Κιντζούστρα] Videtur legendum καὶ τζούστρα. De hac utraque apud Latinos usitatae decursionis ac monomachiae ludicrae specie dissertationes duas edidimus ad Ioinvillae historiam, VI. VII. ubi Gregorae et caeterorum scriptorum Graecorum eo spectantes locos multis expendimus, maxime pag. 168. DUCANG. Καὶ ντζούστρα παρὰ Λατίνους καλεῖται] Ita Cod. Regius. At in Wolfiana editione legebatur Κιντζούστρα, vox, ut mihi videtur, facta ex Gallico qui *jouster*? Vide et notas Ducangii ad hunc locum.

BOIVIN.

Pag. 483, 3. Τόρνε] Expressit Gallicum *Tournoi*. DUCANG. Ὁ δ' ἕτερος τῶν ἀγῶνων *Τορνεμέν*] Ita idem Codex Regius, non *Τόρνε μέν*, ut legebat Wolfius. Facta etiam haec vox ex Gallico vocabulo *Tornement*, vel *Tournoiment*, quod et *Torneamen* et *Tor-*

*) Immo MCCCXLI. Iunii XV. et natus anno MCCCXXXII. BOIVIN.

neapientum ab infimae Latinitatis scriptoribus dici solet. Cantacuzenus Hist. lib. I. cap. XLII. vocat *Τεργεμέντα*. ΒΟΙΝΙΣ.

Pag. 488, 7. *Οὕτω μὲν πρότερον νῦν δὲ συνεχῶς τελουμένου*] Testis est Cantacuzenus eos ludos non fuisse in usu apud Byzantinos, antequam Andronicus iunior uxorem duxisset Annam Sabaudam. *Ἐκ μέντοι Σαβωῖας, inquit, οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐπατριδῶν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφικνούμενοι . . . τὴν λεγομένην Τζουστρίαν καὶ τὰ Τεργεμέντα αὐτοὶ πρῶτοι ἐδίδαξαν Ῥωμαίους, οὐπω πρότερον περὶ τῶν τοιοῦτων εἰδόμενος οὐδέν.* Unde suspicor legendum esse hoc loco apud Gregoram, *τούτου τοίνυν οὐπω μὲν πρότερον, νῦν δὲ συνεχῶς τελουμένου*, id est, *hoc itaque certamen nunquam superiori aetate, at nunc quotidie celebrari solitum.* Nec obstat quod idem Gregoras supra (hoc cap. sect. 1.) dixerit, *saepius iam antea eosdem ludos fuisse ab Andronico editos.* Nam illud, *saepius iam antea*, non pertinet ad superiora saecula, sed ad ipsius Gregorae aetatem. *Οὐπω* in *οὕτω* mutatum passim in codicibus manuscriptis occurrit. Vide lib. XVII. infra cap. II. sect. 1. ΒΟΙΝΙΣ.

Pag. 488, 13. *Ἀνέγκλητον*] Vide eandem dissertation. VII. *pag.* 169. 170. DUCANG.

Pag. 488, 21. *Τούτων τοίνυν*] De hoc suscepto bello adversus Alexandrum Bulgarorum regem ab Andronico iuniore, et pace inita, agit Cantacuzenus lib. II. cap. XXVI. XXVII. DUCANG.

Pag. 486, 20. *Ὁ τοῦ Καίσαρος μὲν υἱός*] Ioannis Palaeologi, cuius supra meminit lib. IX. cap. XXXVI. filius, Constantini Porphyrogeniti Michaelis imp. filii nepos. Vide stemma Palaeologorum. DUCANG.

Pag. 488, 24. *Ὁ δὲ γὰρ Συργιάννης*] Cantacuzenus lib. II. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 489, 3. *Τζαμπλάκωνος*] Qui magni Papiae dignitate donatus dicitur Cantacuzen. lib. II. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 489, 20. *Βασκαίνειν γὰρ ἔφαμεν αὐτῷ*] Nusquam dixit Gregoras invidisse aulicos Syrgianni. Itaque legendum *ἔφασαν, non ἔφαμεν.* ΒΟΙΝΙΣ.

Pag. 490, 11. *Καὶ ἡ μήτηρ τοῦ βασιλέως*] Cantacuzen. lib. II. cap. XXVIII. DUCANG. Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XXVIII. eam ait obiisse anno integro et dimidio post obitum senioris Andronici; quem constat mortuum anno Chr. MCCCXXXII. Februar. die XIII. Sic illam oportet obiisse anno Chr. MCCCXXXIII. mense Augusto. ΒΟΙΝΙΣ.

Pag. 490, 14. *Σὲ δὲ ᾧ μέγιστε καὶ θεϊότατε βασιλεῦ*] Haec oratio exstat in Codice Regio, in quo tamen aliae fere eiusmodi declamationes omissae sunt. ΒΟΙΝΙΣ.

Pag. 491, 12. *Καθάπερ ἐπὶ σιδήρῳς κρηπίδος*] *Wolffo κρηπίς est crepido.* Sed *crepido consilii* quid sit, non video. ΒΟΙΝΙΣ.

Pag. 493, 15. Χολοβάφινον] Vide Glossar. med. Graecit. in v. Χολοβάφος. BOIVIN.

Pag. 495, 12. Ἦρος δὲ ἐπιστάντος] Cantacuzenus eod. lib. cap. XXIV. DUCANG. Ἦρος δ' ἐπιστάντος] Eodem anno, quo Ioannes Calecas patriarcha creatus est. Proinde anno Chr. MCCCXXXIII. BOIVIN.

Pag. 496, 16. Διάδογον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου... Ἰωάννην τὸν ἐκ τῆς πόλ. Ἄφρω κατέστ.] Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XX. eam rem videtur conferre in annum Chr. MCCCXXXI. Gregoras Hist. lib. XVI. cap. IV. Ioannem ait circiter annos XIV. patriarcham fuisse. Cum Gregora consentit Cod. Reg. 3058⁴. fol. 98. ubi legitur, Ἰωάννης ἔνδοξος καὶ σοφὸς λίαν ὁ Καλέκας ἔτη ιδ'. At constat ex testimonio non solum Gregorae, sed ipsius quoque Cantacuzeni, abrogatum esse Ioanni Calecae patriarchatum anno Chr. MCCCXLVII. ineunte. Oportet itaque Ioannem creatum esse patriarcham an. Chr. MCCCXXXIII. cum ab an. MCCCXXXIII. ad annum MCCCXLVII. anni numerentur quatuordecim. BOIVIN.

*Pag. 497, 19. Σφραντζής ὁ Παλαιολόγος] Cantacuzen. cap. 25. Non desunt qui hoc Σφραντζής vocabulo Gallicum *Francois* exprimi putant, quod Georgio Sphranzae Historiae scriptori pro cognomento est. DUCANG.*

Pag. 499, 19. Ἀσχρόν γὰρ Ἰσως] Homer. II. β. v. 298. DUCANG. Ἀσχρόν γὰρ Ἰσως κ. τ. λ.] Homer. II. II. 298. BOIVIN.

*Pag. 501, 12. Τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει] Hic tempora confundere Gregoram observat Pontanus ex Cantacuzeno lib. IV. cap. 8. Missi enim hi duo episcopi anno 1349. Ioanne Paleologo et eodem Cantacuzeno imperantibus, quorum alter Minorita fuit Guilielmus Chissimensis, alter ex ordine Praedicatorum Gaspertus Cenetensis episcopi. De hac legatione copiose egit Waddingus hoc anno. DUCANG. Pontanus ad Cantacuzeni lib. IV. cap. IX. Gregoram temere et iniuria reprehendit, ut *tempora confundentem*, atque eos legatos, qui Cantacuzeno imperante Byzantium venissent, *sub Andronico* pluribus ante annis *missos* affirmantem: dignus ipse gravi reprehensione, qui ignoret an. Chr. MCCCXXXIII. Andronico imperante, antistites duos Latinos a Papa Ioanne XXII. legatos Byzantium venisse, de ecclesiarum concordia acturos. Qua de re exstat epistola Ioannis XXII. data Avenione anno Chr. MCCCXXXIII. Non. Iul. Quod si Cantacuzenus de missis ad Andronicum legatis tacet, de missis ad se multa narrat, non ea est Gregorae sed ipsius Cantacuzeni negligentia. Ducangius in notis Pontanum secutus est. BOIVIN.*

*Ibidem. Ἐπίσκοποι δύο] Franciscus de Camerino, Vosprensis, seu Bospori *) archiepiscopus, et Ricardus episcopus Cherso-*

*) Exstat in Cod. Reg. 2950. pag. 147. inter opuscula Barlaami ἀπάντησις πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου. BOIVIN.

nensis. Vide Annales ecclesiast. Odorici Raynaldi, ad an. 1333. num. 17. 18. 19. item ad an. 1334. num. 4. 5. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 507, 22. Ὁ καὶ παρ' αὐτοῖς δὴ τοῖς Ἰταλοῖς . . . σπονδαζόμενον ἴσμεν] Graeci Latinis Theologis passim obiciunt istud cacoëthes argumentandi per syllogismos. Vide annotata ad Vitam Gregorae. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 508, 10. Καὶ οὐχ ἦττον Πλάτωνι τῷ Ἀριστῶνος. Θεὸν γὰρ φησι νοῆσαι μὲν etc.] Iustinus Martyr in Paraeneticō ad Graecos haec verba non Platoni sed Mercurio tribuit. Ἐρμού δὲ, inquit, σαφῶς καὶ φανερώς λέγοντος, θεὸν νοῆσαι μὲν ἔστι χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον. Idem Iustinus in Apologia I. haec, quae fere idem sonant, Socrati tribuit, τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὐθ' εὐρεῖν ῥάδιον, οὐθ' εὐρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 508, 12. Ὁ δὴ μικρὸν ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος ἠγησάμενος] Vide notas Billii ad illud Gregorii Nazianzeni dictum. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 508, 14. Θεὸν φράσαι μὲν κ. τ. λ.] Gregor. Naz. orat. II. De Theologia. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 509, 5. Φησὶ γὰρ ὁ Νύσσης Γρηγόριος] Ὁμολογοῦμεν γὰρ ἀνεπαισχύντως ἡμεῖς, μήτε τινα λόγον διὰ ῥητορικῆς τεθρηγμένον ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας παρεσκευάσθαι, μήτε δεινότητα διαλεκτικῆς ἀγγιολίας εἰς συμμαχίαν κατὰ τῶν ἀντιτεταγμένων προβάλλεσθαι, ἢ καὶ τὴν ἀλήθειαν πολλάκις εἰς ὑπόνοιαν ψεύδους ἐπὶ τῶν ἀπειρῶν ἀντιμεθίστησιν. Gregor. Nyss. lib. II. contra Eunomium, eodem sensu, sed non iisdem verbis. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 510, 12. Σκότος ἀποκρυφῆν κ. τ. λ.] Iob. cap. XXII. v. 14. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 510, 21. Γρηγόριος κ. τ. λ.] Ad Evagrium de Divinitate. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 511, 14. Κύριος ἔκτισέ με κ. τ. λ.] Proverb. cap. IX. v. 22. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 511, 15. Βασίλειος περὶ τῆς ἐμφαινομένης τῷ κόσμῳ σοφ. εἰρησθαι] Basilius Magnus lib. IV. adversus Eunomium, ad illa verba, ΚΤΡΙΟΣ ΕΚΤΙΣΕ ΜΕ, ἀνάγκη οὖν, inquit, εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ νοεῖν. εἶποι δ' ἂν τις καὶ τὸν Σολομῶντα περὶ τῆς σοφίας εἰρηκέναι, ἧς καὶ ὁ Ἀπόστολος μέμνηται, εἰκάν' ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεόν. Fortasse ad ea verba Gregoras respexit. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 511, 21. Φάσκει τὸν λόγον] Gregor. Naz. oratione II de Filio. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 513, 6. Εἰπέ μοι, φάσκων κ. τ. λ.] Gregor. Naz. oratione de Spiritu sancto. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 513, 11. Καὶ ἡμέρας αἰῶνος] Dies saeculi, non, ut vertebat Wolfius, aeternitatis. Nam dies aeternitatis numerare non magis facile est, quam in Dei profunda descendere. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 513, 24. Ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὄρων κ. τ. λ.] Gregor. Naz. oratione prima de Filio. BOIVIN.

Pag. 514, 5. Οὐδ' ὀνόματα κ. τ. λ.] Gregor. Naz. ad Evangelium de Divinitate. BOIVIN.

Pag. 515, 8. Ἀποστόλου] Ad Romanos cap. VIII. v. 9. BOIVIN.

Pag. 516, 8. Ὡς ἰσιωπῆ τὰ σφίσι λεγόμενα δέχεσθαι] *Ut quidquid illi dixerint, taciti ipsi admittant, non, ut interpretabatur Wolfius, ut quidquid dixeris, taciti ferant.* BOIVIN.

Pag. 518, 19. Φησὶν] Gregor. Naz. oratione περὶ δόγματος. BOIVIN.

Pag. 519, 13. Ὁ γε μὴν βασιλεὺς etc.] Vitiosa constructio. BOIVIN.

Pag. 520, 1. Ταῦτα διεξελθὼν ὁμόστοιχα λέγειν ἔδοξα etc.] Leo Allatius de eccles. Occid. et Orient. perp. consens. lib. II. cap. XVI. sect. 2. Pontificis Romani Benedicti XII. ad Robertum Siciliae regem epistolam profert, datam Avenione III. Kal. Sept. an. Chr. MCCCXXXIX. eique epistolae subiungit acta eodem anno inter eundem Benedictum Papam et Andronici iunioris legatos, Barlaamum et Stephanum Dandulum, qui de ecclesiarum concordia acturi Avenionem venerant. Denique, his omnibus velut praestructis, haec ipse addit de suo: *Concordia tamen subsecuta non est, Nicephori Gregorae omnia tum, et favore principis et eloquentiae nervis, susque deque miscentis pervicacia, qui proluxa oratione patriarcham ipsum, Dyrrhachinum episcopum, et alios per plures, seductos, in suam traxit sententiam, ne legati Pontificis audirentur, repudiarenturque omnia, quae concordiam similem stabilire viderentur.* Leo Allatius tempora confundit. Nam oratio illa Gregorae non ad an. Chr. MCCCXXXIX. aut MCCCXL. pertinet, sed ad an. MCCCXXXIII. ut supra dictum est. BOIVIN.

Pag. 520, 8. Καὶ ὁ δεσπότης] Andronici senioris imp. filius secundo genitus ex Anna prima uxore. Vide stemma Palaeolog. et scriptores ibi laudatos. DUCANG.

Pag. 523, 9. Κάρολλον τὸν τῆς Ἰταλίας ῥήγα] Fallitur Gregoras. Robertus enim tum Italiae imperabat, cum Ioannis XXII. P. P. suasu ipse ac Latini principes invicem convenerunt ad comprimendas crebras Turcorum in Christianorum ditiones excursiones, anno scilicet 1326. DUCANG.

Pag. 525, 10. Οἱ δὲ Ῥόδιοι] Milites ordinis Hospitalis Hierosolymitani, qui Rhodum anno 1310. Turcis abstulerant. DUCANG.

Pag. 525, 12. Ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἡγεμονεύων] Nicolaus Sanutus, qui Naxi, interdum Aegeopelagi Ducem sese inscribebat. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. VII. n. 20. Infra Κυκλάδων νήσων ἀρχηγός. DUCANG.

Pag. 525, 18. Τῆς Μιτυλήνης] Cantacuzen. lib. II. cap. 29. ubi de capta a Catania Mitylene agit. DUCANG.

Pag. 525, 22. Ὁ τῶν Φωκαέων ἀρχηγὸς Κατάνης] Dominicus Catanias, Andreae qui Phocaeam novam subiugaverat filius, ut est apud Cantacuz. lib. II. cap. 13. Duplex enim fuit Phocaea, altera quam antiquam, altera quam novam vocant, Gregoras *καταλαν*. Hanc postremam iure clientelae deinceps ex pacto cum Andronico seniore inito tenuere Catanisae. DUCANG.

Pag. 530, 10. Καντακουζηνήν] Theodoram Palaeologinam. Vide stemma Cantacuzenorum. DUCANG.

Pag. 531, 15. Καὶ μετὰ βραχὺ συλλαβὸν τοὺς τῆς βασιλείας σφετερ.] Anno, ut opinor, Chr. MCCCXXXVII. quanquam ex Cantacuzeni chronologia argui possit factum id esse anno MCCCXXXVI. ut ad paginam sequentem infra statim annotabimus. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 534, 2. Μόνους δὲ τοὺς τοῦ Ἀσαν υἱοὺς etc.] Cantacuzenus lib. III. cap. XVII. testatur eos in carcere fuisse ἐπ' ἔσταν ἔξ. Id si verum est, oportet eos in carcerem coniectos fuisse ante annum MCCCXXXVII. siquidem ultimus eius sexennii annus incidit in annum Chr. MCCCXLI. exeuntem, ut ex eodem Cantacuzeno constat. At fortasse Cantacuzenus ad annos Mundi respexit, eosque inchoatos pro completis haberi voluit. Scilicet Asanis liberi in carcere manserunt ab anno Mundi VI. MDCCCXLV. inchoato ad annum Mundi VI. MDCCCL. ineuntem, hoc est per sex annos, quorum primus et ultimus non integri, immo nec dimidii quidem fuerunt. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 536, 7. Ἡ δὲ περὶ τὴν κ. τ. λ.] Solaris ponitur a Calvisio Martii die 2. anno Chr. MCCCXXXVII. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 536, 9. Βασίλειος] Vide stemma imperatorum Trapezuntinorum. DUCANG.

Pag. 536, 11. Ἐπέμφθη δ' αὐτῷ καὶ σύζυγος Εὐδοκία] Ea Irene vocatur infra pag. 424. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 536, 13. Ἰωάννης ὁ Κόντος] Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. 27. lib. VII. n. 20. et pag. 320. DUCANG.

Pag. 536, 17. Τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπῶν εἰθισμένης, ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιοῦτοις βιαίως] Male haec interpuncta sunt. Sic autem debent interpungi, τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπῶν εἰθισμένης ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιοῦτοις, βιαίως καὶ οὕτως τοῦ ζῆν ἀπεφύαγη, id est, Cum autem Vindicta ad extremum in his rebus tacere non soleat, violenta morte ipse quoque sublatus est etc. Aliter Petavius, codicis male interpuncti lectione deceptus. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 537, 3. Ἀνωτέρω φθασ.] Lib. IX. cap. IX. sect. 5. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 539, 2. Ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ θέρους Ἰσακίου] Incaute eadem aestate. Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XXXIV. victoriam

de Turcis aestate exeunte reportatam affirmat, idque post Aetolicam expeditionem, de qua Gregoras capite VI. infra. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 539, 5. *Ὁρχανος ὁ Ἀτουμάν*] Leg. ὁ Ἀτμάν, vel ὁ Ὀτμάν, filius Othmanis, orientalis Bithyniae satrapa, Cantacuzeno lib. III. cap. 9. Hanc Orchanis expeditionem contra Byzantium ad annum 1330. refert Ioannes Villaneus lib. X. cap. 152. **DUANG.**

Pag. 539, 8. *Τὴν μὲν ἐξ Ἱεροῦ*] *Ab Hiero*, non, ut vertebat Wolfius, a templo. Vide annotata supra ad pag. 255. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 543, 9. *Πλεονα τὴν στοργὴν καὶ στερόδ. πρὸς τὸν σύζυγον* [ἔργε] *Maiore et firmiter affectu maritum diligebat*, non, a marito diligebatur, ut interpretabatur Wolfius, qui legebat πρὸς τὴν σύζ. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 544, 20. *Διὰ τὴν τοῦ δεσπότου αὐτῶν τελευταίην*] Cantacuzen. lib. II. cap. 32. 33. **DUANG.**

Pag. 545, 16. *Νικομήδεια*] Quam paullo ante manu et armis inexpugnabilem fame expugnare adortus fuerat Orchanes, ut scribit Cantacuzen. lib. II. cap. 26. Ut porro tandem illa capta fuerit, narrat Leunclavius lib. IV. Hist. Musulm. pag. 186. **DUANG.**

Pag. 545, 18. *Τῷ μέντοι κατὰ ταῦτα ἐνιαυτῷ οὐδὲν ἱστορίας ἄξιον πέπρακται*] Anno, ut mihi videtur, Mundi VI. MDCCCXLVII. cuius anni quatuor primi menses pertinent ad an. Chr. MCCCXXXVIII., octo reliqui ad an. MCCCXXXIX. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 545, 22. *Τῷ δ' ἐξῆς ἔτι*] Anno scilicet Mundi VI. MDCCCXLVIII. cuius pars prima pertinet ad an. Chr. MCCCXXXIX. altera ad an. MCCCXL. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 546, 9. *Αὐτόθι κατοικεῖν ἔγνωκε τοῦ λοιποῦ*] Vide lib. XIII. infra cap. VI. sect. 3. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 546, 11. *Ὁ Πρωτοστράτωρ*] Cantacuzen. lib. II. cap. 34. **DUANG.**

Pag. 546, 18. *Τὴν θυγατέρα αὐτοῦ*] Cantacuzen. lib. II. cap. 34. **DUANG.**

Pag. 548, 6. *Καὶ καθιστῶσιν ἡγεμόνα τῆς πολιτείας*] Simonem Buccanegram. Vide Ioannem Villaneum lib. XI. cap. 101. lib. XII. cap. 26. Petrum Bizarrum lib. VI. Historiae Genuensis sub anno 1339. **DUANG.**

Pag. 548, 24. *Καὶ Βασίλειος*] Vide stemma Trapezuntinorum imperatorum. **DUANG.**

Pag. 550, 15. *Ῥαῖσας μέντοι μικρὸν ἐς Ἀκαρνανίαν ἀπήει*] Haec verba ab interprete per incogitantiam omissa fuerant. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 551, 13. *Καὶ οἱ μὲν προσεχώρουσιν τῷ Τζανυλίτῃ etc.*] Cum his coniungenda ea quae leguntur infra lib. XIII. cap. XI. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 552, 20. *Καὶ ὅσα τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐνδοξότεραν καθίστησι*] *Ei quaecunque nomina illustriorem faciunt Romani imperii (id est, Romanorum imperatorum) gloriam: non, ut vertebat*

Petavius, tum ea praedicare, quibus Romanum imperium illustri fecerat. Sic infra, *Εὐχίτας τε ὀνομάζων αὐτοὺς καὶ Ὀμφαλοψύχους, καὶ ὅσα τούτοις ἐπόμενα, Βυθίας εὖς et Ὀμφαλοψυχῆς, et aliis eiusmodi nominibus appellans.* BOIVIN.

Pag. 552, 21. Καὶ (ἴν' ὡς ἐν κεφαλαίῳ . . .) αὐτοῦ γὰρ ἔνα τῷ βασιλεῖ] Vide annotata ad lib. I. pag. 3. C. Petavius hoc loco non assecutus est mentem auctoris, latentem scilicet sub insolenti verborum constructione. Similis constructio occurrit lib. IX. cap. X. sect. 8. BOIVIN.

Pag. 553, 2. Περὶ ὧν ὕστερον πλατύτερον λέξομεν] De iis Gregoras nihil amplius dicturus est. BOIVIN.

Pag. 553, 11. Καὶ ἡ Φωκαίων πόλις] *Phocaeorum* civitas, non *Phocensium*, ut vertebat Petavius. *Phocenses* sunt populi Phocidis, quae est Aethiopiae pars: *Phocaei*, cives urbis *Phocaeae*; de quibus Horatius,

*Nulla sit hac potior sententia: Phocaeorum
Velut profugit exsecrata civitas*

Agros atque lares proprios etc. BOIVIN.

Pag. 553, 19. Καὶ οἱ Ἀκαρῶνες] Cantacuzen. lib. II. cap. 34. DUCANG.

Pag. 554, 3. Ἡ τοῦ μεγάλου δομestίκου καθέστηκε σιωπῇ] Vel natura taciturnum fuisse significat Cantacuzenum, cui ut successoris aut raptori imperii passim adulari videtur: aut, si hoc non vult, ex iis quae desunt in codice, rectius intelligeretur hic locus. WOLFIUS.

Pag. 554, 8. Ἐαρος δ' ἐπιόντος] Idem Cantacuzen. lib. II. cap. 40. DUCANG.

Pag. 554, 15. Τρεῖς ὄντες αὐτοί] Vertendum ita ut edidimus, non quemadmodum Wolfius. BOIVIN.

Pag. 555, 10. Ῥάκος Ῥωμαϊκὸν ὑπόδυσ] *Habitum indatus Romanum*, id est, *Byzantinum* seu *Graecum*. Ῥάκος proprie est *habitus monasticus*. BOIVIN.

Pag. 555, 11. Καὶ Βαβυλωνίαν] Totam Barlaami historiam describit pariter Cantacuzen. lib. II. cap. 39. 40. Gretserus ad eundem Cantacuzen. pag. 925. DUCANG.

Pag. 556, 1. Τῷ διαλόγῳ] Exstat in Codice Regio 3284. fol. 242. BOIVIN.

Pag. 556, 13. Ἡρακλίδαι καὶ Κεκροπίδαι] *Heraclidae*, inferioris Andronici factio; *Cecropidae*, senioris. BOIVIN.

Pag. 556, 13. Ἀντὶ δὲ Νικηφόρου, Νικαγόρας] Item Μητροδώρος, pro Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης. Ξενοφάνης, pro Βαβυλωνίαν. Vide Gregorae Vitam huic volumini praefixam. BOIVIN.

Pag. 556, 20. Κάντεῦθεν ὑγιέστερα τὰ Λατίνων ἐπιψηφίσανται δόγματα] Tamen Barlaamus per illud tempus scripsit pro Graecis contra Latinos. Exstant in Cod. Reg. 2950. Βαβυλωνίαν μοναστήριον

καὶ φιλοσόφου λόγου κατὰ τῶν ἕξ ὧν καὶ αὐτὸς ἔλλα τὸ γένος Ἰταλῶν etc. *Barlaami monachi et philosophi orationes adversus Italos, a quibus et ipse genus ducebat.* Eae sunt orationes viginti: quibus praefixum epigramma minime elegans, in quo lector iubetur gratias Deo maximas agere, quod Latinus contra Latinos praeclaras illas orationes scripserit. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 557, 16. Καὶ σφαλλομένης εὐχῆς] Exstant in Cod. Reg. 2404. fol. 305. v. capita aliquot περὶ προσευχῆς, variis Palamae opusculis subiuncta, addito hoc titulo, τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια περὶ προσευχῆς καὶ καρδίας καθαρότητος. Eorum unum, quod et primum in eo codice occurrit, ita habet: Ἐπειδὴ τὸ θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστὶ, καὶ ἔλεος αὐτόχρημα, καὶ ἄβυσσος χρηστότητος, μᾶλλον δὲ καὶ τῆς ἄβύσσου ταύτης περιληπτικὸν ὡσπερέχον (scilicet ὡς ὑπερέχον) παντός τε ὀνόματος ὀνομαζομένου, καὶ νοουμένου πράγματος, τῇ πρὸς αὐτὸ ἐνώσει μόνῃ τύχοι ἂν τις τοῦ ἔλλεους. ἐνοῦται δὲ τις τούτῳ τῇ κοινωνίᾳ κατὰ τὸ ἐγγυρῶν τῶν ὁμοίων ἀρετῶν, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῆς κατὰ τὴν εὐχὴν πρὸς τὸν θεὸν δεήσεώς τε καὶ ἀνέσεως. ἀλλ' ἡ μὲν ἀρετῶν κοινωνία, δι' ὁμοιότητα, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θεοῦ ἐπιτήδειον τὸν σπουδαῖον πέφυκε κατασκευάζειν, οὐ μέντοι καὶ ἐνοῦν. ἡ δὲ τῆς εὐχῆς δύναμις αὐτὴν ἱερούργει καὶ τελεσιουργεῖ τὴν τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸ θεῖον ἀνάστασιν τε καὶ ἐνωσιν, σύνδεσμος οὖσα τῶν λογικῶν πρὸς τὸν κτιστὰν κτισμάτων. ὅταν μέντοι τῶν παθῶν καὶ τῶν λογισμῶν δι' ἐμπύρου κατανύξεως ὑπερανὰβῃ τὰ τῆς εὐχῆς. τῷ γὰρ ἐμπαθεῖ νῶ ἐνωθῆναι τὸν θεόν, ἀδύνατον· ὡσθ' ὁ νοῦς, μέχρις ἂν τοιοῦτος ἢ εὐχόμενος, οὐδὲ τοῦ ἔλλεους ἔτυχε· καθόσον δὲ τῶν λογισμῶν ἀνανεῖν δύναται, κατὰ τοσοῦτον καὶ τοῦ πένθους γίνεται· ἀναλόγως δὲ τῷ πένθει, καὶ τοῦ ἔλλεους τῆς παρακλήσεως μεταλαγχάνει· κἂν τούτοις ἐγγυρῶσας μετὰ ταπεινώσεως, καὶ τὸ παθητικὸν ἅπαν μετασκευάζει τῆς ψυχῆς. Id est, interprete C. V. Cl. Capperonnerio: *Quoniam Deus ipsa per se bonitas est, et misericordia, et bonitatis abyssus; seu potius hanc abyssum comprehendit, utpote qui sit supra id omne quod nominatur et intelligitur, misericordiam consequi nemo potest, nisi quatenus cum ipso Deo unitur. Neque enim cum ipso unitur quispiam, nisi similitum, quoad eius fieri potest, virtutum particeps fiat, et laudis ac precum, quas Deo inter orandum fundimus, habeat communionem. Id tamen intercedit discriminis virtutem inter et precationem, quod virtutum communicatio, propter huiusmodi similitudinem, virum probum ad susceptionem divinitatis aptum efficiat, non vero cum ea uniat; vis autem precum hominis ad Deum subvectionem et unionem perficiat, consecret, et rationales creaturas cum creatore arctissimo vinculo devinciat: dummodo prava affectus et peccata per igneam compunctionem transcendat oratio. Nam fieri nequit, ut mens inordinatis affectibus commota cum Deo uniat. Sicque quamdiu mens orat hoc modo affecta, nondum est*

misericordiam consecuta: sed quantum e peccatis emergere potest, tantum etiam progreditur ad luctum, et pro sui luctus modo misericordiae consolationem obtinet; ita ut si hoc in statu fuerit humiliter immorata, omnes animae affectus commutet. Caetera, quae proxime subsequuntur, eiusdem argumenti *πεφάλαια* omitto. Aestimet lector *ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕψωμα.* BOIVIN.

Pag. 557, 22. *Ἦκεν ἡ προθεσμία*] Iunii dies XI. ut mox ostendemus. BOIVIN.

Pag. 559, 9. *Ἐσπέρας γε μὴν ἰούσης, τὸ θέατρον διελύετο. καὶ ὁ μὲν Βαρλαάμ etc.*] *Caeterum sub vesperam spectaculum illud absolutum est. Ac Barlaamus quidem etc.* Ita vertendum; non, ut vertebat Wolfius: *Caeterum sub vesperam spectaculo illo absoluto, Barlaamus ignominiam illam gravissime ferens, plenis velis in Italiam abiit;* quorum verborum hic videtur esse sensus, *Barlaamum ea ipsa die, qua Concilium habitum sit, plenis velis in Italiam abiisse*, id quod ut absurdum ita etiam falsum est. Constat quippe Barlaamum ex eo aliquamdiu Byzantii substitisse, nec in patriam reversum esse, nisi post obitum Andronici iunioris. Vide Cantacuz. lib. II. cap. XL. pag. 336. BOIVIN.

Pag. 559, 16. *Ἐλαθε τῇ ὕστεραία*] Postridie scilicet eius diei, quo Concilium habitum fuerat. Itaque Concilium habitum est die Iunii XI. Nam obiit imperator die Iunii XV. cum dies quatuor continuos aeger decubisset, ut statim ostendetur. BOIVIN.

Pag. 560, 1. *Ἐπὶ τρίτην ἔγγυς πον ἡμέραν*] Imperator duobus diebus gravi sopore oppressus, tertio excitatus est: tum idem paulo post in soporem relapsus, ad tertium fere diem iacuit. Itaque dies saltem quatuor continuos decubuit. Cantacuzenus quatri-duo iacuisse eum in lecto significat. At Pontanus, Cantacuzeni interpres, ex quatuor diebus septem effecit. Nam cum a Cantacuzeno *ὕστεραία, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη* positae forent, atque eae quidem suis quaeque symptomatis distinctae; ipse eam quae Graece *δευτέρα* easset, *tertiam* vocavit; quae *τρίτη, tertiam a tertia*, id est *sextam* posuit: denique (in fine capituli) eam diem, quae a Cantacuzeno *τετάρτη* diceretur, non *quartam* interpretatus est, sed *Mercurii diem*; nec advertit, diem Iunii XV. anno Mundi VI. MDCCCXLIX. Christi MCCCXLI. non incidisse in feriam quartam, quae est *Mercurii dies*, sed in feriam sextam, quae est *Veneris*. BOIVIN.

Pag. 560, 3. *Κατὰ τὸ ζῶμαθ*] Christi 1341. DUCANG.

Pag. 560, 5. *Τὰ τῆς αὐτοκρατορίας ἔτη*] Haec, quae cancellis inclusa sunt, cum Wolfius non invenisset in suo Codice, annos imperii viginti assignavit Andronico iuniori. Atque hinc factum puto, ut in ipsa huiusce Historiae inscriptione idem Wolfius summam annorum ampliaverit, numeraveritque annos CXLV. pro CXXXVII. ut supra annotavimus ad titulum libri primi. BOIVIN.

Pag. 560, 6. *Ἐτη δνοκαίδεκα ἦν*] Immo anni *tredecim*, et *dies viginti duo*. Nam Andronicus iunior Urbis potitus est anno

Mundi VI. MDCCCXXXVI. Christi MCCCXXVIII. ea nocte quae intercessit inter Maii diem XXIII. et XXIV. ut dictum supra lib. IX. cap. VI. et VII. Obiit autem anno Mundi VI. MDCCCXLIX. Christi MCCCXLI. Iunii die XV. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 560, 8. Τῇ δὲ τρίτῃ τοῦ πένθους] Tertio post novendialia die. Vide supra notata ad lib. X. cap. 1. DUCANO.

Pag. 563, 4. Ἡμᾶς ἀποθύσασθαι] Haud scio an desit aliquid, de splendore vestium. Sed si nihil deest, mutationem certe vestitus significat τὸ ἀποθύσασθαι, quasi esset μετενθύσασθαι. WOLFIIUS.

Pag. 564, 9. Οἱ τῆς ἐκκλησίας ἱεροὶ προστάται] Haec verba ex Gregorae naenia affert Cantacuzen. lib. IV. cap. 24. atque ex iis malam fidem Gregorae carpit. DUCANO.

Pag. 565, 13. Ἠδὺς καὶ χαρτεῖς τὸ εἶδος] Cantacuz. lib. II. cap. 21. extr. de Andronico iun. πᾶσι γὰρ οὐκ ἐπέραστος μόνον, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἄξια ὄψις ἦν. DUCANO.

Pag. 566, 4. Ἐτρεφε γὰρ κύνας] Cantacuzen. lib. I. cap. 5. DUCANO.

Pag. 567, 1. Ὡς αἶ τοῦ ἐπιπέδου] Vide Gloss. med. Graecit. in v. πρόκνυσις. DUCANO.

Pag. 567, 19. Πυραμίδος] Vide idem Gloss. in hac voce. DUCANO.

Pag. 568, 12. Μεγίστων καὶ περιφανῶν οἰκῶν] Aedium quae aedi Sophianae adiunctae erant, sacerdotibus et clericis addictae. DUCANO.

Pag. 568, 17. Φθορὰ καὶ κατάλυσις κατορχήσατο] Post haec verba, quibus clauditur liber undecimus, eadem manu in Codice Regio 2558. scriptum legitur: Ἐν ἔτει 579ῃ μηνὶ δεκεμβρίῳ, δ', ἦλθεν ὁ βασιλεὺς κύρος Ἰωάννης ὁ υἱὸς κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰρηνικῶς, προγεγονότων ὄρκων μετὰ συμφωνιῶν. τῇ δεκάτῃ δὲ τοῦ αὐτοῦ δεκεμβρίου, ἐξῆλθεν ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασιλεὺς κύριος Μανουήλ, ἀναβὰς εἰς τὰ κάτεργα τῶν Βενετικῶν, καὶ ἀπεδήμησεν εἰς τὴν Φραγγίαν, ἔνεκεν βοηθείας τῆς εἰρημένης Κωνσταντινουπόλεως. Quae sequuntur, alia manu scripta sunt. Ἐν ἔτει 579ῃ. Ἰνδικτ. η'. μαρτίου κθ'. ἡμέρᾳ παρασκευῇ μεγάλῃ, ἦλθεν ὁ μακαρίτης βασιλεὺς κύριος Μανουήλ ἐν τῷ λιμένι τῶν Κερχεῶν (Κερχεῶν), καὶ τῇ η' ἀπριλίου ἤρξατο ἀνακαθαίρειν καὶ ἀνοικοδομεῖν τὸ ἑξαμύλιον, ὅπερ ἔστι τὸ μύλιον οὐργυιῆς (pro οὐργυιαῖς) γῶ. ἀνέστησε δὲ πυργους ἐπ' αὐτῷ ῥογ'. εὐρέθησαν καὶ γράμματα ἐν μαρμαρῶ λαβέντα, κατὰ τὸ μέρος τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι, λέγοντα οὕτως· ΦΩΣ ΕΚ ΦΩΤΟΣ, ΘΕΟΣ ΑΛΗΘΙΝΟΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΑΛΗΘΙΝΟΥ, ΦΥΛΑΞΗ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΙΣΤΟΝ ΑΥΤΟΥ ΔΟΥΛΟΝ ΒΙΚΤΟΡΙΝΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΤΕ ΕΝ ΤΗ ΕΛΛΑΔΙ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΑΣ, ΤΟΤΕ ΕΚ ΘΕΟΥ ΖΩΝΤΑΣ. Ἐν ἔτει 579ῃβ. Ἰνδικτ. ζ'. δεκεμβ. κ'. ἦλθεν ὁ μακαρίτης δεσπότης κύριος Κων-

σταντῖνος εἰς τὸν Μιξηθράν, καὶ ἰδιέβη εἰς τὴν πόλιν ὃ ἀδεί-
φὸς αὐτοῦ ὁ μακαρίτης δεσπότης κύριος Θεόδωρος· καὶ μετὰ ταῦτα
ἀπῆλθεν ὁ αὐτὸς δεσπότης κύριος Κωνσταντῖνος ἐν τῇ Κωνσταντι-
νουπόλει γεγωνῶς βασιλεὺς ἐν τῷ 579ῳ ἔτει. ΒΟΥΝΙΣ.

Pag. 571, 1. Πρὸ ἑτῶν ἑγγύς που ἑκατὸν καὶ πενήκοντα] Libri undecim priores historiam continent annorum CXXXVII. Vide quae annotavimus ad titulum libri primi. ΒΟΥΝΙΣ.

Pag. 572, 18. Ἡλικιώταις ἰδίᾳ γέγονεν εἶναι] Legendum for-
tasse, ἡλικιώταις διαγέγονεν εἶναι. Sic lib. XIII. cap. XII. sect.
8. διαγέγονε κεχοῆσθαι. ΒΟΥΝΙΣ.

Pag. 576, 18. Παρὰ τὴν τῶν Ὀδηγῶν μονὴν] Usi Augusta
triduo mansit post coniugis obitum, in Palatium regressa. Canta-
cuz. lib. III. cap. 1. Istius aedis mentio in priore Historia non
semel occurrit, de qua pluribus egimus in Constantinop. Christ.
lib. IV. sect. II. n. 24. DUCANG.



Pag. 576, 21. Ἐννατον τῆς ἡλικίας] Natus quippe Ioannes
Didymotichi XVIII. Iunii, anno Chr. 1332. uti notat Gregoras lib.
X. cap. 3. Vide Cantacuzen. lib. III. cap. 2. DUCANG. Ἐννατον τῆς
ἡλικίας ἔτος ἀμείβοντα] Verti, qui tum nonum aetatis annum explebat.
Malim nunc, excedeabat. Nam et ea est vis verbi ἀμείβειν, et huic inter-
pretationi favet id, quod de Ioanne legitur infra lib. XV. cap. XI. sect.
8. ubi dicitur uxorem duxisse Helenam sexdecim annos natus. ΒΟΥΝΙΣ.

Pag. 576, 22. Μιχαήλ] Vide Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 577, 5. Ἀλεξίῳ δὲ τῷ Ἀποκαύῳ] Exstat in Bibliotheca
Regia Codex ingens chartaceus Graecus, quo continentur Opera
Hippocratis fere universa. Eius libri initio imagines duae in mem-
branis pictae occurrunt. I. Hippocrates in hemicyclo sedens,
dextra calamum, laeva librum tenet resignatum. II. Magnus Dux
Apocaucus in cathedra sedet: quem pone stat puer, librum in plu-
teo apertum manu sinistra apprehensum tenens, et legenti similis.
Ad utramque imaginem accessere Hippocratis et Apocauci laudes
mutuae, senariis Iambicis comprehensae, eaeque in marginibus ta-
bellarum exaratae. Figuram Apocauci, viri post Cantacuzenum
in hac Byzantinae Historiae parte celebratissimi, aeri incidi cura-
vimus, his scilicet notis inserendam. Quoniam autem Apocauco
proximus in Codice Regio assidet et eum prior compellat Hippocra-
tes, ideo huius quoque imaginem, Chalcographi manu delineatam,
in lucem edimus. Iambos ipsos aeri insculpi non necesse esse du-
ximus, quos typis exprimi facilius foret. Ex iis porro Iambis ap-
paret Apocaucum, quantumvis publicis negotiis districtum, stu-
disse Medicinae; immo et eiusce artis peritissimum fuisse. Ita
quippe Hippocrates pictum in adversa pagina Apocaucum alloquitur:

Ἰατρικῆς μὲν τῆς κρατίστης ἐν τέχναις
Δεινός τις εἶλε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἔρωσ,
Ἐκ παιδὸς εὐθύς ἐντακεῖς εὐμηχάνως,
Καὶ προσπαθῶς ἔχουσαν ἔλκων τὴν φύσιν

cat. p. 1256. Vesp. 87





Πρὸς συμπαθῆ παιδευσιν ὀλίαις ἐμφύτοις.
 Καὶ δὴ συνάψας καὶ πυκνοὺς ταύτη πόνους,
 Ἐπερφυοὺς ἔδοξα τυγχάνειν κλέους,
 Καινόν τι θαῦμα χρηματίζων τῷ βίῳ.
 Σοφῶς δὲ πᾶσιν ἐκκαλύψας τὴν τέχνην,
 Ἰπποκράτεις ἔδειξα συκνοὺς τῷ χρόνῳ,
 Δεινὰς ὅτι μάλιστα πρὸς ταύτην φύσεις·
 Νόει Γαληνὸν, Ἄετιον, τοὺς πάνυ,
 Τὴν Ἀρεταίον καὶ σοφοῦ Παύλου χάριν·
 Μεθ' ὧν Ὀριβάσιος ἡ κλεικὴ φύσις·
 Ἄλλοι τε συκνοὶ σύνδρομοι τὴν ἀξίαν,
 Ὡν λαμπρὸν ἐμπέφηνα τῷ βίῳ κλέος.
 Ἄλλὰ παραιρεῖται τι τῆς εὐδοξίας
 Τὸ τῶν πόνων ἄπληστον, οἷς ὁ πᾶς βίος
 Ἄληκτον ἦν σπουδάσασμα πρὸς τοῦτο βλέπον.
 Σὺ δὲ στρατηγὴ τῶν ἀρίστων Ἀύσονων,
 Κοινὴ στρατάρχα τῶν διπλῶν στρατευμάτων,
 Ὁ γῆν τε καὶ θάλατταν ἀσχέτως τρέχων,
 Διεξαγωγεὺ τῶν κατ' ἀστούς πραγματῶν,
 Ἐπήβολος φρεῖν τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
 Ὁ τῆς δίκης πρύτανις εὐστάθμοις μέτροις,
 Ἡ πρὸς λόγους ἄπληστος ἐξόχως φύσις,
 Ὁ τεχνικὸς νοῦς πρὸς κτίσεις εὐμηχάνους,
 Πῶς εἰς τοσαῦτα κερματίζων τὰς φρένας,
 Ὡν εἰς ἕκαστον ἀρκέσαι τις ἂν μόλις,
 Καὶ λαμπρὸς οὕτω τοῖς πᾶσιν δεδειγμένος,
 Ἐπειτα βλέψας πρὸς μακρὰν οὕτω τέχνην,
 Πρὸς ἣν βραχὺς πᾶς ἐστὶν ἀνθρώπου βίος,
 Οὕτως ἀνείλου θάττον αὐτὴν ἢ λόγος;
 Καὶ πᾶσαν ἐξέπληξας ἐν τούτῳ φύσιν,
 Ὡστε χρόνον τε καὶ λόγους καὶ τὴν φύσιν,
 Σπουδῆν τε πᾶσαν τὴν ἐμὴν οὐ μετρίαν,
 Ὀδοῦ πάρεργον, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου,
 Καὶ παιδιὰν ἤλεγξας ὄντα σοῦ σθένους.
 Ὅντως ξένην ἄριστε πλουτήσας φύσιν,
 Ἐένως ἐχρήσω πᾶσι τοῖς κοινοῖς τρόποις·
 Καὶ σφόδρα θαυμάζειν με φιλῶν τοῖς λόγοις,
 Ἐδειξας ἔργοις ὡς βραχὺς τίς μου λόγος.
 Τὰς ψυχικὰς γὰρ οὐ νοσήσας δυνάμεις
 Ἐκ τῆς ἐνύλου συμφυοῦς διαρτίας,
 Εὐδῶστος οὕτω ταῖς ἐνεργεῖαις ἔφους,
 Τοὺς γνωστικὸς εἰς ἄκρον εὐεκτῶν τόνους.
 Ἄλλ' εὐχαρίστως οἷς φιλεῖς ἡμᾶς ἔχων,
 Ὁ πάντα χρηστός, ἡ τρισολβία φύσις,
 Χάριν θεῶν σὺ τῶν καλῶν εἰδὼς ἔχει,
 Παρ' οὐ καλὸν πέφυκεν ἀνθρώποις ἅπαν.

Ita quidem Hippocrates; quem sic contra Apocaucus:

Ἐγὼ σοφῶν κράτιστε τῶν ὑμνουμένων,
 Ἄει διαφθρῶν τοῖς λογισμοῖς τήν*)
 Καὶ τήν καθ' ἡμᾶς ἔξερευ**)
 Ἐξ ἧς μαθεῖν πάρεστιν ἐνθέους λόγους,
 Πολλοῖς μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν σοφῶν λόγοις,
 Σοφῶς ἀναπτύσσουσι τήν***).
 Παρ' ὧν ἀφορμὰς δαφιλεῖς ἦν λαμβάνειν,
 Πρὸς θαῦμα τοῦ κτίσαντος ἀβήτοις τρόποις.
 Ἐπεὶ δὲ τῶν σῶν εὐκλεῶν σπουδασμάτων
 Πολὺς τις ἔρῃει θαύματος γέμων λόγος,
 Ὡς τῆς ἐν ἡμῖν τοῦ θεοῦ τεχνουργίας
 Τοὺς μυστικoὺς τρανοῦντος ἐμφύτους λόγους,
 Πολὺν μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν τούτοις πόθον,
 Δαμπραῖς ἐπ' αὐτοῖς ἐντροφῶν καὶς ἐλίσι.

Tum idem interiectis aliquot versibus,

Ἐπεὶ δὲ καὶ νένευκα λοιπὸν πρὸς πόρους,
 Ὀρημένος τάχιστα πληροῦν τὸν πόθον,
 Καὶ δὴ προσέσχον ἐμμελῶς τοῖς βιβλίοις,
 Καὶ τήν ὄλην δέδωκα τῇ τέχνῃ σχεῖν.
 Ἄλλὰ τὸ λοιπὸν τίς παραστήσει λόγος;

Reliqua omitto, quae et nimis multa sunt, et ad institutum minus pertinent. Porro Apocaucum legendis Medicorum scriptis deditam fuisse, discimus etiam ex Actuario, qui suos de Methodo medendi libros ei, ad Hyperboreos Scythas legato eunti, nuncupavit. Vide Lambecium de Bibliotheca Caesar. lib. VI. pag. 113. βοινιν.

Pag. 577, 6. Καὶ τήν προσήκουσαν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν] Id ipsum tradit Cantac. lib. I. cap. I. DUCANG.

Pag. 577, 7. Φονεύσας τὸν βασιλέα] Cantacuz. lib. III. cap. 13. DUCANG.

Pag. 577, 9. Ἡ τῷ θείῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνῳ] Filio secundo genito Andronici senioris imp. de quo in Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 577, 10. Ἡ Συργιάννη] Cuius ille studiosissimus erat. DUCANG.

Pag. 578, 6. Καντακουζηνὸν, συναθῶν τὰ ἰερῶν] Idem narrat Cantacuz. lib. II. cap. 40. pag. 337. DUCANG.

Pag. 578, 7. Ἀνάγκην πολλὰκις ἐπενεγκόντος τοῦ βασιλέως] Cantacuz. Hist. lib. II. cap. IX. et XIV. βοινιν.

Pag. 578, 23. Τὰς ἐννέα πενθήμερους ἡμέρας] Cantacuzen. μετὰ δὲ τὴν ἐννάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τεταλευτηκόσι συνήθως γενομένων ἡ-

*) κτίειν, opinor. βοινιν.

**) Fort. ἐξερευνῶν σέθενται. βοινιν.

***) Fort. ἡμῶν φύσει. βοινιν.

σμων: quibus quidem novem diebus ex coniugibus superstes domi se continebat, ut est apud Codinum de Offic. cap. 21. n. 4. Vide Gloss. med. Graecit. in *Ἐννατα*. DUCANG.

Pag. 579, 3. *Ὁ πατριάρχης*] Cantacuzenus. lib. III. cap. 2. ut patriarcha rerum administrationem ambiverit multis enarrat. DUCANO.

Pag. 579, 24. *Ἐμοὶ δ' οὐ τοιούτων*] Conferendus ipse Cantacuzenus lib. III. cap. 4. 5. 6. DUCANG.

Pag. 581, 2. *Τῶν περὶ βασιλείας προτιθ.*] Lib. VIII. c. III. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 581, 9. *Φυγὰς ἐς τὴν Θράκην κ. τ. λ.*] Lib. VIII. cap. VI. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 581, 22. *Κατὰ τὴν ἑπταετῆ περιόδον ἐκείνην*] *Bellum scilicet avi et nepotis*. Vide quae annotavimus supra ad pag. 262. B. BOIVIN.

Pag. 583, 17. *Τὸν δρόμον τετέλεκα κ. τ. λ.*] Paulus ad Timoth. Ep. II. cap. 4. v. 7. BOIVIN.

Pag. 584, 3. *Ἀπόκανος*] Quem *Ἀπόκανον* cum χ vocat Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 585, 5. *Ἐξ ἀσήμου γένους*] Infra cap. 9. *εἰς γὰρ ὕψος ἐξ ἀσήμου τύχης ἀρθεῖς etc.* lib. XIII. cap. 8. *ἐξ ἀλῶν εἰς τὸ στρατήγιον παρεληλυθώς*. Cantacuz. lib. I. cap. 4. *ἄνδρα γένους μὲν ἀφανοῦς ὄντα, καὶ ταῖς τῶν δημοσίων πράξεσιν ἡσυχολημένον. τὴν δημοσίαν γὰρ ἀλῶν τότε τὴν διάθεσιν ἐποιεῖτο*. cap. 23. *τὸν δὲ Ἀπόκανον, ἄσημον μὲν ὄντα, καὶ ἐξ ἀσήμων, καὶ οὐπω χθὲς καὶ πρῶην τοῖς τῶν δημοσίων φόρων πράκταις ὑπογραμματούοντα*. Idem lib. III. cap. 14. *οὗτος . . . ἐκ Βιθυνίας ὠρμημένος, καὶ ἄσημος ἐκ φανύλων φύς, τὰ πρῶτα μὲν ὑπεγραμμάτευσε πολλοῖς τῶν τὰ δημοσία χρήματα εἰσπραττόντων ὀλίγου ἕνεκα μισθοῦ*. Adde cap. 44. DUCANG.

Pag. 585, 13. *Τῶν Ἐπιβατῶν φρούριον*] Castellum munitissimum, haud procul a Selybria. Cantacuz. lib. I. cap. 24. lib. III. cap. 10. lib. IV. cap. 47. Gregoras ipse infra cap. 9. DUCANO.

Pag. 585, 20. *Τῆς νήσου Πριγκίπου*] Vide Gloss. med. Graecit. in *Πριγκίψ*. DUCANO.

Pag. 586, 7. *Καὶ εἴ τινές που τῶν ἐν τέλει*] *Verti, et si qui ex ducibus*. Malim, *ex proceribus, vel ex magistratibus*. BOIVIN.

Pag. 586, 20. *Αἰψά τοι αἶμα καλαινὸν κ. τ. λ.*] Homer. Iliad. I, 303. BOIVIN.

Pag. 590, 14. *Εἰ μὴ γὰρ ταῖς τῶν ἱμῶν διοικτῶν καινοφωνίας*] Gregoras hunc librum, et quinque deinceps continuos, saeviente in Acindynianos persecutione scripsit, nondum tamen domo inclusus; immo, ut opinor, ante habitam Synodum Palamiticam. Decimum octavum et novem sequentes testatur ipse scripsisse se habita iam Synodo, domi manere iussum et ab monachis custodibus obsessum. Vigesimalium octavum, et reliquos usque ad tri-

gesimum octavum, recepta iam libertate, variis temporibus videtur condidisse. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 591, 11. *Περσῶν*] Xenoph. lib. I. de Cyri inst. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 591, 25. *Τῶν ἔξω σοφῶν*] Cantacuz. lib. III. cap. 5. **ΔΟΥΑΝΓ.**

Pag. 596, 4. *Καὶ Πελοποννησίων Λατίνων*] Quibus tum praeerat. **ΔΟΥΑΝΓ.**

Pag. 596, 13. *Μετὰ μέντοι τὰς τοῦ Ἀρκτούρου ἐπιτολὰς*] Anno Christi MCCCXLI. quo anno oriebatur Arcturus die XXVI. vel XXVII. mensis Augusti. Vide Michaëlis Angeli Blondi tabulas annuas. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 596, 16. *Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μυσῶν βασιλέως*] Is Sismanum Michaëlis decessoris filium, qui post patris caedem Constantinopolin se receperat, sibi in manus tradi tum contendebat, ac renuenti Augustae bellum minabatur. Cantacuzen. lib. III. cap. 7. **ΔΟΥΑΝΓ.**

Pag. 597, 4. *Ἀμούρ*] Cantacuzen. d. cap. *Ἀμούρ δ τοῦ Αἰτίνῃ, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνατάτατος.* Agit de hoc Satrapa Turcico alibi non semel Laonicus lib. I. pag. 7. 12. Edit. Reg. *Ὁμούρ* appellat. Vide Leunclav. in Pandecte Turcico n. 13. Alterius Turcici pariter Satrapae eiusdem nominis meminit Pachymeres lib. X. cap. 25. sub Andronico seniore. **ΔΟΥΑΝΓ.**

Pag. 597, 5. *Ἀνωτέρω*] Lib. VII. cap. I. sect. 1. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 597, 12. *Λυδίας γὰρ καὶ Ἰωνίας οὗτος ὦν ἡγεμῶν*] Illis temporibus Sarchanem Lydiae praefuisse tradit Cantacuzenus Hist. lib. III. cap. IX. Eundem lib. II. cap. XIII. Ioniae Satrapam facit. Itaque Amurius divisum cum Sarchane earum provinciarum imperium habuit. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 599, 13. *Ἀπέδρα κ. τ. λ.*] De ea re fusius infra cap. 9. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 600, 6. *Ὁμώμοκον ὄρκον*] Cuiusmodi fuerit istud patriarchae sacramentum, pluribus docet idem Cantacuzen. cap. VI. extremo, ubi de utriusque reconciliatione. **ΔΟΥΑΝΓ.**

Pag. 600, 10. *Τὴν ταχίστην αὐθις ἔξῃς*] Septemb. die 28. cf. Cantac. lib. III. cap. 16. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 601, 7. *Μεθ' ἡλίον περιμένον*] Legendum μήθ' ἡλίον etc. Quanquam ne sic quidem satis liquet, quaenam sit mens auctoris. Puto ἡλίον hoc loco esse *ipsum tempus*, cuius beneficio discimus quaenam consilia optima sint. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 602, 6. *Ἀποκάυκος γὰρ ἐκείνος*] Ut Apocaucus, dum capere imperatorem adolescentem et regnare meditatur, deprobenus in arcem suam Epibatensem fugerit, narrat idem Cantacuzen. cap. 10. **ΔΟΥΑΝΓ.**

Pag. 603, 15. *Ἐπὶ δυσὶν ἐμακάριζε τούτοις*] An intelligit duas partes consilii ab imperatore dati, ut arcem everteret, et Apocaucum in custodiam daret? **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 765, 16. Ἐξ Χιον τὴν νῆσον] Ut Chius et utraque Phocaea in Genuensium potestatem venerint, narrat etiam Cantacuzen. lib. III. cap. 95. lib. IV. cap. 11. 12. Bizarus lib. VI. p. 130. sub an. 1346. DUCANG.

Pag. 766, 11. Ὁ Φακεωλάτος] Id ipsum refert Cantacuzen. lib. III. cap. 95. DUCANG.

Pag. 767, 5. Ἦν δ' ὅμως περιδεὴς ὁ Φακεωλάτος] Quippe proposuerant Genuenses Galataei praemium ac impunitatem ei qui illum morti traderet. Cantacuzen. loco laudato. DUCANG.

Pag. 767, 12. Τῆς ὀργῆς ἐκείνης] Causam, cur Anna impe-

atrix a patriarcha alienata sit, pluribus exponit Cantacuz. lib. III. cap. 98. ΔΥΚΑΝΟ.

Pag. 768, 3. Διὰ τὴν τοῦ τόμου κατάλυσιν] De quo quidem Tomo, et Synodo Constantinopolitana, et controversia inter Barlaamum et Gregorium Palamam, fuse egit Cantacuzen. lib. II. cap. 39. 40. ubi consulendus Gretserus. ΔΥΚΑΝΟ.

Pag. 768, 4. Ἐπεὶ δ' ἔτυχεν δέσμιον ἐκ πολλοῦ κατέγουσα τὸν Παλαμᾶν] Exstant in Codice Regio 2409. cum alia multa Palamae scripta theologica, tum epistolae aliquot apologeticae, in quibus Palamas hanc vitae suae partem fuse enarrat. Inde nos, quae ad Chronologiam pertinebant, selecta quaedam excerptimus. Sunt autem haec. Palamas coepit suspectus esse circa initia belli civilis A. C. MCCCXLIII. Cod. Reg. fol. 296. v. Περὶ που τὰ μέσα τῶν πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους νησιμῶν ἡμερῶν, id est, *circiter mediam Quadragesimam*, patriarcha Palamae significat, suspectum eum sibi et Augustae esse, petitque ab eo, ut secum ad hanc veniat, delendae eius suspicionis causa, fol. 295. v. lin. ult. In Dominica Palmarum appellit Byzantium ὁ Πρῶτος, id est, *Primus* monasteriorum montis Atho moderator, fol. 296. v. lin. 3. Exacta Dominicae Passionis hebdomade, ac sequenti ineunte, Palamas patriarcham invisit et Augustam, ibid. lin. 6. Statim post Dominicam τῶν ἁγίων πατέρων, intra octavam Ascensionis, confert se in monasterium e regione Byzantii situm, ibid. infima pag. Inde, verno tempore, in aliam domum a tumultu nautico remotam transit, fol. 297. lin. 3. Paucis diebus interiectis quaesitus a quodam ecclesiae ministro, nec inventus, in Urbem redit, ibid. lin. 4. Ineunte autumno Heracleam secedit, et ibi per quatuor menses commoratur, fol. 285. lin. 6. fol. 284. v. in inf. pag. fol. 299. v. in fine pag. Inde A. C. MCCCXLIII. reversus, in aedibus S. Sophiae commoratur per integrum duorum mensium spatium, fol. 284. v. med. pag. Comprehenditur et in custodiam datur ἕαρος μεσοῦντος, hoc est, circa initium mensis Maii, fol. 285. lin. 7. Ignatius, patriarcha Antiochenus, Byzantium venit anno post Andronici iunioris mortem tertio completo, A. C. MCCCXLIV. fol. 283. v. lin. 20. Palamas, ad monachos montis Atho scribens A. C. MCCCXLVI., ait se περιεκλεισμένον ἀκρίτως ἐπὶ δυσὶν ἐνιαυτοῖς ἤδη, id est, annum iam alterum elapsum esse, ex quo inclusus teneatur, fol. 299. infra med. pag. Nondum eo tempore coacta erat in eum Synodus. Ibid. Ignatius, patriarcha Antiochenus, Byzantio excedit, literis ad patriarcham Constantinopolitanum contra Palamam scriptis, fol. 282. v. lin. 1. Haec Regius ille Codex. Aliquanto post Palamas carcere emissus, anno ipso (ut opinor) MCCCXLVI. Tamen Cantacuzenus lib. III. cap. ult. pag. 699. scribit, Palamam adhuc in carcere fuisse eo tempore quo ipse Urbem cepit; atque eum, cum Andronico Asane eductum e custodia, venisse ad se ait Annae Augustae missu legatum. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 768, 11. Τὴν γνώμην περιφανῶς μετήνεγκε . . . τὴν τε περὶ τὰ δόγμα. γνώμην ἐκείνου κυρούσα etc.] Huc pertinet Palamae ad Augustam epistola, quae exstat in Codice Regio 2409. supra laudato, fol. 53. Ea est eiusmodi.

Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης ἐπιστολῇ
πρὸς τὴν θεοστεφῆ βασιλίδα, κυρὰν Ἄνναν
τὴν Παλαιολογίαν.

Οὐδὲν οὕτως ἀναγκαιότατον οὐδὲ λυσιτελέστατον τε ἄμα καὶ πρεπωδέστατον τοῖς τοῦ Χριστιανύμου γένους κατ' εὐδοκίαν ἐκ Θεοῦ βασιλεύουσιν, ὥς τὸ χρῆσθαι τῇ δυνάμει τῆς ἐκ Θεοῦ βασιλείας, ὑπὲρ τῆς αἰδίου τοῦ Θεοῦ βασιλείας, ἢ παρὰ τῶν τῶν αὐθις ἀντικειμένων ἡμῖν εἰς κτίσμα φρενοβλαβῶς κατασπάται. καὶ τοῦτο συνεῖς εἶπερ τις ὁ πολὺς ἐκεῖνος καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος ἡμῶν βασιλεὺς, ἔδειξεν ἔργῳ τὴν βασιλείαν ἐκ Θεοῦ δεδεδυμένος, ἅτε ξῆλον ἔνθεον ὑπὲρ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἀνηρημένος, καὶ κατασπάσας εἰς τέλος τοὺς τὸ ὕψος ἐκείνης ταπεινοῦν ἤρημένους. τοῦτο καὶ ἡ κρατίστη σὴ βασιλεία, δέσποινα ἡμῶν ἁγία, δι' ἣν ἦδη πράττεις, ἑναργῶς διατελεῖς παριστώσα· καὶ εἶη σοὶ τὴν πρᾶξιν εἰς τέλος ἀγαγεῖν, καὶ τοὺς τῇ εὐσεβείᾳ πάλιν, ὥς ἐκείνου μηκέθ' ἡμῖν ὄντος, ἀναιδῶς ἀντιστάνας, εἰς τέλος καθελεῖν, ἐν ἐκείνῳ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς πᾶσιν, οὕτω καὶ τὸν ὑπὲρ Θεοῦ ξῆλον ἰσοστάσιος εἶης. ἐπεὶ δὲ τῷ Θεοκινήτῳ ξῆλῳ τὴν βασιλικωτάτην ἐν ἀρεταῖς συγκεκραμένην ἔχουσα φρόνησιν, ζητεῖς καλῶς ποιούσα μαθεῖν ὥς ἐν ἐπιτομῇ καὶ κατὰ τὸ ἐγγωροῦν σαφῶς, τὰ παρ' ἡμῶν καὶ τὴν ἀντιθέτων ἡμῶν καὶ φρονοῦμενα καὶ λεγόμενα περὶ τοῦ Θειοτάτου φωτός, οὕτω ταῦτ' ἔχει. Καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ οἱ ἅγιοι ἔστιν οὗ Θεότητα ὀνομάζουσι, καὶ τὸ φῶς καθ' ὃ λάμψας ἀπόρρητως ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τοῦ Θαβωρίου ὄρους περιήστραψε τοὺς συναναβάντας μαθητάς, Θεότητα ὀνομάζουσιν. ὥς οὖν ἡμῶν ἄκτιστον εἶναι φρονοῦντων μετὰ τῆς ὑπὲρ πᾶσαν ἔκφανσιν οὐσίας, καὶ τὴν τοῖς ἀξίους ἐπιφαινώμενην ταυτήν Ἐλλαμψιν, δύο Θεότητας ἀκτίστους πρεσβεύειν, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ὁ Ἀκίνδυνος κατηγορεῖ, καθάπερ καὶ ὁ Βαβλαάμ. αὐτὸς δὲ μόνην ἄκτιστον εἶναι λέγει Θεότητα, καθάπερ καὶ πρότερον ἐκεῖνος, τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ· τὴν δὲ θείαν ἐκείνην Ἐλλαμψιν, κτιστήν. ἐπεὶ δὲ κτιστὴν εἶναι λέγει τὴν θείαν Ἐλλαμψιν ἐκείνην, καὶ ὑφειμένην εἶναι λέγει πάντως. οὐκ οὖν δύο λέγει καὶ αὐτὸς Θεότητας, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην. φανερὸν οὖν ὡς πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων, τὴν ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ἡμῶν κατηγορεῖ Θεότητα. τοῦτο δὲ λέγειν ἀληθῶς δι' ὃ ἡμῶν κατηγορεῖ, ὅτι τὸ θεῖον καὶ ἀπόρρητον ἄκτιστον φῶς, ὃ κτιστὸν εἶναι φησὶν αὐτὸς, ἄκτιστον εἶναι πρεσβεύομεν ἡμεῖς, καθάπερ οἱ τε Θεοφόροι πατέρες καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ κατὰ τοῦτο λέγει

φας, καὶ βασιλειαν τοῦ Θεοῦ τοῦτο καλέσας, ἐδίδαξαν ἡμᾶς. οὐ γὰρ ἔστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ δούλη καὶ κτιστή, μόνη γὰρ αὕτη παντὸς μᾶλλον ἀβασιλευτος καὶ ἀήττητος, καὶ χρόνου παντὸς καὶ αἰῶνος ἐπέκεινα. οὕτως οὖν ἡμεῖς ἕνα κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν μιᾷ Θεότητι σέβομεν Θεόν, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν μόνην ἄκτιστον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ περὶ τὴν οὐσίαν θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα, τὴν δύναμιν, τὴν θέλησιν, τὴν ἀγαθότητα, τὸ φῶς, τὴν ζωὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ ὡς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης τῶν τριῶν προσώπων καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ἐλλάμψεως, καὶ ἀπλῶς πύσης δυνάμεως καὶ ἐνεργείας Θείας. ὁ δὲ Ἀκίνδυνος ἀθέσμως εἰς κτιστὰ καὶ ἄκτιστα τὸν ἕνα Θεὸν διχοτομεῖ, καὶ εἰς δύο Θεότητες ἐκφύλους, καὶ ὄντως ὑπερκειμένην τε καὶ ὑφειμένην, τὴν μίαν κατατέμνει Θεότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὑπερκειμένην λέγων, ὡς μόνην κατ' αὐτὸν ἄκτιστον Θεότητα· τὸ δὲ φῶς ἐκείνο, ὑφειμένην ὡς κτιστὴν Θεότητα. ποιεῖ δὲ κτιστὴν ἐντεῦθεν καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. οὐ γὰρ ἡ Ἰλαμψις κτιστή, ἄκτιστον αὐτὸ οὐκ ἔστι. τὸ δὲ πλήθος τῶν ἄλλων πονηρῶν αἰρέσεων, αἷς ἐντεῦθεν περιπίπτει, ἡ τοῦ νῦν γραμματος συντομία οὐ χωρεῖ. καθάπερ δὲ ὁ Σαβέλλιος, ἐν τῷ μὴ διαφέρειν λέγειν τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν, μὴ ἔχειν υἱὸν τὸν πατέρα ἐδογματίξεν, οὕτως ὁ Ἀκίνδυνος, ὅταν λέγῃ μηδὲν διαφέρειν τὴν θείαν ἐκείνην Ἰλαμψιν καὶ ἐνεργείαν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔχειν φησὶν ἐνεργείαν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ τοῦτο λέγων, μετὰ τοῦ Μεσσαλιανὸς εἶναι, καὶ ἀναιρεῖ τελῶς τὸν Θεόν, ἑαυτὸν ἄθεον ὑπάρχοντα δεικνύς. τὸ γὰρ μὴ ἔχον ἐνεργείαν, οὐδαμῶς ἔστι κατὰ τοὺς Θεολόγους. διὰ τοῦτο τὸ θεῖον ἐκείνο καὶ προσκυνητὸν στόμα τοῦ τρισμακαριστοῦ καὶ ἁγίου μου αὐθέντου καὶ βασιλέως, διὰ τοῦ συνοδικοῦ φησι τόμου· ὡς εἰ καὶ πρὸς τοσοῦτον ὕψος θεωρίας ἀνέδραμον ἐν τῷ θαβῶρ οἱ τοῦ κυρίου μύσται, χάριν καὶ δόξαν εἶδον θείαν, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν τὴν χορηγοῦσαν τὴν χάριν. καὶ γὰρ ἴσμεν ἐκείνην, ὑπὸ τῶν θείων λογίων μεμνημένοι, ἀμέθεκτον, ἄληπτον, ἀόρατον, καὶ αὐταῖς ταῖς ὑπερκοσμίοις καὶ ἀγνωτάτω δυνάμεσι. νῦν δ' οἱ καταφρονήσαντες καὶ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ ἁγίων, καὶ τοῦ ἐκ Θεοῦ βασιλέως ἡμῶν ἐκείνου καὶ τῆς συνοδικῆς ἐξαισεώς τε καὶ ἀποφάσεως, καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ φρικωδεστάτων δεσμῶν καὶ ἀναθεματισμῶν, ἡμᾶς μὲν οὕτως εὐσεβῶς φρονοῦντας, καὶ τοὺς ἡμῖν ὁμοφρονοῦντας ἀποκηρύττουσιν, Ἀκίνδυνον δὲ καὶ τοὺς οἷος αὐτὸς, τάναντία δυσσεβῶς φρονοῦντας, συνηγοροῦσι καὶ στηριζοῦσι, παντὶ τρόπῳ, κοινωνοὺς ἔχειν καὶ συλλειτουργοὺς σπουδάζοντες. Hanc epistolam puto primordium ac primum velut fundamentum fuisse in itae ab Augusta cum Palama adversus patriarcham societatis. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 769, 18. Παύλου] Ad Galatas cap. I. v. 8. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 770, 3. Κακῶς μὲν ἀφίει κ. τ. λ.] Hom. Iliad. I. 25.

ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 770, 13. Ἡμεῖς (λέγων) κ. τ. λ.] Gregor. Nazianz. Orat. I. BOIVIN.

Pag. 772, 12. Καὶ ἅμα τῶν ὄρων κ. τ. λ.] Vide supra lib. XII. cap. VI. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 773, 3. Ἐπεὶ γὰρ] Conferendus ad hoc caput Cantacuzenus lib. III. cap. 97. et 99. DUCANG.

Pag. 774, 12. Ἡ χρυσία καλεῖται] Novo vocabulo: nam χρυσῆ semper appellatur a scriptoribus Byzantinis: quae quidem porta tum erat obstructa, seu ἀπωκοδομημένη, uti scribit Cantacuzen. d. cap. 99. quod et infra indicat his verbis, διώρυγτον τῆν χρυσὴν πύλην etc. DUCANG.

Pag. 774, 21. Ἐς τοὺς ἄντικρυ τῶν βασιλείων εὐφορόφους οἴκους] Cantacuzen. ἐπὶ τὸν Πορφυρογεννήτου κατέλυσεν οἶκον. Ex quibus Porphyrogennetae aedis situm docemur. DUCANG.

Pag. 776, 1. Ἦγε δ' ὁ φεβρουάριος τηνικαῦτα τρίτην ἡμέραν] Capta igitur Constantinopolis a Cantacuzeno III. Febr. auno mundi iuxta Graecos VI. MDCGCLV. Christi MCCCXLVII. Indict. XV. Idem Cantacuz. cap. 100. extremo. DUCANG. Cantacuzeno Hist. lib. III. cap. ult. is dies est Februarii VII. Ait quippe se ab Anna Augusta admissum esse in Palatium Februarii die VIII. Constat autem admissum fuisse postridie quam ingressus in Urbem fuerat. BOIVIN.

Pag. 775, 3. Τῆς ἀροπόλεως ταύτης ἐστὸς συγκλεισθῆσα] Infra πύρ καὶ φρυγάνων φακέλλους ὑφήψαν τὴν πρὸς τῷ τεμένει Βλαχερνῶν τῆς ἀροπόλεως πύλην. Cantacuzen. cap. 100. τὸ ἐν Βλαχερναῖς φρούριον vocat, de quo copiose egimus in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. V. n. 7. In eo igitur Palatio tum morabatur Anna imperatrix. DUCANG.

Pag. 775, 10. Ἐκ Γαλάτου] Idem habet Cantacuz. cap. 99. DUCANG.

Pag. 775, 19. Τὴν ἀπὸ Σκυθῶν φῆσιν] Proverbium, quo rursus infra cap. 31. utitur. Id est, conuivitis respondere. DUCANG.

Pag. 776, 19. Πρὸ δυοῖν που κ. τ. λ.] Vide Cantacuz. lib. III. cap. 73. BOIVIN.

Pag. 776, 23. Πρόσεχε οὐρανὸν κ. τ. λ.] Deuteron. cap. XXXIII. v. 1. BOIVIN.

Pag. 778, 18. Ὅθεν τῆς ὑστεραίας ἐπιούσης] Postridie quam Cantacuzenus in Urbem fuerat intromissus. BOIVIN.

Pag. 780, 1. Καὶ ἀνοιχθέντων ἤδη τῶν βασιλείων] Februarii die quarta, si Gregorae credendum; octava, si Cantacuzeno; quem minime certe probabile est erravisse in eo die assignando, quo imperii sedem invasit. BOIVIN.

Pag. 781, 12. Κατὰ τῆς τοῦ πατριάρχου καθαιρέσεως] De qua Ioannis patriarchae Constantinopolitani abdicatio Cantacuzen. lib. III. cap. 99. lib. IV. cap. 3. DUCANG.

Pag. 783, 22. Ἐσπέρας γὰρ] Psalm. XXIX. v. 6. BOIVIN.

Pag. 784, 17. Τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει προσεπήτ

καθαλρεσιν] Scripserat, puto, Gregoras, τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει τῆν τῆς ἱερωσύνης προσεπιῆς καθαλρεσιν, id est, *Episcopalis dignitatis abrogationi etiam sacerdotii abrogationem adiecit.* BOIVIN.

Pag. 784, 18. Ἐν τῇ τοῦ θείου Βασιλείου μονῆ] Id silet Cantacuzenus. De hoc monasterio egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 12. DUCANG.

Pag. 786, 7. Ἰσίδωρον] Cantacuzen. lib. IV. cap. 3. DUCANG. Huc pertinet Ignatii, patriarchae Antiocheni, Tomus contra hunc Isidorum; qui Tomus exstat apud Leonem Allatum (de libris ecclesiasticis Graec. Dissert. II.) Novembri mense promulgatus, Indict. XIII. hoc est anno Christi MCCCXLIV. exeunte. Palamas in oratione, quae adversus Ioannem Calecam patriarcham scripta exstat Cod. Reg. 2409. fol. 280. v. suam et Isidori causam agit his verbis: Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰς συνόδους ἀμφοτέρως ἐκείνας, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείναις τόμον, ὕστερον οὐκ ὄλλγον χρόνον, ὑποψήφιους Μονεμβασίας τὸν τε Παλαμᾶν, καθ' οὗ νῦν μαλνεται, καὶ τὸν αὐτῶ συνηγωνισμένον ἐν πᾶσιν ἱερὸν ἢ Ἰσίδωρον, μετὰ πάσης ποιεῖται τῆς ἐκκλησίας, αὐτὸς ὁ νῦν λέγων ἐξ ἀρχῆς ἀμφιβόλους αὐτοὺς εὐθύς εἶναι περὶ τὸ σέβας, καὶ ἔτι μᾶλλον προϊόντος τοῦ λόγου. πῶς οὖν τηλικαύτην ψῆφον σὺν πᾶσι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπ' αὐτοὺς ἤγε, καὶ προκαθηγεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας ἡξίλου, καὶ πρὸς τοσοῦτον διδασκαλικὸν ἀνεβίβαζε θρόνον, εἰ μὴδὲ τῆς εὐσεβείας ἀσφαλῶς ἔχειν ἤγετο τούτους· ἀλλὰ τὸν μὲν Παλαμᾶν πολλὰ βιασάμενος, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑτέρων πλείστα παρακαλέσας, ὡς οὐκ εἶχε κατὰ τοῦτο πειθόμενον, καὶ μάρτυρες τούτου μετὰ πολλῶν ἑτέρων καὶ τῶν Μονεμβασιατῶν οἱ τηνικαῦτα παρόντες· ὡς οὖν μὴ κατὰ τοῦτο πειθῆνιον εἶχε, Θεσσαλονικεῦσιν ἐπιστήσειν ἰσχυρίζετο, βία μείζονι κεχηρημένος. τὸν δὲ τοῦ πνεύματος ὄντως ἄνθρωπον, καὶ τὰ πάντα ἱερὸν τε καὶ χρηστὸν ἢ Ἰσίδωρον, ὡς πάντες ἂν συμφαῖεν οἱ τὸν ἄνδρα εἰδότες, πολλαῖς τῶν Μονεμβασιατῶν παρακλήσεσι, δέξασθαι πείθει τὴν τούτων ἱερὰν προστασίαν, καὶ τὸν εἰδισμένον ἐπὶ τοῖς τοιοῦτοις ἱεραρχικὸν ἀσπασμὸν ἐτελέσαντα, συνεδρεῦειν ἐντεῦθεν καὶ συλλειτουργεῖν ὁσημέραι, τῷ νῦν ἐξ ἀρχῆς ἀμφιβόλους ἡμᾶς εἶναι περὶ τὸ σέβας ψευδογραφοῦντι. πῶς γὰρ ἀμφιβόλον εἶχε περὶ τὸ σέβας, ὃν συλλειτουργὸν εἶχε, καὶ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον προὔχειριστο; ἀλλ' ἐπεσπάσατό φησι τὴν δίκην ἐφ' ἑαυτὸν καὶ ὁ ὑποψήφιος Μονεμβασίας. οὐκοῦν ὑποψήφιος ἦν· εἰ δ' ὑποψήφιος, οὐκ ἀμφίβολος ἦν, καὶ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς· τίνοσ δὲ καὶ χάριν ὁ ὑποψήφιος οὗτος ἐπεσπάσατο τὴν δίκην ἐφ' ἑαυτόν; ὡς τὰ αὐτὰ, φησι, τῷ Παλαμᾶ φρονῶν. καὶ μὴν οὗτος τῶν ἐκ Θετταλίας τῷ Παλαμᾶ συνεληλυθότων εἰς ἦν, καὶ φανερωῶς ἐξ ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ φρονήματος ὑπῆρχεν αὐτῶ, κὰν ταῖς συνόδοις ἐκείναις παρῆρῃσιν· συνηγορῶν. πῶς οὖν μετὰ τὰς συνόδους ἐκείνας ὑποψήφιος ἡμῖν ἐγεγόνει; μᾶλλον δὲ πῶς οὐκ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμεινεν εὐσεβείας, ἣς καὶ πρότερον ἦν, καὶ δι' ἣν ἐξεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ ὅτε

ἥς ἠγωνίσαστο, καὶ τῆς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνίας ἄθλον τὴν ψῆφον ἀπενεγκάμενος τότε εὐθύς, νῦν ὕστερον ταύτης, τῆς οἰκείας εὐσεβείας ἕνεκα, καὶ τὴν τιμὴν τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ τὴν ταύτης ἀφαίρεισιν ἔθετο παρ' οὐδέν, ὑμεῖς δὲ τὸ σέβας, ὅπερ ἐπέκτησθε ψηφιοζόμενοι τοῦτον, ἐξομολογούμενοι νῦν, ἅτε τοῖς Βαβυλωνίαις προσδόμενοι, μὴ συμμεταθέμενον τὸ φρόνημα τοῦτον παρακλησίαις ὑμῖν ἀπεψηφίσασθε νῦν. ἀλλ' οὐδ' ὁμολογίαν ἐπέισθη φησὶ δοῦναι τοῦ οἰκείου φρονήματος ἀπαιτηθεῖς, ὥσπερ οὐδ' ὁ Παλαρᾶς ἐπέισθη. βαβαὶ τῆς ἀναιδουῆς καὶ ἀπροφασίστου ψευδοδῶρημοσύνης. ὧντος σύνοδος ἀθετοῦντων εἰσὶ, κατὰ τὸν Ἱερεμίαν. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 786, 10. [Ἐξόβῃ] Haec etiam fuisse narrat Cantacuzen. d. cap. III. **DUCANG.**

Pag. 786, 11. Καὶ πρῶτον μὲν] Ut Isidorum patriarcham Constantinopolitanum episcopi anathemati semel ac iterum subiecerint, silet Cantacuzenus. **DUCANG.**

Pag. 786, 13. Ἐς τὴν Στεφάνου τοῦ θαλοῦ πρωτομάργυρος μονὴν] De variis S. Stephani aedibus Constantinopoli egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 89. et seqq. **DUCANG.**

Pag. 787, 16. Τὸ γὰρ θαῦμα τῆς οἰκουμένης] Similia narrat Cantacuz. lib. IV. cap. 4. et ut deinceps tum ab Anna imperatrice, tum ab ipsomet Cantacuzeno, ac denique ab Ioanne Palaeologo solo imperante, rursus aedes Sophiana instaurata sit. **DUCANG.**

Pag. 787, 22. Τοῦ γὰρ δημοσίου βήματος] Considerat nempe μεγάλη στοὰ μετὰ τοῦ βήματος, inquit Cantacuzenus. **DUCANG.**

Pag. 787, 23. Ἐφ' οὐ τοὺς βασιλικούς ἔδει τεθῆναι θρόνους] Erant igitur ea tempestate throni imperatorii in ipso Bemate, seu intra cancellos. Vide Constantinopolim Christ. lib. III. sect. 49. **DUCANG.**

Pag. 788, 2. Τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος] Diaconos intelligit, quibus in Bemate locus dabatur, dum sacra peragebatur liturgia. Alioquin extra Bema consistebant. Vide eandem Constantinopolim Christ. lib. III. sect. 82. **DUCANG.** Τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος] Verti, *Aulicorum ordini*. At melius Ducangius, cuius notas sero consului. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 788, 6. Καὶ ἦσαν οἱ τοὺς βασιλικούς] Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. **DUCANG.**

Pag. 788, 10. Τῆς πρώτης καὶ εἰκοστῆς τοῦ Μαΐου] Hic dies, quem Gregoras Maii vigesimum primum numerat, a Cantacuzeno numeratur decimus tertius eiusdem mensis. Utri chronologo potior hac in re fides habenda est? Cantacuzeno certe; assignanti videlicet eum diem, quo ipse sit coronatus. Gregoras, eo quod Cantacuzenus bis esset coronatus, semel quidem Orestyadi seu Adriano-poli, an. Chr. MCCCXLVI. mensis Maii die XXI. iterum autem Byzantii, an. Chr. MCCCXLVII. eodem mense, et non eodem die, primae et secundae σφραγφοῦς dies facile potuit confundere, non item Cantacuzenus. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 788, 13. Τὴν συνήθη πεποιηκότες ἐμφάνειαν] Seu παράστασιν, de qua supra quaedam attigimus. DUCANG.

Pag. 791, 16. Ἐβδόμη γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν] XII. Kal. Iun. Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. proinde anno integro ac completo, ex quo Adrianopoli a patriarcha Hierosolymitano coronatus fuerat, eodem die festo, ut idem narrat lib. III. cap. 11. DUCANG. Ἐβδόμη γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρ.] Immo ὀγδόη, quo die Constantini Magni et Helenae eius coniugis memoria celebratur, inquit Cantacuz. Histor. lib. IV. cap. IV. pag. 718. Itaque is dies fuit Maii vigesimus primus; non autem, ut Gregoras putavit, vigesimus octavus. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 791, 20. Τοῦ μὲν ἐκκαϊδεκάτους ὄντος] Vide quae annotavimus supra ad pag. 357. A. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 793, 13. Καὶ τοῦτον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ Θεσσαλονικέων] Cantacuz. lib. IV. cap. 15. DUCANG.

Pag. 793, 19. Οἱ πραγματεῖαν εἰς μῆκος ἰδίαν πεποιήνται etc.] Fortasse Ephesi archiepiscopum his verbis indicat; de quo Cyparissiotēs, Palamistarum Transgressionum lib. I. serm. IV. cap. 10. in fine. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 795, 1. Πλὴν τῆς παραλίου Μήδειας] Ita Cantacuzen. lib. IV. cap. 10. Μήδειαν τὴν κατὰ Πόντον παραλίον πόλιν vocat; cuius quidem nescio an alii meminerint, nisi illa sit de qua agit Tzetzes Chil. IV. sect. 72. ubi observat cum εἰ scribi, cum Μῆδία appelleretur, Medorum regio, per ε.

Μηδείας τῆς Αἰήτου μὲν ἦτα σὺν διφθόγγῳ.

Illius porro situm mox describit Gregoras: ἢ γε μὲν Θρακικῆ Μήδεια, ἢ δυτικωτέραν τε ἔχει Βυζαντίου τὴν θέσιν, καὶ πρὸς τῷ ἄκρῳ τοῦ Εὐξείνου κειμένη Πόντου σταδίους ἐντεῦθεν ἀπέχει μικρὸν τι τετρακοσίων ἐπέκεινα. DUCANG.

Pag. 795, 5. Βέγγοια μὲν] Cantacuzenus lib. IV. cap. 4. ut Manuele filio expulso Berghosenses Crali urbem tradiderint narrat. DUCANG.

Pag. 795, 9. Θεσσαλονίκη δ' οὐκ ἤρρεσκεν] Cantacuzen. lib. IV. cap. 15. extr. DUCANG.

Pag. 796, 1. Καὶ Ζηλωτῶν] De quibus hic et alibi non semel idem Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 797, 2. Σεβαστοκράτορες δ' ἐπὶ τούτοις] Cantacuzen. lib. IV. cap. 5. DUCANG.

Pag. 797, 4. Καὶ τοῖς τῷ τοιοῦτῳ προσήκουσιν ἀξιώματι παρασήμοις] Codin. de Offic. Aulae Constantinop. cap. III. n. 16. descriptis eiusmodi insignibus Sebastocraticae dignitatis, haec subdit: ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνός, τοὺς γυναικαδέλφους αὐτοῦ Ἰωάννην καὶ Μανουὴλ τοὺς Ἀσανίους τιμήσας Σεβαστοκράτορας, δέδωκεν αὐτοῖς φορεῖν ταμπάρια καὶ κάλτζας, οἷα καὶ οἱ Δεσπότες. Quid vero sit ταμπάριον, diximus in Gloss. med. Lat. in Tabardum, et in Gloss. med. Graecit. DUCANG.

Pag. 797, 8. 'Ο Παλαιολόγος 'Ανδρόνικος] Cantacuzen. lib. III. cap. 71. Gregoras lib. III. cap. 10. DUCANG.

Pag. 797, 10. 'Ανωτέρω] Lib. XIV. cap. V. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 797, 13. Τῶν 'Αδῆλων λέγω μονήν] Vide notata ad lib. XII. pag. 389. E. DUCANG. Ducangius putabat Gregoram hoc loco 'Αδῆλων μονήν vocare illud monasterium, quod alibi Ἀδῆρων μονήν vocavisset. At non verisimile est. Nam alibi quidem de monasterio Auderorum seu Abderorum, tanquam de utriusque Asanis carcere, locutus est: hic autem Adolorum monasterii meminit, ut eius loci in quo alter Asanes praedia habuerit, sibi iam pridem assignata a Cantacuzeno. Vide annotata ad pag. 389. E. BOIVIN.

Pag. 797, 17. Νόσημα τοῖς ἀνθρώποις] Pestilentiam pariter hanc insignem, quae tum grassata est, eleganter describit Cantacuz. lib. IV. cap. 8. DUCANG.

Pag. 798, 17. Καὶ ὁ 'Ανδρόνικος] Cantacuzen. loco laudata. DUCANG.

Pag. 798, 18. Τῶν μέντοι πραγμάτων] Hanc Matthaeo filio propositam defectionem attigit Cantacuzenus lib. IV. cap. 7. 8. ubi de Ioanne Asane silet. DUCANG.

Pag. 804, 6. Παρ' οὐδέσιν 'Ελλανοδίκαις] 'Ελλανοδίχης est proprie iudex iustus, incorruptus, et (ut Pindarus Olymp. Ode III. loquitur) ἀτρεκής. Vertendum erat, apud ullum iustum iudicem, non apud ullum Graeciae iudicem. BOIVIN.

Pag. 805, 2. 'Εδόκει βέλτιον Εἰρήνην] Cantacuzen. lib. IV. cap. 8. DUCANG.

Pag. 805, 23. 'Εγὼ (φησὶν) ὃ παῖ, τὴν παροιμίαν, τὴν αἰτε Λιβύη etc.] Est hoc initium epistolae ad Chrysoloram scriptae. Unde suspicor longam hanc orationem non ab Irene Augusta, sed a Gregora fuisse lucubratam. Vide Indicem epistolarum Gregorae. BOIVIN.

Pag. 813, 10. Τὸν πατριάρχην ἐμβεβληκῶς] Cantacuzenus lib. IV. cap. 3. Didymoticho, ubi morbum cum aliqua mentis alienatione contraxerat, in Urbem adduci praecepisse scribit, quo a medicis curaretur, ex eoque postmodum decessisse. Ita dissident invicem Cantacuzenus et Gregoras, uterque pro libito, seu potius... DUCANG.

Pag. 813, 15. Πατριαρχεύσας περὶ πού τὰ τεσσαρσεκαίδεκα] Vide annotata ad pag. 306. A. BOIVIN.

Pag. 814, 13. Τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμόμενος μέρος] Τῶν κατὰ Χαλκιδικὴν πόλεων praefecturam datam Matthaeo filio indicat Cantacuzenus lib. IV. cap. 10. DUCANG.

Pag. 818, 11. Πρὸς δ' αὐτὰς ἐνόρκους ἐπαγγέλλας] Atqui eum noluisse illis flagitantibus quicquam promittere, legimus supra lib. XIV. cap. V. sect. 4. et 5. BOIVIN.

Pag. 830, 15. Μετὰ πλειόνων ἢ τὸ πρότερον αὐθις τῶν ἐπισκόπων etc.] Itaque adversus Palamam Synodus coacta est a Ioanne

patriarcha. Atque illud est Concilium, de quo Gregoras (Historiae lib. XIX. cap. I. n. 18.) veterem ait famam percubuisse, tanquam haeresim omnium maximam correcturo, coactisque ex omni paene orbe patriarchis et episcopis octavi et ultimi Concilii nomen habituro. Tamen Ioannes Cyparissiotus Palamitarum Transgressionum lib. I. serm. IV. cap. 4. duos tantum et viginti pontifices adversus Palamam coivisse testatur. De tempore, quo ea Synodus habita sit, non plane constat. Ego habitam puto circiter an. Christi MCCCXLV. Certe eam ante illud tempus coactam haud fuisse colligitur ex ipsius Palamae verbis, quae exstant Cod. Reg. 2409. fol. 299. ubi ait *σε περικεκλεισμένον ἐπὶ δυσὶν ὄλοις ἐνιαυτοῖς ἤδη·* tum haec addit, *πόσοι δὲ ποσάκις πρὸς αὐτὸν (Ioannem scilicet patriarcham) εἰπόν τε καὶ γεγράφασι, εἰ μὴ τὰς μεγίστας ἐκείνας συνόδους στέργεις, γενέσθω πάλιν ἕτερα, μόνον ἐκ τῶν ἱκανῶν τὰ τοιαῦτα συνορᾶν. ὁ δὲ καὶ ἐκείνας φησὶ στέργειν, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείναις γεγραμμένον τόμον ἀθετεῖν μὴ δύνασθαι· καὶ δι' ἔργων καὶ λόγων ἀκυροῖ τὰ παρ' ἐκείνων ἐγγράφως κεκυρωμένα, καὶ πρὸ τῶν συνόδων ἐκείνων ἐν τῷ ἀγιορειτικῷ τόμῳ διελλημμένα μηδὲν ἤτιον· καὶ πρὸ τούτου πάλιν, ἐν αὐτοῖς τοῖς θεοπαραδότοις λόγοις, καὶ τοῖς ἱεροῖς τῶν θεοφόρων πατέρων συγγραμμάσι. τοῦτων οὖν ἀπάντων οὐκ οἶδ' ὅπως οὗτος ἀλογήσας ἀρετίας, εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐθις εἰσήγαγεν, ἀ ταῖς προϋπηρηγμέναις ἀπηγόρευται συνόδοις, ἵνα μὴ μόνον ἡ πολιτεία φεῦ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, στασιάζῃ τε καὶ ταράττηται etc.* Ex his, inquam, verbis colligitur, illam quam dicimus Synodum non coactam fuisse ante annum Christi MCCCXLV. quo anno Palamas haec ipsa scribebat. Etenim epistolam, in qua haec leguntur, anno Christi MCCCXLV. datam fuisse perspicuum est ex eo, quod Palamas ibidem dicat, *ἔσε δύοβυς ἰαμ ἀννῖς ἀρρερὲ ἰνκλυσὺμ τενερὶ*, qui anno Christi MCCCXLIII. Maio mense in custodiam datus fuerat, ut supra ostendimus ad pag. 482. B. Itaque per annos decem habita sunt le iisdem rebus Concilia saltem quatuor. Primum an. Chr. MCCCXLI. Junii die XV. adversus Barlaamum. Secundum circa an. MCCCXLV. adversus Palamam. Tertium an. MCCCXLVII. adversus Ioannem Calecam patriarcham. Quartum denique an. MCCCLI. Maio mense, adversus Gregoram et alios Acindynianos. (Ioan. Cyparissiotus neminit *τελευταίας συνόδου*, quam ait coactam fuisse ab Epheesi metropolitae, Palam. Transgress. lib. I. serm. IV. cap. 16. in fine.) Tomi vero promulgati sunt multo plures: nempe Tomus Hagiōricus, de quo Palamas, Cod. Reg. 2409. fol. 267. Tomus Synodicus in Barlaamum et in Acindynum, editus mense Augusto anni MCCCXLI. de quo Lambecius Biblioth. Caesar. lib. IV. pag. 30. Tomus Ignatii patriarchae Antiocheni contra Isidorum, editus an. MCCCXLIV. Novembri mense; laudatus ab Allatio in Dissert. de ibris Eccles. Graec. pag. 188. Tomi contra Palamam varii, variis temporibus a Ioanne patriarcha editi; id quod ipse Palamas testa-

tur his verbis: ὡσπερ εἰς ἐστὶ Χριστὸς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, Ἀντίχριστοι δὲ πολλοὶ γεγόνασιν, οὕτω καὶ συνοδικὸς τόμος κατ' εὐσέβειαν ἐφ' ἡμῶν τῆς ἀληθείας συνήγορος, εἰς ἀντίτιμοι δὲ καὶ νῦν γεγόνασι πολλοί. . . . τρίτος οὖν ἐστὶν οὗτος τῶν παρὰ τοῦ τῷ Βαβλααμίτῃ συναινεῖν Ἀνιδύνα προσιεμένου νῦν ἐξενηγεμένων, καὶ παρ' ἡμῶν ἐξεληλεγμένων. Cod. Reg. 2409. fol. 287. His addatur Tomus contra Ioannem patriarcham editus mense Februario anni MCCCXLVII. de quo Lambecius Bibl. Caesar. lib. VI. pag. 28. Item Tomus et Anathematismi in Palama editi mense Iulio eiusdem anni, quorum meminit L. Allatius Graec. Orthod. Tom. II. pag. 795. et de Eccl. Occident. et Orient. perp. cons. pag. 803. Denique Tomus contra Gregoram et eiusdem sectae propugnatores, editus mense Augusto anni MCCCCLI. qui quidem Tomus exstat in Auctario novissimo Bibliothecae Graecorum Patrum, Parte altera pag. 135. **βοϊνιν.**

Pag. 831, 3. Ὁ ἀπόστολος] Ad Galat. cap. II. v. 18. **βοϊνιν.**

Pag. 835, 3. Ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώρουν αἰσχροῶς] Hanc Latino-rum ad Smyrnam cladem describit Ioannes Villaneus lib. XII. cap. 38. **DUCANG.** Non hanc, sed eam, quae triennio praecesserat. **βοϊνιν.**

Pag. 835, 5. Πληγέντος Ἀμούρη] De caeso Amurio silet Villaneus. **DUCANG.** Ioannes scilicet: nec mirum. Nam haec gesta sunt A. C. 1348. in cuius initio desinit Ioann. Villanei Historia. **βοϊνιν.**

Pag. 835, 14. Κατὰ τῶν νεφρῶν] Cantacuz. lib. IV. cap. 10. **DUCANG.**

Pag. 835, 19. Ἡ τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνων ἐπανάστασις] De qua copiose Cantacuz. lib. IV. cap. 11. 12. **DUCANG.**

Pag. 835, 24. Περσικὴ δύναμις] Rem narrat Cantacuzenus lib. IV. cap. 10. extr. **DUCANG.**

Pag. 838, 4. Ἐπὶ τῶν ἐλαφρῶν ἐκείνων τουρτῶν] Dixit supra, τοὺς ἐλαφροτάτους τοξότας in extremo agmine collocatos. Hinc suspicor legendum esse hoc loco τοξοτῶν. Quodam quis malit legere Τούρκων, haud intercedam. **βοϊνιν.**

Pag. 839, 16. Ὡς μηδὲ πυρφόρον etc.] Qui ignem ante aciem praeferebant, ii πυρφόροι λεγέτες dicebantur. Vide Scholastem ad illos versus Phoenissarum Euripid.

Ἐπεὶ δ' ἀφείθη πυρσός, ὡς Τυρσηνικῆς
Σάλπιγγος ἤχη, σῆμα φοινίσου μάχης.

Adde Lucianum, Tzetzem, Zenobium, etc. **βοϊνιν.**

Pag. 841, 2. Τοῖς ἐν Γαλάτου Λατίνοις] Cantacuz. lib. IV. cap. 11. **DUCANG.**

Pag. 842, 6. Οἰκίας τε διωρόφους] Pace cum Cantacuzenus composita obtinuerunt Genuenses Galatini, ut quod supra oppide-

lum erat regionis ad habitandum sibi concederetur. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 844, 15. Θαλατοκρατεῖν βουλευθεῖσι] Cantacuzen. ἐνε-
 ούουν γὰρ οὐδὲν μικρὸν, ἀλλὰ θαλατοκρατεῖν ἐβούλοντο. DUCANG.

Pag. 844, 20. Πρὸς Ἱερὸν] De quō egimus ad Alexiadem
 pag. 361. Notarum. DUCANG. Πρὸς Ἱερὸν] De quo supra ad pag.
 255. C. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 847, 14. Περὶ τὰς τοῦ ποταμοῦ ἐκβολὰς] *Barbissae*,
 qui in sinum Ceratinum effluit. DUCANG.

Pag. 854, 7. Καὶ ἠθροίζετο ναυπηγῶν] Ut naves constru-
 ctæ sint a Graecis, narrat etiam Cantacuzenus pag. 144. DUCANG.

Pag. 854, 8. Περὶ τὸν τοῦ Βυζαντίου ἱππόδρομον νεώριον]
 Quod Ἐπτάσκαλον videtur vocare Cantacuzenus. Unde colligere
 licet, navale Hippodromi et Heptascalum illud, (unum) idemque
 esse. Nam in Heptascalo constructas naves scribit, quas in Neorio
 Hippodromi Gregoras. Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. 17.
 DUCANG.

Pag. 854, 18. Πρὸς κατασκευὴν] Vide Cantacuzen. Histor.
 lib. IV. cap. 5. et 6. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 858, 5. Παρὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ δηλαδὴ ἐκβολὰς] *Bar-*
bysae, seu *Barbyssi*, vulgo *Chartarici*, de quo Gyllius lib. II. cap.
 3. de Bosphoro Thrac. ΒΟΙΒΙΝ.

Ibidem. Ἐνθα καὶ τὸ τοῦ θαλαττοῦ κέρως ἀναπαύεται ἄκρον]
 De marino illo *Cornu*, seu *Ceratio sinu*, multa Gyllius lib. I. cap.
 5. de Bosphoro Thracio. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 859, 2. Καὶ τὴν ὀθόνην καθέλκειν] Quod vulgo dici-
 mus, *baisser le pavillon*. Idem Gregoras lib. V. prioris Historiae,
 cap. IV. οὐπω διεπέτασε τὰς ὀθόνας, ἀλλ' ἔμενεν ἡρεμουσα, ubi
 interpres, *velis nondum expansis*: ποχ τότε καὶ αὐτὴ διαπετάσασα
 τὰς ὀθόνας, λαμβάνει τὴν πολεμίαν. DUCANG.

Pag. 859, 8. Καὶ τοὺς ἔνδον ἅπαντας ἐμπιπρῶσι] Cantacu-
 zenus rem aliter narrat lib. IV. cap. XI. pag. 744. et 745. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 860, 12. Μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων θυρεῶν] Nostri
Favesade vocant. DUCANG.

Pag. 860, 17. Δημητρίου τοῦ μάρτυρος ἴδρται τὸ ἱερὸν]
 De qua S. Demetrii aede et illius situ copiose egimus in Constanti-
 nop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 33. DUCANG.

Pag. 860, 23. Κάτω τὴν ψάμμον] *Saburram*.... DUCANG.

Pag. 861, 14. Ἡμιπέθρου μείον] Cod. MS. ad marginem,
 σημειῶσαι ὅτι τὸ πλέθρον ἰσὶ πηξέων ῥγ'. DUCANG.

Pag. 862, 2. Οἱ δ' ὑπότρομοι γενόμενοι] Hanc Graecanica-
 rum navium cladem multis etiam narrat Cantacuzenus d. cap. XI.
 extr. DUCANG.

Pag. 862, 12. Ἐστίατορας αὐτοὺς τοῖς ἐαντῶν δαιτυμόσιν etc.]
 Interpretatus sum, *piscebus conviatoribus suis epulum ipsi daturi*;

id quod Gregoras ipse, ni fallor, sensit. Homeri Scholiastes, ad hunc Odysseae δ. 621. versum,

Δαιτυμόνες δ' ἐξ δώματ' ἴσαν θεῖου βασιλῆος,

δαιτυμόνας interpretatur *ἐστιάτορας*: et vim utrumque significandi, *convivam* nempe et *convivatorem*, ei vocabulo competere docent Lexicographi. Tamen apud Gregorium Nazianzen. Orat. XXXVIII. *ἐστιάτωρ* et *δαιτυμῶν* opponuntur: immo et apud Gregoram ipsam Hist. lib. XXIII. pag. 582. lin. ult. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 869, 1. *Ἄλλω μὲν ἕως ἄν τινος ἦν* etc.] Gregoras initio huius libri ea repetit, quae in fine superioris iam dixit. Itaque aut prima haec, aut illa ultima recidenda sunt. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 870, 16. *Ἦν γὰρ τοῖς οἰκείοις ὀνειρόις προσέχων ὁ ἄνθρωπος*] Vide annotata ad pag. 650. E. infra. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 871, 7. *Τῆς παρουσίας μετέστη ζωῆς*] Isidorus patriarchatum inivit anno Chr. MCCCXLVII. Sedit annos duos, menses septem et dies quindecim; ut constat ex Codice MS. quo usus est Phil. Labbeus. Vide Apparatum Histor. Byzant. pag. 37. Ergo patriarcha esse desiit an. Chr. MCCCXLIX. exeunte. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 871, 12. *Ἀπὸ σκαπάνης ὁμοῦ κ. τ. λ.*] Sic supra lib. III. cap. 3. sect. 6. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 873, 14. *Τῶν ἐπισκόπων τῆς τέως σωζομένης ἐπαρχίας*] Sic infra cap. III. sect. 3. *κάκειδιθ' Ἐθράκης ἐπέκεινα πλείων οὐκ ἦν ἐπαρχία Ῥωμαίοις, μόνους τοὺς Ἐθρακικοὺς εὐθὺς μεταπέμπεται ἐπισκόπους.* Vide et lib. XXI. cap. ult. ubi de imperii finibus illo tempore valde angustia. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Ibidem. *Τῆς τέως σωζομένης κ. τ. λ.*] Sic infra cap. III. sect. 3. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 876, 7. *Ἀνωτέρω*] Lib. XIV. cap. 7. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 876, 23. *Τοῦ ἔτους*] Mensae Septembri, anno mundi 6859. ineunte. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 877, 2. *Ἐς Βυζάντιον κ. τ. λ.*] Bizar. de bello Veneto lib. II. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 877, 12. *Ἐπι τῆ Χερσῶνος*] Eius nominis urbs in Chersoneso Taurica a Geographis ponitur, eaque episcopalis sedes fuit. Vide annotata ad pag. 309. E. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 877, 15. *Μιλέτην ἔχοντες ὄσον οὐδέπω καὶ τριήρεις συχναῖς τὸν ἀγένα τοῦ Πόντου συγκλ. καὶ τὸ τοῦ Σαρ.]* Interpretatus sum, *et iam fere meditabantur plurimis triremibus Ponti fauces obsidere, atque in Sarapidis fano tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui* etc. Videat lector an malit, *et iam fere meditabantur, magno triremium numero obsessis Ponti faucibus et Sarapidis fano, tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui* etc. De Serapidis fano vide Gyllium lib. I. cap. 2. de Bospore Thracio. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 880, 20. *Ελληφόσι*] Pro *ελληφότες*. **ΒΟΙΒΙΚ.**

Pag. 881, 1. Ἐπει δ' ἡ παρασκευὴ τῶν ὀπλων etc.] Hoc loco Gregoras innuit se ad Synodi Palamiticae historiam scribendam accessisse circiter illud tempus, quo triremes Venetae quatuordecim in Byzantinos portus delatae sunt; nempe anno Christi MCCCLI. vere ineunte. Aliunde tamen constat hunc librum, et novem deinceps continuos, ab eo scriptos fuisse an. Chr. MCCCLII. mensibus Iulio et Augusto, ut in Vita eius observavimus.

BOIVIN.
Pag. 882, 4. Ἐχεμυθεῖν γὰρ ἴσως etc.] Tota constructio perplexa et saebrosa est. ἀφθογγον γλώττης πάροδον χαρίζεσθαι dithyrambum sapit.

BOIVIN.
Pag. 883, 4. Πᾶς γὰρ] Ioan. cap. III. v. 20.

BOIVIN.
Pag. 883, 15. Ὡδίνουσιν ὄρος, κατὰ τὴν παροιμίαν, τεκσῖν [ἔξεγένετο μὲν] Apud Gregorium Cyprium sic proverbium effertur, ὕδινεν ὄρος, εἶτα μὲν ἀπέτεκεν: quod est ambiguum. Gregoras ambiguo casu deceptus, ex Nominativo Accusativum fecit, et ὠδίνεν ὄρος interpretatus est *montem parturiebat*, pro *mons parturiebat*. Apud Phaedrum nulla ἀμφιβολία,

Mons parturibat, gemitus immanes ciens etc.

Apud Horatium nonnulla, *Parturient montes etc.* *Montes casus est ambigua.*

BOIVIN.
Pag. 883, 19. Οὐ πλείους ἀριθμῶ τῶν δύο καὶ εἴκοσιν ὄνας] Subscripserunt tamen metropolitae viginti septem; propria videm manu, viginti quinque; duo autem διὰ γνωμῶν, seu per vicarios. Item episcopi septem. Vide Pseudosynodum Palamiticam, editam a Combesio in Auctario noviss. Biblioth. Patrum Graec.

BOIVIN.
Pag. 883, 22. Ὡν οἱ μὲν τῶν ἐξ ἀρότρου καὶ σκαπάνης etc.] 'hilotheus patriarcha Antirrheth. I. (Cod. Reg. 1996. fol. 11. v.) pro piscopis, quos Gregoras ut agrestes et imperitos notaverat, sic espondet: Ἄλλὰ καὶ τὴν ιδιωτείαν καὶ τὴν ἀγροικίαν ἐγκαλεῖς ὦ χορῶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ποιμένων καὶ διδασκάλων τουτωνί, αἱ μηδαμῶς ἐνεῖναι τῷ καταλόγῳ φῆς ἕνα μηδένα τὸν εἰδῶτα ράφειν τε καὶ λογογραφεῖν σὺν ἐπιστημῇ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν ὄμον τὸν ἱερὸν ἀμαθῶς, ὡς ἂν αὐτὸς φαίης, καὶ μὴ κατὰ νόου τῆς ὑπὸ σοῦ προσκυνουμένης ρητορικῆς συντεταχῆται· μάλλον οὐ κατὰ τὰς σὰς δόξας, καὶ τὰς καινὰς καὶ προσφάτους θεολογίας, ἢ γλωσσαλγίας, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀνθέκαστον. ἐγὼ δ' ἰ μὲν πολὺν τινα λόγον ἤδεν τουτουσι τοὺς μακαρίους ποιουμένους τοῦ πράγματος, καὶ προῦργον τιθεμένους ταυτὶ, πολλοὺς ἂν οὐ καὶ ταυτηνὴ τὴν σοφίαν σοφοὺς καὶ φήτορας καὶ λογογράφους ἂν προϋχόντων ἱερέων τούτων ὑπέδειξα, καὶ οὐ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῖς ἐπομένων, Λουκάς τινας ἄλλους, καὶ Τιμοτέους, καὶ Ἀπολλῶς, εἰ δὲ βούλει, Διονυσίους καὶ Κλημενάς, ὅσον τὰ ἐς λόγους φημί, καὶ τὴν ὑπὸ σοῦ θαυμαζομένην

σοφίαν, ὑπὲρ τοὺς σοὺς δηλαδὴ μυσταγωγούς, Δημοσθένην τε καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ τὸν παρ' ὑμῖν θρυλλούμενον Πλάτωνα· ἐκαδὴ τοιούτους αὐτὸς παρατρέχεις δι' ἑκούσιον ἄγνοιαν· καὶ ἔμαθες ἂν, ὅς οὐκ ἀπὸ σκαπάνης καὶ λατομίας, οὐδ' ἀπὸ κάπης ἐπὶ βῆμα, κατὰ τὰς σὰς λογογραφίας ἢ λοιδορίας, ἀλλ' ἀπὸ σοφίας ἐπὶ σοφίαν ἦλθον, τῆς καταργουμένης, τὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κενύματος ἐνεργουμένην, τὴν πρώτην, τὴν ἄνωθεν, τὴν ἀγνήν, τὴν εἰρημικὴν, τὴν μεστήν ἑλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν κατὰ τοὺς ἔμους Θεολόγους, καὶ ἀπὸ τῶν θύραθεν μουσείων τε καὶ τοῦ βήματος, ἐπὶ τὴν ἱεράν ταύτην σχολήν, καὶ τὸ θεῖον βῆμα, καὶ τὰ ἄλλα, καὶ τὸ μέγα καὶ ὑπερουράνιον ὄντως θωσιασθηρίον. τῶν δ' ὀλίγος αὐτοῖς τῶν λόγων τῆς ἔξω σοφίας ὁ λόγος. Ἰσασί καὶ γὰρ ὄντις ἀλιεῶν τε καὶ ἀγροίκων μαθηταί, ἐκείνων φημι τῶν ὑπὸ Χριστοῦ τῆς αὐτοσοφίας πράκτων κληθέντων εἰς ἀποστόλους etc. **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 885, 10. *Αἱ τεττάρων ἤδη ἐτῶν ἐπαγγελίαι*] *Nempe Cantacuzenus, statim fere atque imperii sede potitus est, promisit se coacturum esse einamodi Synodum.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 889, 23. *Τῶν πάλαι σοφῶν*] *Ecclesiastes cap. XII. v. 11.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 890, 9. *᾿Ωδίνησεν ἀδικίαν*] *Psalm. VII. v. 15.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 891, 23. *Ὁρῶ κατὰ πλήθος ἰόντας ἡμῖν ἄνδρας λογάδας*] *De quibus longe aliter patriarcha Philotheus Antirrhet. I. Cod. Reg. 1996. fol. 14.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 896, 21. *Τῶν Ναζιραίων*] *Homium scilicet, qui austriorem vitae disciplinam professi sunt.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 897, 2. *Ἀναίμονες καὶ αὐτοὶ κ. τ. λ.*] *Homer. Iliad. V. 342.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 901, 13. *Καὶ οὐς ἐν τοῖς ἀντιρόητικοῖς τε καὶ σημειωτικοῖς*] *Prioribus scilicet, non posterioribus. Vide Indicem operum Gregorae Dogmaticorum.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 901, 17. *Ὅδόντες χρόνου παρατρέψουσι etc.*] *Gregorae, quo tempore haec scribebat, nondum expleverat annum aetatis LVII. Siquidem haec scripsit anno Chr. MCCCLII. aestate fere media, ut supra annotavimus. Constat autem natum esse an. MCCXCV.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 902, 6. *Κούρητες τ' ἐπίκουροι etc.*] *Apud Homerum legitur,*

Κούρητες τ' ἐμάχοντα καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμα.

Item apud Gregorium Nazianzenum, Carm. περὶ εὐτελείας ἀνδρῶν πίνου βίου. **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 903, 23. *Εἰ παρ' ὄλην μικροῦ τὴν ἱστορίαν etc.*] *Hinc lector aestimet, quanta habenda sit Gregorae fides in iis, quae de Cantacuzeno per omnem Historiam memoravit.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 903, 6. *Νῦν δ' ἀνακαλυπτήρια θύειν*] *Id est arcana revelare. Vide annotata ad pag. 416. D.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 905, 3. *Λεῖν*] *Pro δεῖ.* **ΒΟΙΝΙ.**

Pag. 905, 9. Ἀρχάμενος δ' ἄνωθεν διεξήγει, πῶς διαβόλω etc.] Hanc Cantacuzeni orationem confer cum prooemio Tomi Palamitici, a Combesisio editi. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 906, 23. Ἐτέραν] Philosophica scilicet, non dogmatica. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 906, 1. Ἐκείνοισ] Gregorae ipsi. Qua de re supra lib. II. cap. 10. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 910, 19. Ὅπερ ἂν ἐν Καρὸς εἶναι κωλύσῃ μοίρα] De hominibus contemptissimis dici solet. Ita Achilles de Agamemnone apud Homerum,

Ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα· τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 911, 13. Φάσκει Γρηγόριος] Gregor. Nazianz. Orat. I. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 915, 4. Τὴν Λεσβίαν οἰκοδομήν, ἢ τοῖς λίθοις etc.] Sic D. Basilius ad nepotes cap. VI. κατὰ τὴν Λαοικὴν παροιμίαν, τὸν λίθον ποτὶ τὴν σπάρτον ἄγοντας. Item Plutarchus, πρὸς στάθμῃ πέτρων τίθισθαι, μήτι πρὸς πέτρῳ στάθμην. Sensus est, oportere se regulis, non regulas sibi submittere. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 915, 18. Ἐγὼ, φησὶ, ἀπ' ἑμαντοῦ λαλῶ οὐδέν, ἀλλ' ὅσα etc.] Non ea ipsa sunt verba, quae leguntur apud Ioannéum cap. XIV. v. 10. Gregoras non hoc loco solum, sed et alibi passim, memoriae nimis fudit. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 916, 14. Εἴ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται etc.] Et haec quoque Gregoras, fallaci memoriae confisus. Nam apud Paulum ad Galat. cap. I. versu octavo legitur: Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζεται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Versu autem nono, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 918, 14. Γρηγορίῳ] In Encomio S. Athanasii. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 919, 2. Γρηγόριος ὁ Δριμύς] Pachymeres in Historia Andronici lib. VII. cap. 15. narrat quandam, cognomento *Drimyn*, sacerdotii dignitatem ausum sibi arrogare, eundemque se ab Lascariibus oriundum iactitantem, novas res molitum esse, ac demum coniuratione deprehensa carceris perpetui poenam subiisse. In eum exstat Athanasii patriarchae Γράμμα στηλιτευτικόν, cuius supra meminimus ad pag. 110. B. Fortasse is ipse est, quem Gregoras hoc loco magistrum Palamae facit. Nec obstat, quod qui contra imperatorem coniuravit, is ab Athanasio Ioannes nominetur. Potuit enim cucullo tandem induto nomen mutare, ac pro *Ioanne* dici *Gregorius*. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 923, 3. Ὁ ταῖς ὑπεροχαῖς εἰμι τῶν τιμῶν etc.] Fuit Barlaamus Abbas monasterii S. Salvatoris Constantinop. Idem ad papam legatus ivit an. Chr. MCCCXXXIX. Vide Odoricum Raynaldum ad eum annum, num. 19. et seq. Vide et Cantacuzen. Histor. lib. II. cap. XXXIX. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 925, 12. Σισίνιον τὸν Νοβατιανόν] Ita Graeci passim; pro *Νοβατιανόν*. De isto Sisinnio Ludovicus Targuius, Vir sacrorum Canonum et Historiae Ecclesiasticae peritissimus, consulenti mihi respondit: [„Nec S. Athanasius in iis quae plurima scripsit de magna Synodo, nec quisquam alius scriptor, cuius ad nos monumenta de illa eadem Synodo pervenerint, ullius Sisinnii nomen aut operam memorat adversus Arium in Nicaeno conventu. Unus Socrates Historiae suae lib. I. cap. 10. et post ipsam, atque ex ipso, Herm. Sozomenus cap. XXII. libri itidem primi Eccles. Hist. Acesium ab Constantino imperatore arcessitum narrant, qui calculo suo comprobaret Nicaenam definitionem: quod factum qua fide quo auctore referat Socrates, qui uno fere saeculo post Nicaenam Synodum vixit, aliis aestimandum relinquo. In quam rem fac, ut consulas eruditissimi Henrici Valesii Notam ad memoratum Socratis Historiae locum. Ipsum vero sublesta fidei habet vir in scriptis veterum perspicax. Caeterum idem Socrates lib. V. cap. 10. Sisinnii cuiusdam meminit, qui sacro Lectoris munere fangebatur apud Agellium Novatianorum episcopum; cuius in dignitatem aliquanto post subvectus apud eundem Historicum legitur, lib. V. cap. 21. et lib. VI. cap. 1. Huius autem Sisinnii sententiam secutus Agellius, postulanti Nectario Constantinopoleos antistiti salubre dederat consilium adversus Arianorum Macedonianorumque sectas, quibus misere vexabatur Oriens. Verum, ne de isto Sisinnio Gregoras intelligi possit, obstat primae Synodi nomen; nisi forte primam Constantinopoli habitam generalem accipias: quod quidem mihi non fit credible. Itaque hoc proclive est suspicari, Niphorum Gregoram, virum immensae eruditionis et lectionis, cum haberet in mente duo haec Novatiensium antistitum nomina, quorum permagni fuerat opera adversus Arianorum dementiam, unum pro alio, ut facile factu fuit, inseruisse: nisi quis malit in librariū culpam reiicere mutationem nominis; quam posteriorem coniecturam nescio an satis iuvet duorum istorum vocabulorum Graece scriptorum similitudo. Certe haec nomina Σισίνιος, Ἀλέσιος, quamquam syllabis iisdem desinunt, tamen reliquarum fere literarum structura sic inter se discrepant, ut non oscitantem scribam difficulter fallere posse videantur. Sed de ista permutatione vix certi quicquam pronuntiare licet absque benigniori Codicum Gregorae manuscriptorum copia, eorundemque diligenti collatione.“] Ipsa sunt verba Viri doctissimi, cui pro amicitiae iure, quae mihi cum eo summa intercedit, notum hunc expediendum delegavi, dignum scilicet eo vindice; certe difficiliorem, quam ut ipse possem solvere. ΒΟΙΒΙΧ.

Pag. 929, 21. Γρηγόριος] In laudem Athanasii. ΒΟΙΒΙΧ.

Pag. 932, 22. Ἐκεί] I. e. in contingentibus, in bonis non necessariis. Vide supra lib. VIII. cap. VII. sect. 2. initio. ΒΟΙΒΙΧ.

Ibidem. Εἰ δὲ πάντων ἐκεῖ προμηθεύς τὰ τοῦ βίου κτ

πανά etc.] Locus communis, iam a Gregora tractatus, idque iisdem verbis, Hist. lib. VIII. cap. VII. sect. 2. **BOIVIN.**

Pag. 933, 14. [Ὁ θεῖος ἀπόστολος] Paul. ad Corinth. II. cap. XII. v. 8. 9. 10. **BOIVIN.**

Pag. 934, 2. Τὴν μὲν οὖν τῶν εὐσεβῶν πίστιν πάτριον τοῖς ἀναγκαίοις ἀποδιδόναι] Si post πάτριον subauditur ἐστὶ, vertendum erit, ac orthodoxorum quidem fidem in res necessarias referri, solenne est et antiquum. Alioqui πάτριον est epitheton, quod coniunctum cum πίστιν, fidem patriam significat, ita ut interpretati sumus. **BOIVIN.**

Pag. 934, 16: Ἀπόστολος] Paul. ad Corinth. II. cap. XI. v. 3. Ibid. v. 14. et 15. **BOIVIN.**

Pag. 935, 17. Ἀπόστολον λεγ.] Paul. ad Corinth. I. cap. XIII. v. 2. ad Philipp. cap. III. v. 13. **BOIVIN.**

Pag. 937, 3. Ὡς ἂν ἡ συμφωνία διηνεκῆς] Ita quoque exemplar Vaticanum, in quo omissum aliquid suspicor. Certe haec male cohaerent. **BOIVIN.**

Pag. 939, 8. Νεκρικῶν ἡμῖν διαλόγων] Disputationibus scilicet Barlaami et Acindyni cum Palama. **BOIVIN.**

Pag. 939, 10. Ἐκεῖθεν] Ex quo priores illae disputationes habitae sunt. **BOIVIN.**

Pag. 939, 15. Ὁμοῦ ὑμῖν οὐκ κ. τ. λ.] Gregoras lectores alloquitur, non autem eos, qui tum aderant in Concilio: id quod diligentius observandum. **BOIVIN.**

Pag. 939, 18. Βοήθημα γοῦν κ. τ. λ.] Thaborium scilicet lumen. **BOIVIN.**

Pag. 939, 21. Ὀνειδον] Pro ὄνειδος. Barbare. **BOIVIN.**

Pag. 939, 22. Ἄμας κ. τ. λ.] Gregor. Cypr. in Proverb. Heinsius σκάφας interpretatur ligones. **BOIVIN.**

Pag. 940, 6. Ταυτόν ἐκέλεω κ. τ. λ.] Lumen scilicet increatum, quod ait Palamas videre se. **BOIVIN.**

Pag. 940, 7. Ἀυτῷ] Dativ. pro accusat. **BOIVIN.**

Pag. 940, 18. Ὡν ἓνα Θεόδωρον τὸν Γραπτὸν etc.] Exstat inter Codd. MSS. Regios Volumen ingens chartaceum, quo continentur libri pro Imaginibus contra Iconomachos scripti. Ii libri sunt, *Apologia pro Fide Orthodoxa; Antirrhethici tres contra Mammonam; Eusebii denique et Eriphanidae refutatio*. Ei Codici praefixum est nomen Theodori Grapti tanquam auctoris. In calce legitur: Τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Γραπτῶ, τῷ μακρῷ χρόνῳ ἀφανισθὲν, τῇ περὶ τὰς θείας γραφὰς φιλευσεβεί σπουδῇ καὶ φιλοκαλίᾳ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως κυροῦ Ἰωασάφ τοῦ Καντακουζηνοῦ ζητηθὲν, ἐνὸς μόνοι βιβλίου εὐρεθέντος, κἀκείνου πάνν μὲν σαθροῦ διὰ παλαιότητα χρόνου, ἐσφαλμένον δὲ καὶ τῇ τοῦ γεγραφότος ἐκεῖνο ἰδιωτεία, μετεγράφη εἰς ἀφέλειαν τῶν ἐντευξομένων, ἐν ἔτει ζωοῦ μηνὶ μαρτίῳ. Ἰνδικτ. ζ'. Id est, *Praesens hoc opus S. Theodori Grapti, longo tempore obscuratum, tandem religioso in divinas scripturas studio*

ac laudabili curiositate Divi Domini nostri et imperatoris Dom. Iosaphi Cantacuzeni perquisitum, unico exemplari reperto, eoque ob vetustatem admodum corrupto, ac praeterea librarii ipsius ignorantia depravato, in usum eorum qui lecturi sunt transcriptum est, anno mundi VI. MDCCLXXVI. mense Martio, Indict. VI. (Christi MCCCLXXVIII.) Vetus exemplar, ex quo Cantacuzenus describi suum curavit, ipsum quoque exstat in Bibliotheca Regia, et hanc inscriptionem praefert: *TOT ΜΑΚΑΡΙΟΤ ΘΕΟΔΩΡΟΤ ΑΔ.....Τ ΘΕΟΦΑΝΟΤΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΤ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡ..... ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ..... ΠΡΟΣΕΚΕΚΥΝΗΚΕΝΑΙ.* Ea Codicis pervetusti inscriptione decēptus Cantacuzenus, Theodori Grapti libros eos esse credidit, quē Nicephori patriarchae erant: manavitque ea opinio ad omnes illius saeculi eruditos. Nam et Palamitae, inter quos eminebant Cantacuzenus ipse, Philotheusque patriarcha; et Palamitarum adversarii Gregoras, Cyparissiota (Cod. Reg. 2408. fol. 105. 154. 175. 195. 196. 199. 263. 375.), et alii, Opera ea Theodori Grapti genuina esse uno omnes ore pronuntiarunt. Caeterum Cantacuzenus, et caeteri, si praefixum vetustissimo exemplari titulum propius attentiusque inspexissent, commissam in ea parte fraudem statim animadvertissent; primam scilicet Tituli lineam, in qua Theodori nomen occurreret, manu recentiori exaratam esse. Cui rei argumento est primum ipsa positio illius lineae: est enim altior quam quae illi in eiusdem folii versi tergo respondet; eoque fit ut prima pagina subsequentem caeterasque omnes uno versu excedat, quod apud librarios vitium est, scripturae accuratae legibus contrarium. Deinde versus ille, in quo Theodori nomen legitur, non eodem scriptus est atramento, quo caeteri qui proximi sequuntur. Denique ipsa scripturae lineamenta diversa sunt, ut mecum fatebitur quisquis litteras contulerit, praesertim *E*, *Θ*, *M*, et *T*, quarum formam aliam esse in primo versu, aliam in secundo et tertio, facile erit cuiusvis perspicere. Eiusce facinoris auctorem suspicari licet vel Palamam, vel Palamitam aliquem, penes quem fuerit is Codex, antequam ad Cantacuzenum pervenisset: nec enim Cantacuzenum ipsum auarum falsi insimulare. Gregoras Historiae lib. XXI. infra cap. III. (sect. VIII. vide et lib. XXIII. pag. 676. E. et 677. A.) eiusmodi fraude, immo maiores obiicit Palamitis. *Neque enim in nos solos (inquit) manus ii armant sanguinarias; sed ex ipsis sacris libris recisa multa auferunt, folia chartacea bina et quaterna acutis cultris desecant, et ex divinis scripturis ea avellunt, quae validum et expugnatum difficile robur opponentia, ad suum libitum iniquis interpretationibus detorquere non possunt.* Porro intererat Palamitarum, ut libris illis, quibus multa continerentur eorum erroribus contraria, Theodori Grapti potius quam Nicephori (patriarchae videlicet Constantinopolitani) nomen inscriberetur. Initio certe Theodorus Graptus parvi

Pag. 1115, 7. Περὶ τῆς θείας μεταλήψεως] Ita Graeci vocant sacrae Eucharistiae sumptionem: quia ut belle habet S. Ioan. Damasc. lib. IV. orthodox. fid. δι' αὐτῆς τῆς Ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν, *per eam Christi divinitatis participes efficimur.* Differunt autem apud Graecos interdum *μετάληψις* et *μετάδοσις*. Quippe *μετάληψιν* vocant sanguinis, *μετάδοσιν* vero corporis dominici communionem. Unde in imaginibus quae depingi solent in sacri altaris conchis, Christus effingitur sacrae mensae assidens manibus in crucem decussatis: dextra quidem, cui vox *μετάληψις* inscripta est, calicem; sinistra, ubi vox alia *μετάδοσις* legitur, panem sanctum porrigens. Hinc in liturgia, Chrysostomi nomine inscripta, *μετάδος μοι δέσποτα τὸ τιμιον καὶ τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Κυρίου, Domine impertire mihi honorabile ac sanctum domini corpus.* Et postea, *καὶ μετὰ μετάληψιν σπογγίζει τῷ καλύμματι τὸ ἅγιον ποτήριον, et post participationem [sacri sanguinis] abstergit velamine sanctum calicem.* *μετάληψις* sumitur etiam de perceptione τοῦ Ἀντιδώρου, seu panis benedicti. Pachymer. lib. V. cap. 8. *ἐν μετάληψει δὲ θείου ἄρτου ὃν Ἀντιδώρον λέγουσι, in perceptione divini panis quem vocant ἀντιδώρον, id est, Eucharistiae supplementum:* denique de perceptione aquae benedictae, Eucholog. Allatian. πάντων δὲ μεταλαμβάνομένων καὶ ἀγιαζομένων ἐκ τοῦ ἀγιασμάτων. *Cum omnes participarent aquam benedictam eaque sanctificarentur.* GAPPERONN.

Pag. 1115, 20. Πᾶσι τοῖς ἄλλοις λόγοις, ὑπὲρ ἑξήκοντα οὐσί] *Caeteris orationibus, quas plus sexaginta scripsit.* Palamas orationes scripsit multo plures quam sexaginta. Exstant in uno Codice Regio (is est Codex 2404.) Homiliae variaque eius opuscula

plus septuaginta. Exstant et in aliis Codicibus non pauca alia. Gregoras hoc loco de Palamae orationibus iis tantum loqui videtur, quas de rebus controversis scriptae erant. Earum multas continet Codex Regius 2409. In iis sunt: I. *Libri contra Acindynum decem continui*; qui omnes, exceptis tribus, ἀντιρόητικοί inscribuntur. II. *Libri duo Apologetici*: primus *περὶ θεῶν ἐνεργειῶν καὶ τῆς κατ' αὐτὰς μετέξεως*. Secundus *περὶ θείας καὶ θειοποιῦ μετέξεως, ἢ περὶ τῆς θείας καὶ ὑπερφουῦς ἀπλότητος*. III. *Libri singularis, ὅτι Βαβλααμ καὶ Ἀκινδυνός εἰσιν οἱ διχοτομοῦντες καὶς ὄντως καὶ ἀθέως εἰς δύο ἀνίστους θεότητες τὴν μίαν*. IV. *Dialogi duo*. Primus *Orthodoxi cum Barlaamita*. Secundus *Theophanis Orthodoxi cum Theotimo ex Barlaamita*. V. *Refutatio eorum quae Acindynus contra Palamam scripserat*. In hoc opusculo proponuntur primum Palamae verba; deinde ea quae Acindynus contra obiecit; tum denique ea quae Palamas contra reposuit. VI. *Epistolae seu potius Orationes dogmaticae, Apologeticae et Antirheticae variae ad varios*. Continet praeterea idem Codex *Delectam testimoniū ex S. Scriptura et ex Patrum libris excerptorum et in Capita seu Hypotheses sexdecim distribūtorum*: item *narrationem disputationis coram imperatore inter Palamam et Gregoram habitae in Palatio*: nec non *iambicum poema contra Acindynum*: quae omnia vel Palamas ipse, vel insignis aliquis Palamita, elucubrauit. In Codice 2404. duae sunt homiliae de re controversa, nempe *de Thaboris lumine*, quod et increatum et a substantia divina diversum Palamas statuit. In Codice 2432. Gregorio Palamae, tanquam auctori, tribuantur *Capita CL physica, theologica, moralia et practica contra Barlaamiticōs errores*: item *interrogationes et responiones, de iis qui propriam mentem intra corpus conantur perspicere, an recte agant*. Vide *Historiam Litterariam Guil. Cave. Partis II. pag. 507. et 508*. Omitto quae in aliis Codicibus Regiis sparsa et disiecta reperire est. Asservantur in Bibliotheca Segueriana tres tomi Operum Gregorii Palamae. Sed ad eam Bibliothecam aditus non patet. ΒΟΥΤΥΙ.

Pag. 1116, 21. *Τρεῖς τῆς θείας φύσεως ὑποστάσεις διαφόρους εἶναι νομοθετεῖ*] *Tres divinae naturae hypostases [a divina substantia] distinctas esse statuit*. Ita intelligendum esse Gregoram patet, tum quia non posset Palamae simpliciter exprobrare divinarum hypostaseon pluralitatem, et distinctionem; tum quia supra Palamas negabat, τὰ ὑποστατικά τῆς ἀνωτάτω Τριάδος ἐν καὶ τῶν εἶναι τῆ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ, *supremae Trinitatis personas esse unam et idem cum Dei substantia*. CAPPÉRONN.

Pag. 1121, 2. *Ὡν ὁ προφήτης*] *Isai. XI. CAPPÉRONN.*

Pag. 1121, 10. *Πορευθέντες μαθητεύσατε κ. τ. λ.*] *Matth. XXVIII. CAPPÉRONN.*

Pag. 1121, 19. *Μάξιμος τάδε διέξεισι*] *Locus est tom. I. edit. Combefis. in scholiis ad 54. quaestion. in sacram Scripturam. Porro scholia ista sunt ipsiusmet sancti Maximi, qui ea proluxioris*

explicationis causa subiunxit, ut ipse de se testatur praefatione scholiis praefixa, quam habes tom. I. pag. 13. CAPPERONN.

Pag. 1121, 21. Καὶ ἐπαναπαύσεται κ. τ. λ.] Isai. XI. CAPPERONN.

Ibidem. Ἐπὶ πνεύματα] *Septem spiritus.* Sex tantum sunt in Hebraico textu. Nam יְהוָה יִרְאָה *timor Domini* bis reperitur; nempe versibus 2. et 3. licet has voces modo per *pietatem*, modo per *timorem Domini* verterint of LXX. et Latinus interpres. Hebraeis itaque spiritus pietatis et timoris Domini unicus est, qui iisdem vocibus יְהוָה יִרְאָה designatur. Sed ut a Grotio annotatum est, divinus ille spiritus crevit in Christianismo: ideo in septem iam diu a theologis Christianis distribuitur, forsitan ex Apocalyps. I. v. 4. *gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est, et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt*; quanquam fateatur Grotius ex multorum interpretum sententia, hic a sancto Ioanne angelos designari; quia receptum est apud Hebraeos, septem esse maximos angelos qui Deo adstant, nempe quomodo septem principes adstant regi Persarum, quae aula quia erat magnificentissima, ideo ad eius formam Dei aulam formabant veteres Hebraei. CAPPERONN.

Pag. 1121, 23. Πνεῦμα ἐπιστήμης] Apud τοὺς LXX. legitur εὐσεβείας. Apud Latin. vulgat. *pietatis*, rectius. Hinc laboravit sanctus Maximus ut exponeret diversas proprietates γνώσεως et ἐπιστήμης, *cognitionis et scientiae.* CAPPERONN.

Pag. 1122, 18. Τῆς γραφῆς ὁ λόγος] Psalm. CX. Eccles. I. CAPPERONN.

Pag. 1123, 8. Ἐὰν ᾗ τις πρῶτος κ. τ. λ.] Matth. XI. CAPPERONN.

Pag. 1123, 21. Συνάδει Βασιλείος] S. Basil. in cap. IV. Isa. tom. I. pag. 929. CAPPERONN.

Pag. 1124, 5. Πνεῦμα σοφίας κ. τ. λ.] Isai. XI. v. 2. et 4. CAPPERONN.

Pag. 1124, 7. Οὐκ ἔχοντα κ. τ. λ.] Psalm. XIII. CAPPERONN.

Pag. 1124, 8. Τοῦ κατὰ τὸν Κύριον ἀνθρώπου] Sic Origenes, quem magni faciebat S. Basilius, Christum saepe vocat, maxime libris contra Celsum. Nihil ibi frequentius ea locutione, ὁ κατὰ Ἰησοῦν ἀνθρώπος, id est, *Christus homo, Christi humanitas.* Nec ad Nestorianismum vergit haec loquendi formula, si recte perpendatur. Nam Graece dicunt etiam, ὁ κατὰ μὲ λόγος, pro ἑμὸς λόγος. Itaque ὁ κατὰ Ἰησοῦν ἀνθρώπος est *ipse Christus homo, Christi humanitas.* Unde hac phrasi non prorsus inepte divini Verbi cum humana natura unitio exprimitur. CAPPERONN.

Pag. 1124, 11. Καὶ ὀνοεὶ ὄνειδος κ. τ. λ.] Psalm. XIII. CAPPERONN.

Pag. 1124, 20. Ἀθανάσιος] Athanas. Epist. I. ad Serapion. tom. I. CAPPERONN.

Pag. 1125, 1. Ἐγὼ στρεψῶν βροντὴν καὶ κλιζῶν πνεῦμα] In Hebraeo textu legitur יוצר הרים id est *formans montes*, ut et vulgatus interpres Latinus vertit. Doctissimus Drusius recte coniecit τοὺς LXX. pro יוצר הרים id est *montes*, legisse כורר הרים hoc est *tonitru*, sicut mox ibidem pro מה-שוחו id est *quae sit cogitatio eius*, legerunt coniunctim שוחו שוחו quod vertunt τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, *Christum eius*. CAPPERONN.

Pag. 1126, 11. Τοῦ υἱοῦ ὄντος κ. τ. λ.] Roman. 8. Isai. XI. Ioh. XVIII. 1. Cor. I. et II. CAPPERONN.

Pag. 1126, 15. Καὶ Γρηγορίου] Gregor. Nazianz. orat. XXXVII. quae est postrema de theologia et inscribitur de Spiritu sancto. CAPPERONN.

Pag. 1126, 18. Ἐγὼ φιλῶ, κ. τ. λ.] I. Cor. I. Sap. I. Roman. VIII. Ioh. IV. 2. Cor. III. Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1127, 8. Οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ θεοῦ πνεύματος ὀνόματα] Et sane permulta ibi sancti Gregorius recenset sancti Spiritus nomina et attributa, quae praesertim sacris e Scripturis excerpit. In ea ipsa duntaxat pagina, unde testimonium hic laudatum sumpsit Gregoras, septuaginta duo numeravi sancti Spiritus nomina, quae legere poteris tom. I. pag. 610. edit. Bill. CAPPERONN.

Pag. 1128, 13. Ἐν εὐαγγελίοις κ. τ. λ.] Luc. XI. Matth. XII. CAPPERONN.

Pag. 1129, 15. Λέγοντος] Luc. XII. v. 10. CAPPERONN.

Pag. 1129, 19. Ἐν Βεελζεβούλ] Ita Graeci pro *Beelzebub* constanter legunt Βεελζεβούλ, quam scripturam retinendam esse censet eruditissimus Drusius tantisper dum quis probaverit eam a scribis corruptam fuisse, et non ab usu, et vulgo. Nam si ab usu est illius temporis, et Evangelistae eam retinuerunt, cur nos mutabimus? Caeterum *Beelzebub* est ab Hebraeo בעל זבוב, quod significat *Dominum muscarum*: et est nomen idoli Accaronitarum, de quo IV. Reg. cap. I. Hoc nomen Israëlitae postmodum in contemptum huius idoli dabant daemoniorum principi, ut patet Matth. X. et XII. CAPPERONN.

Pag. 1132, 8. Τὸ δὲ συνδοξάζον τῷ λόγῳ τὴν κτίσιν] *A quo aeque atque a Verbo creatura glorificatur*, id est, *ad gloriam elevatur*. In editionibus Athanasii veter. et nov. legitur *συνάπτον*, sensu minus commodo. Nam ex Athanasii sententia Spiritus sanctus creaturas Verbo non coniungit, sed Spiritus sanctus, simul cum Verbo eas Patri coniungit, seu adducit, *προσάγει*, ut hic habetur. Rectius itaque legitur *συνδοξάζον*, ita ut τῷ λόγῳ *συνδοξάζον τὴν κτίσιν* sit idem quod supra, *ἐν τούτῳ [πνεύματι] τὴν κτίσιν ὁ λόγος δοξάζει*. Editionis novae auctor eruditissimus recte iam annotarat in 4 MSS. Cod. legi *συνδοξάζον*. CAPPERONN.

Pag. 1132, 11. Καὶ πάλιν κ. τ. λ.] Athanas. orat. olim IV. iam III. contra Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1132, 12. Ἐκτός ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων]

Verbum est extra numerum eorum, quae libera Dei voluntate facta sunt. Hoc solenne est apud S. Athan. et alios SS. Patres, ut dicant Filium divinum τῇ φύσει genitum esse, non autem θελήματι factum: ita ut τὸ φύσει intelligatur de operatione Dei, ut iam in scholis loquimur, *ad intra*; et τὸ θελήματι de operationibus *ad extra*, non quod Filius sit ἀθέλητος τῷ πατρὶ, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ πατρὸς, id est, praeter voluntatem Patris et nolente Patre; hoc enim diserte negat Athanasius ibidem: sed quod non sit productus in tempore quando Deus primum voluerit, ita ut potuerit nolle. Hoc quippe sensu creaturas duntaxat voluntate Dei factas fuisse docet eodem loco sanctus doctor. CAPPERONN.

Pag. 1132, 14. Καὶ πάλιν κ. τ. λ.] Athanas. orat. olim III. iam II. contra Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1134, 6. Ἀθανάσιος] Athanas. orat. olim IV. iam III. in Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1134, 9. Σολομῶντι λέγουσι] Proverb. III. v. 19. CAPPERONN.

Pag. 1134, 10. Ἐν ψαλμοῖς] Psalm. CXIII. v. 9. CAPPERONN.

Pag. 1134, 16. Δαβὶδ] Psalm. LXIV. v. 7. Psalm. XCIII. v. 4. CAPPERONN.

Pag. 1135, 18. Ἐν πίθῳ τὴν κεραμεῖαν δρῶντες] Proverbium est, quod varie simul atque erudite Desiderius Erasmi exponit Chiliad. I. Centur. VI. Proverb. XV. Ipsum consule, si lubet. CAPPERONN.

Pag. 1136, 10. Μὴ θ' ὄσιον εἶναι πιστεύειν, αἷμα καὶ σῶμα τὸν τε οἶνον γίνεσθαι καὶ τὸν ἄρτον ποτὲ τοῦ Χριστοῦ· τύπον γὰρ ταῦτ' εἶναι ἐκείνον, καὶ οὐκ ἐκείνον αὐτόχημα] His Palamitarum verbis errorem Sacramentariorum contineri, non omnino negaverim. Verum illorum patrocinio haud scio an suam opinionem tueri velint recentiores haeretici, cum in hanc Palamitarum sententiam tam acriter invehatur Gregoras, eam impietatis ream arguat, et luculentis SS. Patrum testimoniis confodiat. Aliquando, fateor, apud plurimam ecclesiae Graecae partem obtinuit Palamitarum doctrina, ut patet ex Palamitica Synodo: sed nonnisi quod spectat essentiae divinae ab attributis distinctionem, et Thaborici luminis divinitatem: nec enim obtinuit quantum ad illa consecratoria, quae Palamitis exprobrabat Gregoras. Sic verbi gratia Palamitis Iconomachorum errorem saepius obiicit Gregoras: at Palamitas revera Iconomachos fuisse, aut Iconomachorum errorem apud Orientalem ecclesiam tum instauratum et approbatum fuisse, nemo dixerit. CAPPERONN.

Pag. 1136, 19. Ἰωάννης] S. Ioan. Damasc. lib. IV. orthodox. fid. cap. XIV. CAPPERONN.

Pag. 1137, 21. Ἀνωτίῳ] Lib. XIX. cap. III. et IV. CAPPERONN.

Pag. 1138, 17. Ἀνωτέρω] Vide lib. XIX. cap. III. et IV. CAPPERONN.

Pag. 1139, 2. Δι' οὗ ἠράσθη πράγματος] *Per id quod valde concupivis.* Alludunt, opinor, ad Christi verba, Lucae cap. XII. v. 15. ἐπιθυμία ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν. *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* CAPPERONN.

Pag. 1139, 3. Ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς σῶμα αὐτοῦ λάβωμεν] *Velut proprie ac vere corpus ipsius accipiamus.* Notanda sunt haec verba, quibus Iconomachi realem Christi praesentiam in Eucharistia videntur admisisse, aut sibi ipsis contradixisse; quod eis exprimat Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, Antirrhethico II. apud quem tamen (ubi Iconomachorum verba refert) deest vocula ὡς, quae hic emollitiva videri possit. Vide clarissimum auctorem Perpetuitatis Fidei circa Eucharist. tom. I. lib. VII. cap. V. CAPPERONN.

Pag. 1139, 14. Ἐπεφωσῶς μεταβάλλεται] *Supernaturaliter transmutantur.* Locus hic Theodoro Grapto attributus iacet in fragmento eius operum apud Combesium libro cui titulus: *Manipulus Originum Constantinopolitanarum.* Idem locus reperitur ad verbum in Nicephoro patriarcha Constantinopolitano (Tarasii successore) Antirrhethico II. apud Allatium lib. III. de perpet. consens. cap. XV. ubi plenior describitur: atque hinc etiam possit confirmari, Nicephorum patriarcham auctorem esse illorum operum quae sub Theodori Grapti nomine circumferuntur. CAPPERONN.

Pag. 1140, 28. Ὁ ἄρτος, φησὶν] *Panis, inquit S. Gregor. Nyssa.* Locus hic ad verbum non legitur, cap. XXXVII. orationis Catecheticae, ubi de Eucharistiae mysterio agit S. Gregorius: sed in eundem sensum ibidem plurima edisserit sanctus doctor. An vero silius sancti Gregorii librum hic citaverit Gregoras, ut negare non ausim, ita nec affirmare vellem. CAPPERONN.

Pag. 1141, 16. Βοῶντος τοῖς Μανιχαίοις] *Manichaeis clamantem,* seu potius Apollinaristis; ut patet oratione S. Athanasii de incarnatione Christi, ubi in Apollinaristas totus invehitur. Et certe oratio illa inscribitur κατὰ Ἀπολλιναρῖου, et postea dicit S. Athanasius, Apollinaristas κατὰ τὴν τῶν Μανιχαίων ἀσέβειαν ὑπελαβάνειν, *Manichaeorum sententiam amplecti.* CAPPERONN.

Pag. 1141, 17. Τοῦ καινοῦ καθ' ὑμᾶς Εὐαγγελίου] *Novi secundum vos Evangelii.* Alludit Gregoras ad solemnes Evangeliorum titulos: κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν. CAPPERONN.

Pag. 1142, 10. Καὶ ἀλλαγῶ] *Et alibi,* nempe oratione de sanctissima Deipara: sed spurium esse hunc sermonem nemo iam eruditorum non iudicat, cum sole clarior se prodatur styli huiusmodi ab Athanasiano discrepantis. Vide clarissimum et doctissimum auctorem novae editionis τῶν Athanas. tom. II. pag. 389. CAPPERONN.

Ibidem. Οὐχ ὅτι ἐνεργεῖα' παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγένετό τις] *Non quod aliqua energia, seu operatio, a sancto Spiritu facta sit etc.* Hic auctor, quisquis sit, non negat incarnationem peractam fuisse divina sancti Spiritus virtute: sed vult hocce mysterium non consistere duntaxat in illa speciali sancti Spiritus operatione: vult insuper ut ipsum Dei Verbum cum humana natura hypostatice seu substantialiter unitum fuerit. Non ergo solummodo specialiter operabatur in Christo divinitas: verum eius humanitati vere coniuncta erat; et hoc iuvare potest, ut catholicae fidei a Nestoriana haeresi discrimen intelligatur. CAPPERONN.

Pag. 1142, 18. Ὡς νῦν γε] Si legas ὅς νῦν γε, sic vertendum erit: *Arius et Eunomius proferentes eadem cum Palama; qui nunc etiam easdem cum ipsis voces emittens, una cum ipsis eodem gladio iugulatur.* CAPPERONN.

I N D E X
RERUM, NOMINUM ET VERBORUM
TAM IN NICEPHORI HISTORIA QUAM IN ANNOTATIONIBUS
MAXIME MEMORABILIUM
A IOANNE BOIVINO CONFECTUS.

Numeri sunt paginarum et versuum editionis Bonnenis.

- Abasgi 36, 13.
Ἀβδηρα, Ἀδδηρα, Ἀδδευρα, Ἀδηλα,
Βηρα 1263, 36.
 Abii 31, 7.
 Abraham 1114, 13.
 Absolutionis syngrapha 108, 1.
Ἀβυσσος, adiective 1245, 24.
 Academia 326, 2. 334, 12. 334, 23.
 344, 13. 471, 12. 476, 9. 897, 18.
 Acarnania 658, 10.
 Acarnanes 110, 10. Acarnanum me-
 tropolis 551, 6. obsidetur ab An-
 dronico iuniore 551, 19.
 Acclamationes 896, 4. 611, 21.
 Achaia 128, 2. 250, 5. 251, 15. Achaiae
 et Peloponnesi principis uxor vi-
 dua 546, 6. Achaei 114, 20.
 Achelous 110, 14.
 Achilles 938, 20. doloris impatiens
 494, 11.
 Achris 73, 2. patria Iustiniani 4155,
 23.
 Acindynus 906, 9.
 Acroceraunia 110, 13.
 Acronycha lux 619, 15.
 Acropolita 1152, 10. 1153, 8. 1161,
 42. 1161, 35. 1161, 42. 1162, 38.
 1166, 33. 1167, 17. 1168, 11.
 Acta Apostol. 930, 8.
 Actuarius medicus 1258, 24.
 Adamus 367, 19.
Ἀδελῶν μονή. Vide *Monasterium.*
 Adonis 285, 25.
 Adrianopolis 315, 22. 430, 7. 546,
 16. 797, 9. 798, 19. Vide *Orestia.*
 Adrianus imp. 824, 24.
 Aegae 194, 13. 195, 1.
 Aegaeum mare 37, 22. 311, 13. eius
 fauces 766, 15. insulae 98, 16. 285,
 10. 523, 2. 534, 12. 597, 14. 797,
 25. littus 626, 14.
 Aegyptus 323, 9. 348, 10. primum
 sapientiae domicilium 326, 13. Ae-
 gypti imperium divisum, et prin-
 cept 392, 20. migratio Israëlitum
 ex Aegypto 369, 2. Aegyptiorum
 Arabum imperium latissime patens
 102, 17. 106, 23. Aegyptii, effoe-
 minati et imbelles militibus e Scy-
 thia ascitis, Africam et Libyam de-
 mant: Gallos Phoenicia et Syria
 exterminant 101, 20. Aegyptiis mer-
 catoribus navigatio per Bosporum
 temere concessa 101, 22. Aegyptii
 circulatores Constantinopoli ve-
 niunt 348, 6. mira spectacula ab
 iis exhibita 348, 21. 349, 19. 350,
 6. eae artes, ut quatuordecim, ita
 etiam exitiosae artificibus: Byzan-
 tio egressi Europam pervagantur:
 Gades usque penetrant 350, 21.
 Aegypti et Arabiae Sultanus. Vide
Sultanus.
 Aenus, maritimum oppidulum 100, 3
 101, 3.
 Aeolia 214, 21.

- Aequinoctium verum et proprie dictum 365, 16. 366, 15. 368, 1. tempore mortis Christi 366, 11.
- Aër 930, 22.
- Aerarii penuria 854, 17.
- Aeschylus in Prometh. 383, 2.
- Aesopi Phrygii dictum 814, 24. fabula de lupo et agno 1018, 20. 1034, 15.
- Aestas media, pro vere exeunte 1276, 43.
- Aetherea Palatii aedicula 616, 19.
- Aetolicae res 538, 23. 544, 19.
- Africa ab Aegyptiis domita 102, 17.
- Agamemnon 725, 7.
- Agareni Asiam populantes 304, 17.
- Agathias 1155, 43. 1240, 45.
- Ageilaus Spartanus 124, 18. fugiens 486, 10.
- Alani 422. 19. Vide *Massagetae*.
- Aleman, qui et Galatae occidui 277, 18.
- Alemannus (Nicolaus) 1155, 24. 1156, 1.
- Alexander Magnus 310, 18. 401, 8. 494, 18. 519, 5. 701, 4. 807, 24. 810, 19. Alexandri M. diadema 519, 5.
- Alexander, Mysorum seu Bulgarorum rex, principatum adeptus, Romanos fines vastat: urbes amissas recipit 458, 3. pacem petit ab Andronico iunior: non impetrat 481, 6. viribus superior, cum Romanis confliat 484, 18. eos fundit fugatque 487, 4. misericordia motus, pacem victis ultro concedit: imperatorem, benigna admonitione castigatum, dimittit 488, 18. socium se adungit Byzantiis contra Cantacuzenum 708, 5. Vide 596, 15. 616, 3.
- Alexandri Mysorum principis filio uxor datur Andronici iunioris filia 546, 18.
- Alexandria Aegypti 102, 8. 216, 12. 892, 22.
- Alexandrinus patriarcha. Vide *Athenasius*.
- Alexius. Vide *Angelus*, *Apoaucus*, *Comnenus*, *Lascaris*, *Palaeologus*, *Philanthropenus*, *Strategopulus*.
- Allage, loci nomen 150, 4. 1181, 42.
- Allatius (Leo) 1155, 21. 1159, 13. 1160, 82. 1175, 89. 1176, 16. 1186, 14. 1187, 11. 1216, 27. 1161, 35. 1175, 43. 1192, 15. 1234, 19. 1263, 1. 1285, 9. 1289, 44. tempora confundit 1249, 15. Allatii indignatio in recentiorum Graecorum poesin 1226, 28. Allatii Euchologium 1817, 40.
- Allusio ad verba Scripturae 1311, 20. 1314, 29. 1317, 18. 1322, 4. ad nomen Palamae 1314, 29.
- Almansurus (Nuraddinus) 1171, 23.
- Almugavari 220, 9. 1201, 30.
- Alpes 102, 24. 240, 1. 286, 19. superatae ab Hannibale 91, 5.
- Amagabari. Vide *Almugavari*.
- Amazones 34, 2.
- Amalβeu* 1256, 19.
- Amorabakin*, Amourabaquin etc. 1178, 17. 1274, 10.
- Amos 1125, 1.
- Amphipolis 457, 14. 626, 19.
- Amurius Satrapa Melecum Azatinae filium vincit 137, 13. Amurii liberi a Sangario ad Paphlagoniam dominantur 214, 23.
- Amurius, Lydiae et Ioniae princeps, reliquis Satrapis potentior: maris imperio potitur 597, 11. Cantacuzeni amicus fidelissimus 597, 21. eum defensurus magnam classem apparat: eodem iubente domi remanet 598, 9. 598, 14. media hieme Hellespontum traicit, illum quaesiturus: Irenen imperatricem non adit, ne dolorem conspectu augeat 648, 9. acre et vehemens amici desiderium verbis declarat: mira in homine barbaro humanitas 649, 13. utri prima laus tribuenda, Cantacuzeno an Amurio 650, 4. de amico sollicitus, oblata ab Irene cibaria et vestimenta repudiat 650, 22. eandem in summas angustias adductam consolatur 651, 9. hieme exercitum infestante, domum redit 652, 3. Thessalonicam vi expugnandam censet 676, 7. Cantacuzenum reprehendit 677, 1. a Byzantiis pecuniam accipit: in Asiam traicit, brevi rediturus 694, 10. Latina classis ad Smyrnam appulsa eum detinet 708, 6. idem in Thraciam redit: Byzantium usque progreditur cum Cantacuzeno: urbis aspectu obstupescit 726, 24. cum copiis mare transmissurus, Smyrnaeam Latinorum arcem it expugnatum: missili telo occisus cadit 834, 14. Vide 661, 8. 666, 17. 672, 3. Amurii milites alii domum redeunt,

alii Cantacuzenum sequuntur 667, 10.
 Anacharsidis apophthegma 618, 22.
 Anagnosta (Ioannes) 1299, 37.
Ἀνακλητήρια θεῶν 1269, 23. 1294, 44.
 Anastasii quaestiones 1800, 2.
 Anathematizati ab episcopis Cantacuzeniani 832, 5.
 Anathematismi in Palamam pronuntiatum a Ioanne patriarcha debent valere 923, 5.
 Anaxagoras 336, 16.
 Anchialus 487, 21.
 S. Andreas. Vide *Monasterium*.
 Andronicus imp. (is qui Senior dictus est) receptam ex Latinis Urbem bimulus ingreditur 87, 18. uxorem ducit Annam (Hungaram) 167, 22. imperii insignibus ornatur: iusiurandum praestat et accipit: eius nomen edictis subscriptum 109, 7. Tralles instaurat 142, 14. patris cadaver sine honore sepeliendum curat 153, 2. patri succedit: imperii initia turbulenta 158, 1. aequitas 162, 17. viduus uxorem petit ab Hispanorum rege: Irene ei datur, idque inconsulto Papa 167, 24. paterni sceleris vindictam timet: Laescarem coecum invisit: in Orientem abit 173, 5. quiaam ei auctores fuerint, ne sumptum faceret in classem 174, 10. Constantinum Porphyrogenitum fratrem suspectum habet: quasnam ob causas 187, 3. in Asiam transit: Porphyrogenitum in carcerem coniicit: item eius amicos 190, 15. Romanis diffusus, ad auxilia externa se convertit: quanto rei Romanae damno 205, 3. Athanasium in sedem patriarchalem restituendum censet 215, 9. plurimi refragantur: quidam obtemperant 216, 2. illum Chrysostomo equiparat 216, 18. uxores duas habuit, liberos sex 234, 7. uxoris Irenes petitioni refragatur 234, 16. lenis et miti ingenio 237, 3. Christopolitanae angustias munit: milites conscribi curat, Catalanis opponendos 246, 7. mercenarios milites peregre accire statuit: a Crale genero auxilium petit 263, 10. accipit ab eo et a Latinis 263, 10. 268, 3. tirenibus obstructo Hellesponto,

cavet ne auxilia barbaris ex Asia submittantur ibid. mavolt vetera aedificia instaurare quam nova extruere: eius modestia laudata 273, 24. templa ab eo restituta: opera alia publica 274, 22. Andronicum nepotem caeteris omnibus praefat: apud se educat 283, 13. de Manuelis occidit morte moeret gravissime 286, 8. nepotem iudicio publico reum agere constituit 302, 23. eius cum Metochita de ea re deliberatis 303, 4. Pontifices convocat: nepotem arcescit: paternis verbis obiurgat: iusiurandum dat et accipit 312, 16. indignantis exclamatio: anxietas: deliberatio de nepote comprehendendo 315, 2. legatos ad eum mittit 320, 7. cum ipso paciscitur 321, 1. Aula studii bonarum artium floret 327, 1. imperatoris sapientia: eloquentia 328, 9. benevolentia erga Gregoram 339, 22. consulto Psalterio pacem spectat 358, 9. colloquitur cum nepote: reconciliatur 359, 4. consilium Gregorae de die Paschali constituendo probat: rem aggredi metuit 372, 19. equo deicitur 373, 17. de nepotis consiliis per transfugam certior factus 393, 2. urbis aditu ei interdicat: multa crimina obicit 393, 21. litteris ad Cralem et ad Despotam Despotam scriptis, copias cogi et urbes praesidiis firmari iubet: ab ipso filio Theodoro Marchione preditur 394, 17. suorum perfidia irritatus, animum patriarchae Kaina explorare statuit: item aliorum pontificum 394, 10. 402, 10. orationes coram iis habita, rationem offert cur imperium non abdicet: nepotem notat: poenis ecclesiasticis coercendum censet 403, 12. acerbo conqueritur de patriarcha, qui sepe favet 405, 13. belli portacena, mita cum Bulgaro societate, animum erigit 411, 10. victo ad Maurope-tanum exercitu (415, 8.) a nepote exorari non potest 418, 5. bis praemonitus, cavendum censet 420, 8. valde anxius: nepotis adventu cognito, ad imaginem Deiparas confugit 422, 12. nepoti supplicat miserabiliter: ab eo benigne tractatur 423, 15. sola imperii insignia

retinet: annuus reditus ei assignatus 428, 15. utroque oculo captus, omnibus ludibrio est 431, 14. Synadeno instante habitum et nomen invitus mutat 441, 20. dictus *Antonius Monachus* 442, 5. 444, 12. 446, 5. suam sortem deflet: in patriarcham invehitur 443, 2. ad eius interrogata nihil respondet 444, 15. de eius nomine in ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit 442, 15. 446, 3. Synadeni minis territus, imperium eiurat: scriptam formulam ut consignaverit ibid. pota aqua frigida, subito morbo corripitur: peccata precibus et lacrymis expiat: sacris mysteriis destitutus, Deiparae imaginem ori suo admovit: expirat 462, 15. ostenta, quae eius obitum praecesserunt 460, 4. corpus eius quonam perlatum: iusta de more persoluta 463, 17. aetas, forma, mores 472, 18. in summa inopia liberalitas, duobus exemplis declarata 473, 6. aes alienum post eius mortem repertum 474, 8. anni vitae, imperii, monachatus 143, 20. 1244, 19. clementia 201, 16. amor erga nepotem 232, 20. invectiva in historicos maledicos et mendaces 3, 1. statuum Michaelis Archistrategi deiectam restituit 202, 10. partem Thessalici principatus acquisivit 278, 16. multarum urbium et in Europa et in Asia conditor 469, 16. Byzantii instaurator ibid.

Andronici Senioris uxor prima, ex Hungaria oriunda. Vide Anna.

Andronicus Iunior uxorem accipit Irenen Alemannam 277, 17. avo dilectus: apud ipsum educatus 283, 13. mores, consilia, ambitio 284, 1. meretricem amat: rivali insidias struit: Manuel frater pro rivali occiditur 285, 12. Andronicus Cathari nothi apud avum gratia offenditur 294, 20. irarum causa iustior 293, 11. defectionem meditatur: consultat cum Syrgianno 298, 21. armatus armatos secum adducit, causam apud avum dicturus: ab avo obiurgatur: iusiurandum dat et accipit 313, 13. pro coniuratis, proditos se querentibus, intercedit apud Logothetam: graviter increpatur 313, 18. redit

ad priora consilia 314, 20. fugit 315, 19. legati ad eum missi ab avo 320, 7. pacta cum avo 321, 1. cum Cantacuzeno coniunctissimus 351, 18. prope urbem castra ponit, audita Syrgiannis excursionem territus fugit 353, 20. Synadenum Syrgianni opponit: Despotam edictis terret: rumores spargit de avi nece: Despotam captivum corpore suo protegit 356, 6. pacis cupidus, cum matre deliberat 359, 1. colloquitur et reconciliatur cum avo 359, 4. coronatur 373, 14. mortua Irene Alemana, Annam Longobardam uxorem ducit 388, 23. cum Turcis naufragis in Chersoneso pugnans vulneratur 384, 3. eius factio Seniores tollere e medio statuit 390, 1. Iunior Seniori insidiatur: pecuniam per vim a publicanis aufert: Thraciae urbes sibi mancipat: Byzantium multis comitantibus proficiscitur; quo praetextu 392, 6. excluditur: variorum criminum accusatur ab avo: in quibus amicae Cralaenae pudicitia attentata 394, 5. omnium animi in eum propensiores 395, 18. magnificis promissis multos sibi devinct: petit ut sibi liceat Byzantium ingredi; aut ut idonei internuntii ad se mittantur: mittuntur ex omnibus ordinibus delecti 397, 17. oratione artificiosa se ipsum apud eos commendat: avum insectatur: causam rebellionis probabilem affert: crimina obiecta diluit: postulata sua exponit 398, 13. eius blanditis corrupti internuntii Byzantium redeunt: ei apud omnes aperte patrocinantur 402, 20. ad urbis moenia accedit: ab ingressu contumeliosae arceat 407, 23. quidam ex populo operam ei suam promittunt: navicula conscensa aditus omnes vestigat: re infecta discedit 408, 10. a Thessalonicensibus clam evocatus, Protostratorem Byzantio insidiari iubet: Thessalonicam, adversariis dissidentibus, astu occupat: arcem vi expugnat 409, 6. Demetrio et aliis ducibus foede dissipatis, Serrhas in deditionem accipit: caeteris Macedoniae urbibus, item adversariorum liberis, uxoribus, et aliis rebus potitur 410, 17. Praefectos ur-

bium Macedonicarum capit; in carcere conicit 413, 2. Basilici Niphori fidem ut remuneratus sit 413, 22. Bulgares antevertere et Byzantium ire properat 415, 14. a Venetis auxilium haud impetrat 416, 7. urbem ingredi frustra conatur: avum exorare non potest 418, 13. cum Bulgaro reconciliatur 419, 1. a duobus urbis custodibus noctu intronittitur 419, 11. iniuria avo fieri vetat: suos, ne victoria abutantur, admonet 422, 21. civiles discordias prudentia sua comprimit 426, 10. Michaeli Bulgaro bellum inferenti occurrere statuit: cum eo reconciliatur matris interventu 430, 4. in Asiam transit, Nicaeam obsessam liberaturus: castra apud Philocrenen punit 433, 13. configit cum Orchanis: Romani caeduntur: imperator vulneratus (434, 7.) Philocrenen ingreditur: Romani consternati effuse fugiunt 435, 18. (vide caetera in *Orchanes*.) Byzantium redit: Deum offensum putat: quibus delictis 436, 16. classem instruit: Martinum Chii rectorem capit, et vinctum Constantinopolin mittit 438, 7. aegrotat, morti proximus cucullum petit: reos carcere educi iubet: ultimam voluntatem dicit: uxori et postumo imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit 439, 12. aquam pocit ex sacro Deiparae fonte: qua capiti inspersa convalescit 442, 10. Michaelis Bulgari hortatu bellum Crali infert 454, 7. in Pelagonia castrametatur 454, 20. Bulgaro a Triballis victo, ipse nulla re gesta Byzantium redit 454, 7. Mesembriam et alia (Bulgarorum) oppida invadit 457, 16. annos natus 36. cum obiit avus 474, 11. bellum infert Alexandro Bulgarorum principi: Bulgarorum agros vastat: castella reliqua recuperat 483, 21. impar cum hoste congreditur 484, 18. suos hortatur ad pugnam 485, 14. oruentum praelium 486, 12. Romani effuse fugiunt: in castellum proximum vi irrumpunt: laborant omni parte 487, 4. imperator, consilii inops, spem in Deo collocat, stimulante tamen conscientia 488, 7. benigna admonitione ab Alexandro

castigatus, dimittitur ibid. satv filio, laetus Didymotichum redit: vestem mutat: ludos celebrat 482, 1. ludicris certaminibus se immitet 482, 18. bellum inferente Syrgianne valde anxius 495, 13. Palatium manit: patriarcham creat Ioan. Apremam; coniugem et liberos ei commendat 496, 14. in Macedoniam sine exercitu proficiscitur: Romanis omnibus diffidit, praeterquam Cantacuzeno et paucis domesticis: hostem dolo aggredi statuit illustrium virorum exemplo 496, 23. Sphrantze opera ad eam rem utitur 497, 19. rebus confusis, fugae subsidia sibi et Sphrantze providet 500, 6. Syrgianne per dolm occiso, pacem petit a Crale, et obtinet 501, 3. inita cum Latinis adversus Turcae societate, pecunias cogit: classem reparat: Latinorum adventum expectat: navarchum ipse per se agit: Latini inter se dissidentes, expectationem eius frustrantur 504, 15. Galataeorum munitiones incendit: eodem bellum aperte molientes oppugnare negligit, ad mala intentus 527, 16. pacem petentibus accedit 528, 14. Mitylenen proficiscitur: naves quinque hostiles comprehendit, et Chium perducit: adiunctis sibi Turcis, Phocaeam obsidet 528, 23. pax facta Rhodiorum interventu: pacis conditiones 531, 2. Byzantium redit cum omni classe: quaestionem habet de coniuratis: eos pro concione convincit: eius clementia 531, 10. orationis exordis lacrymas elicit 532, 8. in Demetrium Despotam inquiri vetat, Cralae amicae reverentia adductus: item Gregorae acclamationibus et applausu delinitus: solos Assani filios in custodiam includit, eamque minime duram 533, 1. Mitylenen recuperat, Alexii Philanthropeni astu 534, 6. Turocos in Chersoneso praedantes caedit: ire in Aetoliam perat, oblatum principatum accipitur 538, 4. cum tribus navibus Turcicam classem invadit: captae naves quatuordecim 540, 4. stadium XLV iter noctu pedibus emensus, Deiparae Hodegetriae templum ingreditur ad agendas gratias 541,

17. Epirum invasurus, Illyriam vastat: Turcos auxiliares praeda onustos dimittit: Epiri principatu potitur 544, 19. eum Thessalonicae detinet lienis morbus 550, 9. Byzantium venit, infirma admodum valetudine: medicis undecunque accitis, suo arbitrato vivit: morbo spleais ingravescente, Deiparae Hodegetriae templum petit 554, 8. egregiam orationem habet in Synodo contra Barlaamum habita; Gregoram absentem desiderat 558, 17. morbo rursum ingravescente, monasterium Hodegetriae denuo ingreditur: in lethargum incidit: aegre expergefactus, medicos arcessit: ad Gregoram mittit, qui interrogant an astra amica sint: moritur: vitae et imperii tempus 559, 13. 1244, 34. mores et ingenium defuncti principis 565, 13. Romanorum imperatorum instituta neglexit: aves et canes aluit maximis sumptibus 565, 19. Deo fretus, pericula contempsit 566, 13. dignitati suae non satis consuluit 566, 19. pileorum et vestium discrimina sustulit: haec et alia imminente imperii ruinam portendere credita: Triballorum et Mysorum duces perterrefecit 562, 12. in Thessaliam contra Syrgianem proficiscens, Ioanni patriarchae uxorem et liberos commendavit 579, 6. morbus: in Epirum profectio 583, 5. mandata de tutela et administratione imperii 593, 16. 611, 23. 614, 23. 612, 11. 818, 10. erga Cantacuzenum benevolentia, et gratus animus 581, 20. iudicium de arce Epibatarum et de eius arcis conditore Apocanco 603, 3. commemoratio in sacris per errorem omissa 879, 9. error postmodum correctus ibid.

Andronicus. Vide *Asanes, Cantacuzenus, Musalo, Palaeologus, Provestiarius.*

Ἀνδοῦσα 965, 6.

Anecdota indicata. Vide *Excerpta.*

Angelus, Assyriorum interfector 968, 13.

Angelus.
Alexius imp. Constant. a Marchione Montisferrati capitur: ab eodem dimissus, genero suo Theodoro La-

scari invidet 16, 18. Iathatinem Turcum sociam sibi adiungit 17, 10. victus capitur a Lascare 21, 16.

Michael Thessaliam et Epirum invadit 13, 9.

Michael nothus. Vide *Michael.*

Michael Michaelis nothi filius. Vide *Michael.*

Theodorus, Michaeli fratri succedit: imperii sui fines promovet: Thessalonica ipsa potitur, absente Montisferrati Marchione: imperator inauguratur ab archiepiscopo Bulgariae, praeter morem legitimum 25, 23. provincias a Latinia, Bulgariae et Scythia desolatas, impune pervadit: omnia Byzantium usque vastat: foede grassatur 27, 16. a Ioanne Asane vincitur, capitur, excaecatur 28, 9.

Ioannes, Cantacuzeni imperatoris *ἡγεμόνας*, seu *primus consobrinus* 628, 7. 657, 1. iubetur munire oppidum Pamphili 621, 8. comes longinqua expeditionis a Cantacuzeno susceptae 636, 2. Aetolis et Thessalia praefectus: iubetur primos honores Annae et Ioanni Palaeologo tribuere 644, 7. Thessalici principatus maximam partem recuperat: Aetolos, Locros et Acarnanas subigit: Annam rebellem capit: quibusdam ut occidat suadentibus, eam dare in custodiam mavult 657, 14. Berrhocam ad Cantacuzenum venit 657, 1.

Ἄγγελανμος 318, 21.

Anima quemadmodum a singulis corporis membris participetur 1102, 14.

Anna Alemanna, Manfredi Siciliae regis soror, Ioannis Ducae uxor altera 45, 7.

Anna Comnena 1150, 42. 1157, 36. 1185, 36. 1274, 31.

Anna Michaelis Angeli filia, nupta principi Peloponnesi 71, 22.

Anna Michaelis Palaeologi I. imp. ex sorore Eulogia neptis, nubit Nicephoro Aetolo 92, 8. 130, 16.

Anna *ἡ ἐκ Παίωνων* Andronico Sen. nubit 109, 7. ex Hungaris oriunda: mater Michaelis imp. et Constantini Despotae 234, 7.

Anna Michalis Palaeol. II. filia, Thomae Epiri et Aetoliae principi nu-

- pta 283, 7. tum postea etiam (Thomae) comiti Cephalleniae 283, 7. 283, 9.
- Anna Protevestiarii filia 545, 14. comitis Cephalleniae uxor (altera) virum necat: cum puerulis duobus, Aetolorum et Aearnanum principatum obtinet 536, 20. Andronicum Iuniorum ad occupandum principatum accessit 539, 1. dedit se imperatori 545, 14. Thessalonicae subsistit 546, 8. rebellat: capitur: in custodiam datur 656, 23.
- Anna Longobardica, altera uxor Andronici iunioris 884, 1. viro absente factiosos in urbe comprimit 530, 1. post viri obitum, tertio luctus die in Palatium se recipit 560, 8. 579, 2. Cantacuzenum supplex orat 586, 23. (Palamitis) favendo, pacem ecclesiae turbavit 590, 17. iusiurandum dat Cantacuzeno et ab eo accipit 595, 14. aegrotat 599, 11. Annae meus caeca; spes inanes 702, 14. Anna Gallum Astrologum cum Gregora committit 722, 21. Annae inhumanitas 739, 12. officii admonita contumeliosae respondet: pessime res administrat: sacris imaginibus non parcat 748, 4. divites vexat: ex ipso S. Sophiae templo abreptos in vincula coniecit 748, 9. patriarchae, pacem suadenti, irascitur 760, 20. Annae in Cantacuzenum et Irenae odium ex zelotypia natum; fons malorum omnium 761, 6. Anna Persas accessit 763, 15. eius animus durus et immitis 764, 5. patriarcham dignitate spoliare statuit 767, 12. Palamam carcere incluse- rat: eodem adversus patriarcham adiutorem utitur 768, 4. cum Palamitis adversus patriarcham conspirat 768, 24. episcopis diem indicit 781, 19. tabellas, per quas officii admonetur, a confessore oblatas rumpit; ipsum domo exigit 782, 14. infirmis viribus ferox et contumax; Galataeos adversus Cantacuzenum, iam urbem ingressum, advocat: aequissimas pacis condiciones proterve respuit 775, 2. legationem superbam ad Cantacuzenum mittit: in extremum discrimen abducta, pacem oblatam vix tandem accipit 779, 9. Annae avaritia 789, 13. iniquitas 799, 17. causa cur principata e- derit 887, 10. Vide 788, 9. 878, 9. Annales Turcici 1279, 5. Vide *Lem- clao*.
- Anni initium aliud apud alios populos 869, 6. quodnam fuerit apud Alex- andrinos 869, 10.
- Anni Philippi Aridaei 366, 9.
- Annonae copia apud Byzantios 433, 6.
- Anonymus poeta Graecobarbarus de *bellis transmarinis* 1166, 27. 1181, 1. 1211, 4. Vide Cod. Reg. 2569.
- Antalcidas 866, 21.
- Antigonus 116, 23. 497, 10.
- Antiochena provincia 1012, 20.
- Antiocheni patriarchae decreta et Li- terae contra Palamam 893, 16.
- Antiochia ad Maeandrum 214, 14. a Turcis obsessa 10, 5.
- Antipodes 12, 14.
- Antirrhethici libri Gregorae 1112, 10. 1131, 11. 1140, 18.
- Antoeci 12, 14.
- Antonius (triumvir) 189, 19. 811, 5. 606, 10. 1022, 16.
- D. Antonii festum 460, 10.
- S. Antonina, martyr Nicaena 1242, 31.
- S. Antonius. Vide *Templum*.
- Ἀνυσθαί* apud Gregoram quid signi- ficet 1166, 10.
- Ἀψιδίος*. Vide *Apsidus*.
- Apocaucus (Alexius), Domesticus The- matum occidentalium et salinis praefectus: cum Andronico iuniorum in seniore conspirat 301, 10. eius perniciose consilia; dotes eximiae, genus, fortuna, malae artes 577, 5. Cantacuzenum hortatur ad cape- senda imperii insignia 578, 5. eodem calumniatur 578, 18. ipse et patriarcha Annae persuadent, et omnem Cantacuzeno auctoritatem abroget 584, 3. Apocauci vires in- firmas, animas, ambitio 584, 16. miles stricto gladio in eum iruit 586, 7. Apocaucus Cantacuzenum de se optime meritum perders con- natur 591, 9. in castellum Epibe- tarum se recipit 599, 12. Cantacuzeno insultat 600, 15. Apocauci mo- litiones detectae; fuga; consilium de invadendo imperio 602, 6. Can- tacuzeno obviam prodit 604, 10. urbi praeficitur et aliis dignitatibus ornatur 605, 21. Octavium Cae- sarem imitatur 606, 4. Cantacuzeno

- imperatorum sese professo, velut victor cum patriarcha exultat 612, 21. classi praefectus, Thessalonicam appellit 634, 14. aciem instruit; congredi non audet 637, 14. ductor utriusque classis, Byzantinae et Persicae: Cantacuzenum abeuntem persequitur 658, 24. timidus et imbellis 660, 12. auxilium petit a Cracle: munit fluvii ostia: ex Cantacuzeno sciscitatur, quid de se ipse statuatur 661, 2. Apocauci mos perversus: Berrhoeam tentat per exercitum: ipse Thessalonicae manet, arrogans idem et timidus 668, 15. sagittarium submittit, qui Cantacuzenum noctu occidit 669, 21. pericula impendentia celeri fuga praevertitur, inscius Thessalonicensibus 670, 13. patriarcham et Ioannem Gabalam sibi mancipare statuit 696, 21. Ioanni Gabalae filiam suam desponsurum se promittit; quid vicissim ab eo pactus 701, 19. Perinthum abit cum patriarcha et imperatore Palaeologo; quem Epibatarum castello includere cogitat 702, 4. bellum apparat: Didymotichum infesto exercitu petit 708, 2. Pythium castellum obsidet 708, 12. apud Annam accusatus ab Ioanne Gabala 710, 17. Byzantium redit: Augustam placat: urbis muros reficit 711, 3. intestinos plebis motus veretur 727, 12. quando, ubi, et a quibus caesus 729, 14. anxietas, stipatores, immoderata ambitio 729, 21. carcer ab eo aedificatus 730, 9. Apocaucus imprudens, stipatoribus in atrio relictis arcem ingressus 731, 12. a Raüle et aliis nobilibus interimitur 732, 8. interempti caput abscissum summo muri fastigio imponitur 734, 5. Apocauci avaritia 789, 14. eius liberi tres 1278, 3. imago 1256. 1256, 24. medicinae studium 1256, 24.
- Apocauci filius Thessalonicae praeficitur, in Batatae locum affectus 741, 18. mortuo patre Thessalonicam tradere Cantacuzeno statuit: arcem occupat: impetu plebis opprimitur 740, 10.
- Apocauci filia, nupta primum Andronico Palaeologo, Ioanni Asani nubit 797, 7.
- Ἀπόγονος* 1177, 42.
- Ἀπογραφικαὶ ἑμπορίαι* 1278, 28.
- Apographum Regium* 1279, 39.
- Ἀποδύσασθαι* 1255, 7.
- Ἀποργίαι*. Vide *geniales dies*.
- Apollinarius 1142, 17.
- Apollonius 56, 16.
- Apophthegma veteris sapientis de eo, qui bis navigat 591, 1. Thaletis vel Platonis de eo, qui matus sit Graecus 383, 8. Cantacuzeni de modo servando 432, 5. regis Aegyptii de amico ad extremam inopiam redacto 445, 3. Vide et *Anacharsis, Darius, Zeno*.
- SS. Apostoli. Vide *Templum*.
- Apostolius 1155, 39.
- Appendix Vaticana 1153, 43.
- Apri oppidulum 229, 7. 244, 19. Urbs 243, 13. praelium ad Apros 299, 7. 244, 19.
- Arabes 38, 11. 41, 2. 81, 20. 103, 7. obstant Gallis, Syriam et Phoeniciam ingressuris 105, 18.
- Arabes Aegyptii 106, 23.
- Arabicus sinus 107, 6.
- Arabia 81, 16. felix 107, 4.
- Arachosia 38, 10.
- Arca Noe 470, 14. arca (foederis) 518, 21.
- Archistrategus. Vide *Michael et Monasterium*.
- Archivum Camerae computorum 1170, 27.
- Arcturi ortus 49, 6. 596, 12. 1260, 8. 813, 7. primus exortus autumnio medio 245, 6.
- Argrolimne, quae et *Gyrolimne* 1127, 8.
- Ariadnes Corona, sidus 542, 16.
- Arianorum argutus 1310, 46.
- Aridaeus (Philippus) 366, 10.
- Aries 548, 10. anni portas aperit 834, 3.
- Aristagoras 155, 13.
- Aristoteles de Dei substantia et operatione 1089, 5. de mente perfecta 1091, 2.
- Aristotelicae linguae labyrinthi 478, 18.
- Arius 1142, 17. filium aiebat esse *νοήμα* 1130, 13.
- Ariani aiebant se *secundum Scripturas* dicere 918, 14.
- Armenia 286, 8. 348, 14. Ciliciae finitima 193, 19. maior 38, 25. Armeniae rex generum ambit *Michae-*

- lem Andronici senioris filium 193, 18. Armeniorum religio 623, 12.
- Arseniatae** 128, 7. postulant ut Arsenii corpus in urbem referatur 167, 7. ob inanis gloriae studium avulsi ab ecclesia, ad communionem admittuntur a patriarcha Niphone: eorum petitiones 261, 12. quinam ex his schisma renovaveriat 262, 10.
- Arsenius** eligitur patriarcha: eius elogium 55, 14. tutor testamento datur Ioanni Lascari 62, 20. vir simplex et sanctus, administrandae reipub. minime aptus 66, 12. male omnino salutis pupilli consultit 67, 20. Fisci claves tradit Palaeologo 69, 21. Michaelem Palaeologum salutatum esse imperatorem moleste fert 78, 4. secedit: secessionis causa 80, 11. reddit 88, 17. Palaeologo sacris interdicat 93, 8. veniam petenti denegat 93, 24. accusatus, iudicio se non sistit: damnatur ut contumax: Praeconnesum deportatur 94, 23. eius corpus in S. Sophiae templo deponitur: quonam deinde translatum 167, 8. reliquiae 262, 1. simplicitas 579, 19. concordia 759, 7.
- Artaxerxes Xerxes filius** 490, 6.
- Artaxerxes Mnemon**, Darii et Parysatis filius, Cyri frater 124, 17. 189, 15.
- Artaxerxae stratagema** 124, 17.
- Artemisium** 802, 3.
- Asan**.
- Andronicus Protovestiarius**, disidentibus imperatoribus, avo et nepote, Romanis Peloponnesiis praerat: a Syrgianne tentatur: eum defert 362, 20. Vide 394, 23. 396, 23. 409, 20. 410, 21. 411, 7.
- Constantinus ad Mauroptamum victus et captus a Protostratore Synadeno** 415, 8.
- Ioannes I. Bulgarorum princeps**, Latinos profligat; Balduinum capit 14, 23. Thraciam et Macedoniam vastat 16, 10. Theodorum Angelum vincit, capit, excoecat 28, 10. moritur 60, 4.
- Ioannes II. Bulgarorum princeps**, Mytzae filius; Irene Michaelis Palaeologi filia ei despondetur: ipse cum magnis copiis in Bulgariam mittitur 132, 6. 132, 15. Lachana sublato regnat: sororem suam Terteri despondet: qui exitium ei machinatur: Asan regno spoliatus, Byzantium aufugit 132, 15.
- Ioannes, Irenes Augustae frater**, in custodiam includitur cum fratre Manuele 534, 2. carcere educitur 624, 23. 626, 1. comes longinque expeditionis a Cantacuzeno susceptae 628, 6. iubetur Chreli tradere arcem Melenici 654, 5. creatur Sebastocrator: Apocansi filiam uxorem ducit: socri suspectas, dum cum uxore dimittitur 797, 2. Matthaeum Cantacuzeni imp. filium ad defectionem hortatur 798, 18.
- Manuel**, alter Irenes Augustae frater, in custodiam datur 534, 2. educitur 624, 23. Didymetico cum sorore Augusta praeficitur 627, 14. creatur Sebastocrator 797, 2.
- Michael** 394, 23. 396, 23. 409, 21. 411, 15. Prosiacum occupat: ad Cralem se recipit 413, 17.
- Asan** uterque, Ioannes et Manuel, saepe ad defectionem sollicitati ab Anna Augusta 799, 16.
- Asytrac** 1313, 37.
- Asia** cis Euphratem 81, 22. 116, 23. intra Euphratem 41, 1. inferior 38, 16. 140, 17. intra Halym 105, 2. Asiae praeata 324, 4. Asiae princeps, ex Scythis oriundi, inter se praesiliantur 689, 4. Asiae recuperandae occasio cur omisa 221, 7.
- Asopus** fl. 251, 17.
- Assyrii** 88, 12. 40, 3. 40, 10 etc.
- Astrologus Gallus** placencia Annae Augustae praedicat 722, 21. Vide et 769, 10.
- Asyli** ius vetustissimum; apud omnes gentes sanctum; a Christianis neglectum 748, 11.
- Athanasius patriarcha**, Gregorii Cyprii successor, vir illiteratus, sed austeris moribus; clericos castigat 180, 15. nec pontificibus parcat: iis residendi necessitatem imponit 181, 12. ipsos principes censuras metu continet: quas res monachis interdixerit: de equitatione qui statuerit 182, 13. in monachos hypocrisis severe animadvertit; iam in fanaticos: poenae impostae: eius constitutiones non diu viguerunt 183, 17. mirum ecclesiae Graecae desolationem in Athanasii tempora-

- incidisse 186, 1. tumultus contra illum publicus: Athanasius secedit 191, 3. excommunicationis sententia, eius manu scripta, ut a pueris inventa sit: quos motus excitaverit 191, 15. Athanasii fama imminuta: ut is apud imperatorem se excusaverit: veniam dat et petit 192, 8. imminuentem Dei iram praenuntiat: prae caeteris patriarchatu dignus ab imperatore indicatur 215, 2. iterum ecclesiae Constantinopolit. praeficitur 216, 6. altera eius secessio 258, 15. eius epistolae, aliaque opuscula 1189, 16. Vita, incerto auctore, ibid. Novella 1192, 43. 1193, 31. *παράκλησις τῆς πρώτης* (ita legendum, non *τῆς δευτέρας*) *πατριαρχίας* 1194, 26. *γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα* etc. 1203, 3. epistola ad Augustam 1206, 29. ad imperatorem, de Ioanne eius filio 1208, 8. *παράκλησις τῆς δευτέρας πατριαρχίας* 1212, 23. *γράμματα δύο*, ibid. *γράμμα στηλιτευτικὸν* in Ioannem Drimyn 1295, 35.
- (Athanasius) patriarcha Alexandrianus Athanasium patriarcham Constantinop. fabella perstringit 216, 11. Vid. annotat.
- S. Athanasius 962, 6. 972, 9. 1068, 6. 1069, 20. 1077, 17. 1078, 16. 1083, 19. 1089, 16. 1132, 5. 1134, 6. 1141, 16. oratio eius spuria 1322, 43.
- Athanasius Gregorae adversus Palamam socius: eius elogium 894, 4.
- Atheismus ipse delictus 1023, 18.
